
CIUIS SANCTORUM, ET DOMESTICUS DEI OPUS POSTHUMUM A...

Antoine Boyenval, Louis Desfrenes







CIVIS SANCTORVM, ET DOMESTICVS DEI.

CIVIS SANCTORVM, ET DOMESTICVS DEI

Opus Posthumum

A REV. P. ANTONIO BOYENVAL Peronensi Ordinis Minimorum, Prouinciæ Parisiensis quondam Professore concinnatum,

REV. P. LVDOVICI DESFRENES Peronen. eiusdem Prou. Theologi opera recognitum, & ex aliqua Parte auctum.

REVERENDISSIMO PATRI

P. SEBASTIANO QVINQVET

Eiusdem Ord. Correctori Generali dicatum.



Romæ, Typis Pauli Monetæ. 1667. Superiorum permissu.

CIVIS SANCTORVM, ET DOMESTICVS DEI

Opus Posthumum

A REV. P. ANTONIO BOYENVAL
Peronensi Ordinis Minimorum, Prouinciæ Parisiensis quondam Professore concinnatum,

REV. P. LVDOVICI DESFRENES Peronen. eiusdem Prou. Theologi opera recognitum, & ex aliqua Parte auctum.

REVERENDISSIMO PATRI

P. SEBASTIANO QVINQVET

Eiusdem Ord. Correctori Generali dicatum.



Romæ, Typis Pauli Monetæ. 1667. Superiorum permissu.

REVERENDISSIMO PATRI

P. SEBASTIANO QVINQVET

TOTIVS ORDINIS MINIMORVM Generali vigilantissimo, in Comitijs Generalibus nuperrimè in ciuitate Massiliensi celebratis, fœliciter electo.

D. D. D.



ON sine diuinæ dispensatione prouidentiæ factum est, *Reuerendissime Pater*; vt Opus hoc posthumum à Reuerendo P. Antonio de Boyenual, inter misticos huius æui Theologos, nulli secundo concinnatum, trium annorum, ob varias Typograhi vicissitudines interpollationẽ pateretur; vt scilicet tuum proditurus in lucem patrocinium præstolaretur: fœtus erit inde matu-

maturior, & ſub tuis vexillis, Ciuis Sanctorum, & domeſticus Dei, ad cœleſtem patriam facem præbiturus, gradietur fœlicius; nullus ibit inficias, quin opus iſtud, prætioſis Sacrarum Scripturarum lapillis, varijſque Sanctorum Patrum gemmis, diſcriminatum, ab omnibus eruditis benignè debeat excipi; nec mihi dubitandi locus eſt, quin tibi nuperrimè ad adminiſtrandum Reipublicæ Minimitanę clauum, in Comitijs totius Ordinis generalibus præpoſito, ſit gratiſſimum; Authoris meritum, qui velut lucerna Dei, antequam extingueretur, fulgebat in domo Altiſsimi prætium auget operis, & amaritudo dulciſſima, quam dum viueret Pariſijs edidit, etiam ad Doctorum primę claſſis ſtuporem, ob genuinam Sacrę Scripturæ elucidationem, & familiares ſibi Sanctorum Patrum ſententias, in hoc volumine complementum conſequetur: non enim pretioſa eſt in conſpectu Domini

mors

mors Sanctorum eius, nisi quia domesticis Dei, ciuibusque cœlestis Ierusalem fęlicem præbet introitum ad patriam, argumentum operis, quo diuina præsentia, tum ab antiquis Patriarchis, vel ab ipsis creati mundi cunabulis, veterisque Testamenti Prophetis Illustrioribus, tum à præcipuis legis gratiæ professoribus, in bonorũ operum intuitu, semper fuit adhibita, Minimorum Antistiti displicere nusquam poterit, qui ea destitutus, nulli bono operi manum vnquam valebit admouere; non eam solum Diuinæ Maiestatis præsentiam, qua Deus Opt. Max. per generalem suæ Immensitatis diffusionem rebus adest omnibus, speculatur, huius Author operis; sed præcipuè vel intimũ diuinorum charismatum, & ipsius Sancti Spiritus in animabus Iustorum illapsum, exundante gratiarum diluuio, vel supernum in modum obiecti perpetui Diuinæ gloriæ propagandæ fæliciter aperit

rit intuitum; ea propter cum huic operi manum vltimam apponendi opportuna se se obtulit occasio, operæ pretium duxi, hoc tibi munusculum, in obseruantiæ meæ erga tuam Reuerendissimam Paternitatem testimonium, necnon in filialis affectus tesseram, ac monumentum perpetuum consecrare. Vale.

Romæ Paternitatis tuæ

Obsequentissimus filius

Fr. Albertus Vidal.

NOS

NOS FR. SEBASTIANVS QVINQVET totius Ordinis Minimorum S. FRANCISCI DE PAVLA Corrector Generalis.

Dilecto nobis in Christo filio R. P. LVDOVICO DES FRESNES nostri Ordinis Theologo, salutem.

EXercitium Spirituale, lingua Latina à R.P. Antonio Boyenual compositum, à te verò auctum cuiuis conditioni, & statui vtilissimum, nè absconditum, & quasi sub modio remaneat, sed super candelabrum positũ, deuotis fidelibus luceat, gressusque illud legentium in viã virtutis, ac diuini amoris dirigat prædictum opusculum typis mandandi tibi præfato Patri facultatem concedimus, dũmodo à duobus Theologis nostri Ordinis prius approbetur. In quorum fidem præsentes manu propria subscripsimus, easque officij nostri sigillo muniuimus. In Conuentu nostro Parisiensi hac die 20. Augusti 1667.

Loco † Sigill.


Fr. Sebastianus Quinquet Corrector Gñlis

Li-

Librum, cui titulus est, Ciuis Sanctorum, & Domesticus Dei, *à Reuerendo Patre Antonio Boyenual Ordinis Minimorum Religioso, & professore Theologo compositum; nos infrascripti eiusdem Ordinis Theologi ex commissione Reuerendissimi Patris Generalis attentè legimus: lectumque testamur, opus orthodoxum, pium, sanctum, complectens eum, qui secundum doctrinam est, ædificationem, perfectamq. Iustitiam, fidelem in veritate sermonem; vt potens sit, euacuato id quod ex parte est, studiosos pietatis, & virtutis ad perfectum, & plenum adducere, Ciues Sanctorum conscribere, statuere Domesticos, & familiares Dei: tale ergo, vt & typis mandari, & in lucem debeat emitti, quatenùs publicæ vtilitati ex eo abundãter consultum fiat. Datum Romæ in Conuentu Regio Sanctiss. Trinitatis hac die 20. Septembris 1667.*

Fr. Albertus Vidal.

Fr. Franciscus de Theis in eodem Conuentu Sanctiss. Trinitatis Sac. Theol. professor.



Imprimatur, si videbitur Reuerẽdiss. P. Sac. Pal. Apost. Mag. O. Ep. Patracen. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Seraphinus Bertolinus Socius Reuerendiss. P. Mag. Sac. Apost. Pal.

PRAE-

PRAEFATIO.

EXHIBEMVS tibi, Lector Amice, *in hoc Opusculo Ciuem Sanctorum, & Domesticum Dei: non eum certè, qui iam ad gloriam magnificentiæ regni eius peruenerit; sed illum, qui non habens hìc ciuitatem manentem, futuram inquirit: qui confitetur se peregrinum, & hospitem super terram, cuius conuersatio in cælis est; qui ad alteram vitam adornatur, qui cum Deo, & coram Deo, in lumine vultus Dei solicitus ambulat. Et vt compendio propositum meum, & destinatam voluntatem assequaris; indicabit tibi Ciuis iste Sanctorum, quid Dominus requirat à te, & quid te oporteat facere, vt vitam viuas Christiano nomini respondentem, ac dignè Euangelio Christi conuerseris:*

ſeris: quod complexus paucis Apoſtolus ſegregatus in Euangelium Dei, ad Epheſios ita ſcribit: a Cap. 1. *a Elegit nos Deus in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu eius, in charitate.*

Promittit hic Ciuis Sanctorum ſe ſcientiam Dei habere, domeſticum eius ſe nominat, & gloriatur ſe viam Dei in veritate docere. Ducet te, non per calles deuios, non ſecundùm traditionem hominum, non ſecundùm elementa mundi; ſed ſecundùm Chriſtum iuxta formam iuris diuini, per ſemitas æquitatis, per tutam, & expeditam eorum viam, qui ab initio ſæculorum prouidentes Dominum in conſpectu ſuo ſemper, in omni conuerſatione Sancti fuerunt.

Huic pro minimo eſt, vt de eo quiſquam dicere valeat: b Eccl 1. *b Ecce hoc recens*

eſt:

est: iam enim praxis eorum, quæ in hoc opusculo designantur, præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Profert autem noster Ciuis sapientiam omnium antiquorum, [c] *vt conuertat corda Patrum in filios: hoc est; vt filij eodem sint corde, eademq. mente cum Patribus Sanctis: vt discant vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vbi sit verum lumen oculorum, & pax.* [d] *Antiquorum nos exempla confortant, & ex eorum comparatione facere nos præsumimus, quod ex nostra infirmitate formidamus.*

c Luc. 1.

d Greg. l. 25. mor c. 7.

Qui [e] *Atheniensium vitio laborāt, qui eorum ritu, & pruritu ad nihil aliud vacant, nisi aut audire, aut dicere aliquid noui; qui gazeticis nuntijs, ordinarijs, & extraordinarijs, nostratibus, & peregrinis, manifestis, & sub modio latentibus pascun-*

e Act. 17.

tur.

tur: qui Babylonicis rumoribus audiendis, legendis, referendis & scriptitandis auidiùs delectantur, huius Ciuis Sanctorum consuetudinem fortassis auersabuntur, & ei domibus suis interdicent; ea vel vna ratione, quòd nihil nouelli, nihil curiositatem redolens, nihil de nugis nugarum sæculi, vel è proximo, vel è longinquo renuntiet.[f] *Infælices filij Adam, omissis veris, & salutaribus studijs, caduca potiùs, & transitoria quærunt. Et hoc nonne vanitas est?*

f Bernar. serm. 1. de Adu.

Vereor, ne & difficiliorem apud eos aditum sit habiturus, quos Hugo Victorinus ita perstringit:[g] *Gaudent multi, cum de regibus fabulantur; dum casus militum narrant; dum pro illis loquuntur, à quibus non agnoscuntur. Multorum partes defendunt, pro multis irascuntur, pro*

g L. 2. de Claust. animæ cap. 20.

multis

multis litigant: ignorant tamen, quod negant, aut quod affirmant. Qui vtinam quæ sursum sunt, saperent, non quæ super terram! vtinam saperent, quæ Dei sunt, non quæ sunt hominum! Vtinam verbum sanum, & irreprehensibile ab Ambrosio discere vellent, verbum, inquam, istud veritatis: [h] *Otiosum verbum est loqui opera hominum: ideò Sanctus orat sibi dari à Domino gratiam, vt non loquatur os suum opera hominum, quia otiosum verbum est: nec solùm otiosum, sed etiam periculosum, pro quo rationem reddituri sumus. Non mediocre periculum est, cùm habeas tanta eloquia Dei, & Dei opera, quæ fecit; illis prætermissis, loquaris quæ sæculi sunt, audias, quæ sæculi sunt. Sed ad institutum redeo.*

h Serm. 22. in Ps. 118.

Fateor equidem Ciuem hunc nostrum

ſtrum de mundo non loqui, nec id mirum, cùm ipſe de mundo non ſit, vt palam ſuo nomine pronunciat. Fateor inſuper eum recentia minimè venditare; Sed vetuſtiſſima veterum, & ab incunabulis humani generis facta recenſire. Sed qui Christianum ſe meminerit, qui Euangelicæ profeſſioni, & pacto cum Deo fœderi facere ſatis decreuerit, in hoc Opuſculo forſan inueniet, haud pauca ſibi noua, & quæ rariùs, vel nunquam ſerio mentis examine perpenderit. Offendet, quæ ad mores Christianè componendos, quæ ad mentem aſſidua præſentis vbique Dei conſideratione renouandam multùm per omnem modum proficient. Si enim, vt[i] Clemens Alexandrinus ait, boni viri præſentia, propter obſeruantiam, & reuerentiam eius, quod eſt præſtantius, eum, qui conuerſatur ſemper format,

i Lib. 7. Strom.

&

& effingit: quomodo is, qui cum Deo ſemper eſt præſens per cognitionem, & vitam, & gratiarum actionem, non iure ſe melior euadat in omnibus & factis, & verbis, & affectionibus? In hunc ſenſum Iſidorus Peluſiotes explicat illud Dauidis: [K] *Carbones ſuccenſi ſunt ab eo.* [l] *Quoniam, inquit, Deus noſter ignis conſumens eſt. idcirco, qui per animi puritatem Deum contemplantur, carbones, non abs re appellantur; vt qui per coniunctionem cum Deo inflammentur, ac luminaria in vnoquoque exiſtant.*

K Pſ. 17.
l Ep. 2. l.

Athanaſius ille magnus, præfulgidum orbis lumen, ad vnam Diui Antonij memoriam renouabatur ſpiritu mentis ſuæ: m *Ingens mihi lucrum eſt, inquit, atque vtilitas, hoc ipſum quod recordor Antonij. Et Theologorum Antiſtes* [n] *Nazianzenus,*

m In Præfat. vitæ S. Ant.
n Orat. 18.

nus, subeunte sibi recordatione Sancti Cypriani Martiris, animum suum Sanctitate imbui sentiebat. Quantò magis proderit memorem esse Dei, viuere in conspectu eius, & illi semper adhærere, qui est Sanctus Sanctorum omni bonitate præstantior bonum beneficum, & omnis boni bonum?

b Ad fratres de mõt. Dei.

Est quæstus magnus pietas, quam definit b Bernardus esse memoriaam Dei. Veniuut omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Pietas ad omnia vtilis est, & infinitus thesaurus hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, vbique circumferentes Paradisum, in quo gloria maiestatis eius habitat.

Non miraberis, si Ciuis hic noster idiomate sibi conuenienti, suæ

sensa

sensa mentis aperiat: Loquela sua manifestum se facit. Conciuis est Sanctorum: loqui proinde debet, sicut decet Sanctos. Profitetur se Domesticum Dei: Quapropter diuinis verbis delectatur, iuxta mandatum Principis Apostolorum dicentis: [p] Si quis loquitur, quasi sermones Dei: & prout consulit [q] Diuus Ambrosius opus suum ædificat supra fundamentum testimoniorum cælestium: [r] à sacris enim Scripturis cælo digna, atque conueniens viuendi ratio exurgit. [s] In ijs quidquid docetur veritas; quidquid præcipitur, bonitas; quidquid promittitur, fælicitas est. Quid igitur absurdi, quid alieni à Ciue Sanctorum, qui viam veritatis elegit; qui in omni opere bono fructifiare desiderat; qui ad veram fælicitatem adspirat, si verbis, quæ processerunt

p 1. Petr. 4.

q Ser. 19. in Ps. 118. n. 8.

r Isid. Pelus. ep. 33. l. 4.

s Hugo Victor.

runt de ore Dei, & Sanctorum, mentem suam aperiat? Si cælestis aulicus ex abbundantia cordis loquatur? Si de bono thesauro proferat bona,

Vnicam, & multiplicem præsentiæ diuinæ praxim suggerit hic Ciuis noster. Vnicam quidem; quia Vnum necessarium vnicè commendat; nimirum, perpetuò Deum attendere, diligere, obseruare, Deique conspectu dignè conuersari. Hanc verò pietatis exercitationem, etiam multiplicem appellat, pro varietate terminorum, seu verborum, quibus in Scriptura veritatis exprimitur. Cùm enim, vt [t] Sanctus Basilius animaduertit, in perpetua similitudine, & æqualitate rerum animo, nescio quo modo, quædam torpedo plerumque oboriatur, atque tædium; eaque re aliud agens, ad

[t] In Reg. fus. ad interrog. 37.

futi-

futiles, & vagas cogitationes aberret: in vicissitudine, & varietate ipsum pietatis studium renouatur, & attentio instauratur. Et ex ea causa Spiritus sanctus, qui dicitur vnicus, & multiplex nobis optimè consultum esse volens, prouidit, vt quod à nobis summè desiderat, multifariam, multisque modis in doctrina sua enuntiaretur. Vt siue hac, siue illa ratione mores, vitamque composuerimus: siue aliquanto tempore vnam, & postmodum alteram praxim pro deuotione voluntatis elegerimus; debito faciamus satis, ac officij nostri partes alacriori mente persoluamus.

Atque ita, qui sicut Enoch perfectè cum Deo ambulare studuerit, is & perfectè coram Deo cum Abraham ambulabit. Qui cum Dauide prouiderit Dominum in conspectu suo

semper


ſemper is , & cum Elia , ac Eliſeo in conſpectu Dei ſtabit . Qui cum Tobia memor fuerit Domini in toto corde ſuo , is etiam cum Ieſu Siracidè in conſpectu Domini ſanctificabit animam ſuam . Qui cum Oſea vixerit in conſpectu Dei , eidem quemadmodum Zacharias ſeruire contendet in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus ſuis. Qui Dauidis ad exemplar decreuerit ſemper eſſe cum Deo , vt in veritate dicere poſſit : Mihi adhærere Deo bonum eſt ; huius , vt & Apoſtoli conuerſatio in cælis erit , qui cum Sancto Patre noſtro Franciſco de Paula Angelicam vitam duxerit in terra , is cum S. Carolo Borromæo , & alijs Sanctis , quorum memoriam in hoc Libro fecimus, paſtorali ſolicitudine , & alijs virtutibus coruſcabit . Denique , qui vel vnam

præ-

praxim, seu, rationem secutus fuerit, & in ea sese tenuerit instanter, in reliquis facto præstandis non laborabit: & sic calles iustorum custodiens, ad omnem virtutis cultum in singulos dies proficiet, & dignè Deo: ipsius adspirante gratia, conuersabitur, prout decet Ciuem Sanctorum, & Domesticum Dei.







CIVIS SANCTORVM, ET DOMESTICVS DEI. SIVE DE PRVDENTIA IVSTORVM, præſentem vbique Deum continenter attendente, & obſeruante.

PRAXIS PRIMA. SANCTI ENOCH.

Ambulauit Enoch cum Deo. *Geneſ.* 5.

§. I.

Hiſtoria vitæ Enoch, & illius eximia perfectio hac verborum paucitate comprehenſa.



APIENTIAM omnium antiquorum, qui Deum ſibi ſẽper, & vbique præſentem attenderunt exquirenti, prior in ſa-

cris Annalibus occurrit S. Enoch, septimus ab Adam: cuius omnis & vnica ad virtutum perfectionem, & eminentiam via, lex, ac regula fuit, *Ambulare cum Deo*.

Hunc Canonem ab ipsa penè infantia, in tabulis cordis sui studiosissimè descripsit, & quandiù in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, adeò diligenter, & continenter obseruauit, vt pro amplissima historia vitæ eius, & conuersationis inter peccatores (quæ fuit 365. annorum) nihil aliud, nihil amplius in diuinarum literarum serie referatur, quàm præstantissimum illud, & vnicum, *Ambulauit Enoch cum Deo*.

Hæc sunt vniuersa rerum ab eo pręclarè gestarum monimenta.

Sed ò quantus in illa paucitate verborum thesaurus! Quid est, *Ambulauit Enoch cum Deo?*

Deum

Deum semper, & vbique sibi præsentissimum cogitauit: Deum oculis fidei semper aspexit, atque in intima eius familiaritate conuersatus est.

Quis porrò studij eius, & consuetudinis Enoch cum Deo modus; quæ perfectio fuerit, Septuaginta, Siracides [a], & [b] Apostolus summatim quidem, sed apertissimè sic explicant: Placuit Deo: hoc est [c]: Ambulauit Enoch in veritate coram Domino [d]. Ambulauit in timore Domini [e], Ambulauit cum Deo in vijs eius, de virtute in virtutem: bonus fuit, & in bono proficiens: Ambulauit secundum voluntatem Dei: ambulauit dignè Deo [f]: diuinam vitam egit.

a *Eccli.* 44.
b *Hebr.* 11.
c *Tharg. Hierosol.*
d *Paraphr. Chald.*
e *Hugo Card.*
f *Vatablus.*

Habes hìc illustrissimum sanctitatis exemplar, habes viam compendij, qua Enoch præ cæteris viris bonis, qui suo æuo viuebant, ad virtutum culmen ascendit. Habes in eo sapientiam

Sanctorum, immò plenitudinẽ ſapiẽtiæ, diuitias ſalutis, & prudentiam iuſtorum; quam Enoch ſuper ſalutem, & ſpeciem dilexit, cum qua venerunt illi omnia bona pariter, & lætatus eſt in omnibus, quoniam illum antecedebat iſta ſapientia.

In ijs verbis, *Ambulauit Enoch cum Deo*, habes luculẽter expreſſum, quod ſanctos omnes libros (quorum ſcribẽdi nullus eſt finis) abſolutè complectitur. Habes denique, quod memoriolæ, licèt infidæ, & vacillanti, nullo labore conſignes, & obſerues, vt placeas Deo.

§. II.

Ambulandum cum Deo in veritate.

SI igitur ad probatos tanti viri mores efformari deſideras, ante omnia requiritur, vt diuinum Numen vbique tibi præſẽtiſſimum adeſ-

ſe

ſe cognoſcas,& aſſiduè contempleris; & ad illius oculos omnia vitæ tuæ, & actionum momenta, intimas cogitationes, verba, greſſuſque in veritate componas.

Spiritus eſt Deus, & eos, qui cum eo cupiunt ambulare, in ſpiritu, & veritate oportet ambulare. Nam & tales quærit, qui ſecum ambulent; in quibus ſit veritas, & qui fucum, ac pigmenta ſimulationis oderint; qui non verbo tantùm, neque lingua, ſed opere, & veritate ei obſequantur.

Nemo ſe ſeducat: nihil prodeſt artificio fucata probitas, & boni ſuperficies, vacuam virtute gerens imaginem pietatis. Deus noſter, Deus veritatis, Deus veritatem diligens, & requirens, Deus, cuius omnes viæ veritas, Deus ſcrutans corda, & renes, Deus, qui ſcrutatur Ieruſalem in lucernis, Deus diſcretor cogitationum,

 & in-

&intentionum cordis, Deus ſpirituũ ponderator, Deus abſconditorum cognitor, Deus, qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis,[g] Deus, qui nouit vtrum dulcis, an amara ſit radix, de qua foris pulchra folia emittuntur, Deus, inquam, noſter, Deus percutiens parietes dealbatos,[h] Deus væ pronuncians in eos, qui ſimiles ſepulchris ſunt, quæ parent à foris ſpecioſa, cùm tamen intus plena ſint oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Deus[i] denique, ante cuius tribunal omnes ſtabimus; vbi apparebit, qua quiſque mente vixerit.

g *Aug. c. 14 Soliloq.*

h *Matth. 23*

i *Hierony. epiſt. 45. lib. 2. famil.*

Id proinde imprimis tibi ſeriò curandum, vt cum Deo ambules in veritate, vt ſeruias ei in ſanctitate veritatis, vt ex interiori fide, dilectione, & gratia, exterioris tui hominis actiones procedant; atque ita ſpiritu prin-

cipa-

cipali formentur, animentur, alantur, & ex integra causa fiant.

§. III.

Solicitè, & in timore sancto, cum Deo conuersandum.

EXigitur secundò, vt cum Deo ambules in timore Dei: vt nimirum cum metu & tremore salutem tuam opereris; vt in sancto illo & filiali Dei timore teneas te instanter. Custodi temetipsum, & animam tuã solicitè, ne (quod gehenna grauius est) à Dei beneuolentia excidas, ne vel in re leuissima vultum Omnipotentis sciens, & aduertens offendas.

Non [k] te seducat eorum error, qui ex arbitrio suo eligunt, quę potissimũ Dei mandata faciant, quęue quasi vilia ac parua despiciant: nec metuunt, ne secundùm diuinam sententiam, mi-

k Paulin. epist. 50.

nima contemnendo paulatim decidat. Et sanè nescio, an possimus leue aliquód peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur. Estque ille prudentissimus, qui non tam considerat quod iustum sit, quàm illum, qui iusserit: nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatẽ.

Serua timorem Dei, & in illo veterasce. Nunquam vel temporis momento, ad vltimum vsque spiritum, de te sis securus; sed cum Iob verearis omnia opera tua. Et certè, vt D.
l *Epist*.42. Bernardus loquitur, [l] sub tam æquo libratore meritorum, sub tam intimo secretorum inspectore, quis gloriabi-
m *August. in Psal*.101 tur castum se habere cor? [m] Discute conscientiam tuam, ascende tribunal mentis tuæ, noli tibi parcere, examina te, loquatur tibi medulla cordis tui, vide vtrum audeas innocentiam profiteri.

Sola

Sola [n] profectò, quæ non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non consueuit, gratiam inuentura in oculis diuinæ pietatis humilitas. n Bern. sup.

In [o] veritate didici, nihil æquè efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pauidus. Time ergo, cum arriserit gratia, time cum abierit, time cùm denuò reuertetur. Beatus es, si triplici isto timore cor tuum repleueris: vt timeas quidem pro accepta gratia, ampliùs pro amissa longè plus pro recuperata; quia recidere, quàm incidere est deterius. o idem Ser. 54. in Cāt.

E contrario, [p] cùm excusserit quis Dei timorem, protinus bona omnia pessum eunt. Nihil ita hominem perdit, quàm si illum contingat à Dei timo- p Chrysost. homil. 4. in epist. ad Roman.

timoris anchora excidere; queadmodùm nihil contrà illum seruat, quam aſsiduus in illum reſpectus.

Et iſtud eſt præcipuum bonum, quod à te Dominus per [q] Michæam Moraſtiten requirit, vt nempe ſolicitus ambules cum Deo tuo; ſolicitus ne illum offendas, ſolicitus probare quid ſit beneplacitum Deo, quæ ſit voluntas eius bona, & beneplacens, & perfecta, ſolicitus quæ Domini sũt, vt ſis ſanctus & corpore, & Spiritu. Hebræa apud deſignatum Prophetã, volunt vt humilies teipſum, ambulando cum Deo tuo: vt nimirum ſuperbiam fugias, vt [r] quidquid habes bonæ voluntatis, vel bonæ operationis Deo aſsignes, qui dat velle & perficere pro bona voluntate: Vt etſi diligentiſsimè, & liberaliter illi ſeruias, nihil tamen magnum te præſtare arbitreris, ſed Domini tui gratiam,

om-

q *Cap.6.*

r *Fulgent. epiſt.6.*

omni, qua par est, reuerentia & modestia promereri contendas.

Caue,[f] ne quid aliquo modo elatè nimis de te ipso sentias, & in animum inducas tuum, vt de pristina laborum assiduitate quidquam remittas.

f *Basil. serm. de abdicat. rerum.*

§. IV.

De virtute in virtutem progrediatur, qui cum Deo ambulare desiderat.

HInc sequitur tertium, quod vel ex ipso ambulandi verbo colliges; vt videlicet progrediaris semper: non quidem sicut impij, qui in circuitu ambulant, &[t] in rerum temporalium cupiditate tanquã rota voluũtur. Sed, quę retro sunt obliuiscens, & ampliorem in dies esuriens & sitiens iustitiam; de virtute in virtutem proficias, sitque semita tua quasi lux splendens,

t *August. in Psalm. 11.*

dens, quæ procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. Ambulat cum Deo, qui bonis moribus, & operibus proficit.

u Bernard. ſerm. 2. de Purific.

Certè [u] profectus noſter in eo conſiſtit, vt nunquam arbitremur nos apprehendiſſe; ſed extendamur ad anteriora, & inceſſanter conemur in melius: vt imperfectum noſtrum diuinæ miſericordiæ obtutibus iugiter exponamus.

x Idē ſerm. 2. de S. Andr.

Nullum [x] omninò præſentiæ Spiritus Dei certius teſtimonium, quàm deſiderium gratiæ amplioris, quoniam ipſe dixit: Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.

y Auguſt. tract. 4. in 1. Ioann.

z ad Epheſ. 4.

Tota [y] vita boni Chriſtiani ſanctum deſiderium eſt. Hæc eſt (inquam) vita noſtra, vt deſiderando exerceamur: Vt [z] veritatem facientes in charitate, creſcamus in Chriſto per omnia.

nia. Semper[a] adde, semper ambula, semper profice. Quotidie, quasi nihil hactenus fecisses, incipe. [b] Nescit mens per torporem veterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum dicitur: Renouamini Spiritu mentis vestræ. Hinc Psalmista, qui ad perfectionis culmen iam peruenerat, quasi inchoans dicebat, dixi, nunc cæpi, Quia si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est, vt inohoare *nos* quotidie credamus.

a *Augustin. serm. 15. de verb. Dñi.*

b *Greg. lib. 22. moral. cap. 2.*

Quanti verò id intersit, magnus ille Antonius declarauit, qui fratrum cœtu aliquod ab eo religiosæ vitæ præceptum efflagitante, ita sermonem exorsus est. [c] Hoc sit primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere; sed quasi, incipientem augere, semper debe-

c *Athanas. in vita S. Antonij.*

debere, quod cœperit. Idque cùm ſæpè aliàs, tum verò extremo in Spiritu, quaſi teſtamento legauit his verbis: [d] Ego quidem, filioli, ſecundùm eloquia Scripturarum, patrum gradior viam: iam enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cæleſtia. Sed vos, viſcera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repentè perdatis; hodie vos religioſum ſtudium arripuiſſe arbitremini, & quaſi cœptæ voluntatis fortitudo ſuccreſceret.

d Idem ibid.

Porrò cùm ita ſuos vir ille diuinus inſtitueret, quid aliud dicere videbatur, quàm, Volo vos omnes eſſe ſicut meipſum: imitatores mei eſtote, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Ab ipſo namque ſanctioris vitæ tyrocinio, quotidie, tanquam ſemper incipiens aliquid innouarat: [e] quotidie, quaſi

e Nicephor. lib. 8. hiſtor. Eccl. c. 40.

iacto

iacto principio, magis ac magis in vniuersa animi moderatione profecerat, nouam quamdam in dies præ se ferens alacritatem.

Itaque, cum religiosissimus ille pietatis cultor ad spiritualem profectum suos erudiret, id maximè commendare videbatur, quod orbis Apostolus ad Thessalonicenses scribens: Rogamus [f] vos, & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. f 1. Thess. 4.

§. V.

Cum Deo conueniat, qui cum Deo ambulat.

INsuper cum Deo ambulandum est cum consensu, & secundùm ipsius volun-

voluntatem: alioquin [g] nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? [h] Omnino necesse est consensum nostrum diuinæ subijcere voluntati, si pacem æternam, si pacem desideramus habere præsentem. Hæc [i] enim vera pax est à Dei voluntate non diuidi, & in ijs quæ solius Dei sunt, delectari. Norma [k] proinde sit hæc in omnibus rebus tuis, quas aggrederis, vitæque studijs, tam quæ ad corpus, quàm quæ ad animam pertinent, an cum lege diuina verè conueniant. Placeat [l] homini quod placet Deo. Hoc [m] vno constat omnis nostra perfectio, vt Dei solius faciamus voluntatem, vt vni illi obsequi, illum vnum obseruare, illum vnum attendere, omnibus vitę nostrę momentis enitamur.

g *Amos 3.*

h *Bern ser. cui initium est, Audistis nunc.*

i *S. Leo.*

k *Climac. grad. 26.*

l *Mag. sent.*

m *Cathar. Senens in Dialog. de perfect. acquir.*

§. VI.

§. VI.

Ambulans cum Deo sit eius imitator.

QVi cum alio ambulat, eum videtur imitari: atque ita cupiẽtibus ambulare cum Deo, necessum est, vt sint imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ad illud summæ perfectionis exẽplar, in quo omnis gratia viæ, & veritatis, ex quo omnis spes vitæ, & virtutis, suos mores, & affectus exprimere, formareq. studeant. Sic enim mandat Dominus & Magister noster, [n] Estote, inquiens, perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Quæ iuxta modum perfectionis, quam possunt assequi viatores, intelligenda. Proponit nobis doctor vitæ nostræ, & magister æternæ salutis signum ad collimandum, quò scit nos peruenire nũquam pos- n Matth. 5.

ſe; vt quò poſſumus, perueniamus. Non vult nos eouſque progredi, ſed nunquam ſtare: vult nos omnibus in rebus quàm ſimillimos eſſe Patri noſtro cæleſti.

In quibus autem Deus ſit imitandus, vide inter opuſcula D. Thomæ Aquinatis ſexageſimum ſecundum: quod etſi germanus angelici illius ingenij fœtus eſſe non appareat, eius tamen nomine circumfertur. In eo opuſculo reperies, quæ ad imitationis diuinæ praxim non parum conducẽt, vt expreſſione diuinæ ſimilitudinis ambules dignè Deo.

Vnum tantum ex Apoſtolo ſuggeram, in quo vel maximè Deum imitandum ſuadet his verbis: [o] Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione; ſicut & Chriſtus dilexit nos. Et alibi, [p] Omnia veſtra in charitate fiant; in fide

o *Ad Epheſ.* 5.

p 1. *Cor.* 16.

quæ

quæ per charitatem operatur, in obedientia charitatis: vt amor Dei (inquit Ambrosius) sanctam faciat omnem nostram conuersationem. Hic est spiritus principalis [q], quo Dauid confirmari postulat, [r] spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater; Spiritus, quo ambulandum docet [s] Apostolus, vt desideria carnis non perficiantur.

q *Psalm. 50*

r *Ad Rom. 8.*

s *Ad Gal. 5*

§. VII.

Quantis bonorum cumulis à Deo ditentur, qui cum eo (vt supra) ambulant.

O Quam pręclarum est istiusmodi cum Deo habere consuetudinem! Nam [t] si congressus boni viri meliorem eum reddit, qui cum eo congreditur; quanto magis idem ei vsu venit, qui diu, noctuque


t *Chrysost. apud Damasc. lib. 2. parall.*

cum Deo versatur. Perfectus eris, & absque macula incedens cum Domi-
u Prouer. 3. no Deo tuo:[u] cuius viæ pulchræ, seu, vt Hebræa sonant apud Salomonem, viæ amœnitatis, & omnes semitæ eius pacificæ. Ducet te per semitas æquitatis, seu rectitudinis. Si titubes (vt subinde contingit in loco peregrinationis nostræ) tenebit te dextera eius. Si etiam interdum cadas, non collideris; quia Dominus supponet manũ suam. Si quando tui parumper immemor, respexeris in vanitates, & insanias falsas, quæ blandimentorum aculeis mentem in vitia commouere incipiant, audies illicò vocem post tergum monentis: Attende tibi, auerte oculos tuos, ne videant vanitatem. Custodi temetipsum, & animam tuã solicitè. Insidiæ, insidiæ. Super custodiam tuam sta. Si fortè erraueris à via veritatis, reducet te quàm mox per

per iter, quo ostenditur salutare Dei. Et vt paucis innumera complectar, erit tibi dux in misericordia,[x] protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem, omnia tibi cooperabuntur in bonum. Atque tandem, postquàm deduxerit te mirabiliter dextera Dei, portabit te in fortitudine sua ad habitaculum sanctum suum, ad decorem domus suæ, ad gloriam magnificentiæ regni sui, regni omnium sæculorum, regni quod in æternum non dissipabitur.

x Eccli. 34.





§. VIII.

Noë superioris pronepos eadem exercitatione ambulandi cum Deo eximius.

ENoch proauo par Noëmus virtutis, & sanctimoniæ laude; de quo in Annalibus mundi dicitur, [y] Noë vir iustus, atque perfectus fuit. Qua breui dictione, & præconio abditi latent ingentes virtutum thesauri. [z] Noë vir iustus fuit, hoc est, omnigenam exercens virtutem, & perfectus; omnia impleuit quæcunque facere conuenit eum, qui virtutem amplexatur: hic est enim perfectus. nihil intermisit, in nullo claudicauit. Non in hoc benefaciebat, in illo verò peccabat: sed in omni virtute perfectus fuit, & ad summum virtutis apicem peruenit.

[y] Genes. 6.

[z] Chrysost. homil. 23. in Genes.

Præterea, vt ex tempore quoque, & ex collatione cum alijs, illustriorem nobis iustum exhiberet Scriptura, perfectus (inquit) in generatione sua fuit; in generatione illa praua, atque peruersa, quæ adeò in malum declinauit, quod neque vestigium virtutis præ se ferre voluit. Cùm, inquam, se nationes in consensu nequitiæ contulissent, iustus ille non solum virtutem præ se tulit; sed & in tantum peruenit virtutis culmẽ, vt perfectus, & in omnibus absolutus, integer, ac in nullo deficiens extiterit.[a] Vir planè diuinus, imaginis Dei firmus adseruator, fidei custos tutissimus, inter virtutis hostes, & vniuerso hominum genere, velut vna conspiratione contra Creatorem acie composita, misericordiam eius ad iracundiam prouocante.

a *Basil. Seleuc. orat. 6.*

Est[b] quidem virtus per seipsam admira-

b *Chrysost. sup.*

mirabilis: quòd si verò quis in medio prohibentium illam colat, multò admirabiliorem se ostendit. Et propterea diuina Scriptura, quasi admirando iustum illum, dicit, quod in medio illorum, qui indignationem Dei sensuri erant, inuenerit Noë gratiam coram Domino. Tanta denique fuit virtutis illius gloria, vt Dominum vniuersi habuerit laudũ suarum præconem, [c] solus æuo suo vitæ egregiæ merito apud Deum diues.

c *Ambros. de Noe, & arca.*

Hæc [d] quibusuis diuitijs, quauis abundantia, quauis gloria & potentia, quauis humana felicitate potiora duxerit quisquis mentem habet. Hæc regno magis desiderabilia fuerint ei, qui sententiam de rerum pretio non ante pronuntiat, quàm illarum veritatem ad Sanctuarij libram, & pondus expenderit.

d *Chrysost. sup.*

Sed vnde huic vni tanta sapientia?

&

& virtutes? Vnde tam illustris virtutum ornatus? Vnde in vno homine mirabilis iste virtutum concursus, ante tempus gratiæ, ante Euãgelium, ante etiam Dei digito scriptam legem? Vnde tam fulgidum iubar, & inextinguibile lumen, infestis & reflantibus vndique sæculi nequam ventis? qua ratione vir iste supra modum mirabilis, & bonorum memoria dignus, ad supremum perfectionis fastigium cõtendit & peruenit.

Quid ita stupentes hæremus & anxij, causas tantę pietatis & sanctimoniæ disquirentes? Ipsa Scripturæ planities & contextus rem aperit, & solicitos ab vlteriori causarum peruestigatione liberat. In Genesi quid scriptum est? quomodo legis? Noë inuenit gratiam coram Domino. Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. Prosequere, statim-

timque causam agnosces. *Cum Deo ambulauit.* Hæc tantæ perfectionis ratio, hæc regula Sanctitatis. His amplius ne requiras. *Cum Deo ambulauit*, assiduam præsentis Dei memoriã tenuit: vi amoris & puritate sanctimoniæ Deum comitatus est: illius voluntati & iussionibus integerrimè perficiendis tota mente, totisque viribus intendit: Deo inhærere, & cum eo tractare dulce fuit illi; eundemque honorare & imitari summa felicitas.

Itaque Noë contubernium habens Dei, in omni conuersatione Sanctus fuit, [c] non potuit errare; bonum directorem habuit. Deo dignè vixit, diuinos mores induit, diuinam vitam egit (est enim maximè proprium illius conuersationis cœlestem atque diuinam in animis formam indere) fuit immaculatus cum Deo: diuino præconio commendari meruit, & sempiter-

c D. Thom. in Genes.

piternum nominis decus obtinere.

Prætereà, ex assidua illa cum Deo consuetudine, tantùm gratia apud Deum valuit, [f] vt promeruerit diuini operis semina reseruare.

f *Basil. qui supra.*

Primæ generationis primus fuit, & posterioris principium: per quem factum est, ne totum corpus generis humani, vel abolitum videretur, vel ab Dei abscissum gratia relinqueretur.

Dictis addam aliud singulare Noëmi priuilegium. [g] Cùm iustitiam colendo, imaginem Dei repurgasset, feræ omnes ad eum se contulerunt, veterem seruitutem confitentes, atque eum qui primùm peccauerat, atque imperij parte mulctatus fuerat, propemodùm accusantes. [h] Honoratior fuit animantium Dominus, quàm Adamus: ille enim dedit eis nomen, ille salutem contulit, & pro paradiso

g *Isid. pelus. epist. 95. lib. 3.*

h *Basil. Seleuc. orat. 6.*

arcam

arcam illis pandit, & accurrentes hoſpitio excepit. Denique repreſſit ſacrificio alterius diluuij terrorem, & à Deo futuræ ſecuritatis pignora recepit. His elogijs & honoribus condignus fuit, qui ſemper ſtuduit cum Deo conuerſari.

Qua porrò ratione ſit cum Deo conuerſandum, ſatis abundè in ſuperioribus paragraphis expoſuimus.

§. IX.

Nullus vmquam viatorum ſic ambulauit cum Deo, vt Beatiſſima Virgo, atque ita nullus tantæ Charitatis incendio, ſicut illa, deflagrauit.

i *Cant. 7. alæ eius, alæ ignis: Sept. Interp.*

DIuinus Sponſus,[i] in Sacro Epithalamio, loquens de anima Sancta, ſub ſpecie, ac nomine vnius cuiuſdam fideliſſimæ, atque amantiſſimæ Sponſæ; & eius ſeruitij feruorem

rem

rem indicare volens, alas ignitas illam habere dicit; per hoc intelligens, quod ſicut ignis in altum ſemper, ac ſine vlla requie, contendit: ita cum ſit illius amore flagrans, ſemperque illum præ oculis mentis habens, ne momentum quidem temporis elabi patitur, in quo pro illius gloria laborare non ſatagat.

Illa myſtica animalia,[k] quæ Sancto Ezechieli Prophetæ, in viſione monſtrata ſunt; tam veloci paſſu, tamque præcipiti motu ferebantur, vt vix illa oculis, ac viſu ſequi poſſet. Et quod valde mirandum, bos animal natura tardiſſimum, vnus ex illis erat. At vnde tanta illi in ambulando celeritas? niſi quia (ſecundum textus eloquium) flammeis rotis, quarum rapidiſſimum motum ſequebatur, affixus erat. Nam reuera quando cor alicuius, diuini amoris flam-

k *Ezechiel. 1 in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.*

flamma fœliciter inardescit, manetque immotus defixus in Deum eius mentis oculus; non mundus, non caro, non dæmon, à præclaris actionibus, quas in Dei honorem perficiendas suscepit, retrahere valent.

1 Rom. 8. certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus re.

Testis huius rei est Apostolus,[1] qui postquam pectus suum, sui Saluatoris amore ardere dixisset, obtestabatur postmodùm nullas omnino potestates, seù mundanas, seu infernales impedire posse, quo minus toto animi conatu ad eius seruitium properaret; se etiam paratum dicens (quando opus esset) suum pro eius honore sanguinem fundere: ex quo Diuus Gregorius, ait, quod quantùm quisque Deum amat, tantùm eius gloriæ studet incremento.

Quod cum ita sit, atque verissimum, quis posset dicere, quo ardore charitatis, quo feruore deuotionis,

Ma-

Maria Mater Christi, omnia pietatis officia exercere studeret? cum eius amor ardentissimus, ardentissimorum Seraphinorum amorem, longo interuallo superaret, fixaque in Deum mens eius semper immota maneret? propter quod etiam Suarez,[m] cum pluribus Sanctis, & magni nominis doctoribus non dubitauit asserere; quod si omnes amores hominum & Angelorum essent in vnum collecti, ac in vno corde repositi, adhuc præ illius Virginei amoris ardore, algere viderentur: Vnde & concludit, quod, quia humanarum actionum meritum à charitatis mensura pendet, huius Virginis merita, omnium Sanctorum mensuras multoties excedunt.

m *Suarez 3. p. q. 37. ar. 4 disput. 18. Sect. 2. & 4. D. Epiph. in oratione de Laudibus Virg. D. Greg. l. 1. Reg. cap. 2. D. Damasc. sermone de natiu. Virg. D. Thomas 1. par. q. 25. art. 6. ad 4.*

Quod & sibi quisque facilè persuadere potest, si cogitet gratiam, quæ quasi horum fructuum semen est, plus in illa, quam in cunctis, tum

An-

Angelis, tum hominibus, abundantiorem fuisse: ex eo quod (vt ait Diuus Chrysologus) [n] cœteris Sanctis per partes elargita sit, in illam verò se tota eius infuderit plenitudo; secundum quod Angelus, qui Diuinam Incarnationem illi nuntiauit, testatus est, dicens, quod esset [o] gratia plena. Quare sicut illud ditissimum talentum, sine pondere & mensura, à suo benignissimo Creatore acceperat; ita nullum effluebat temporis momentum, in quo lucrum aliquod ex eo, sicut bona famula, coram Domino suo ambulans, ac semper illum præ oculo mentis habens, non reportaret. Ita quod nec somnus ipse, qui omnes potentiæ rationalis actiones ligare solet, pijs operibus vacare impediret: cum è contra plus vigilaret animus, cum quiesceret corpus: vt potè quia semper in obiectum sui amo-

n *Serm. de B. Virgine.*

o *Lucæ 1.*

amoris intentus, acutius illud speculabatur, cum foris cessabat strepitus; quasi si quod in alijs dormire est, in illa esset vigilare.

Et certè, cum perfectissimæ orationis donum,[p] à Deo ipso possideret, nihilque sit oratio (secundum omnium doctorum effatum) quàm mentis in Deum eleuatio, & velut creaturæ cum Creatore amorosa coniunctio: planè Beatorum diuinam faciem iugiter contemplantium, conditionem fœliciter æmulabatur: quia sicut nullo modo, præ eius dulcedine & amore ab ea possunt auelli, ita & Virgini Sanctissimæ à pijs operibus abstinere, ob amorem & feruorem, quos ex illa iugi contemplatione concipiebat, quasi liberum (in summa animi libertate) non erat. Vrgebat siquidem illam, & Charitas, & Dei præsentia, cuius à pectore vultus

[p] D. Bonau. in specu. c. 2.

nunquam contingebat elabi, vnde & meritò illud Cantici Canticorum dicebat, [q] cum ego dormio, cor meũ vigilat; vigilabat ſiquidem etiam cum dormiret, quia vigilantem ſuper ſe, numquam non ſuſpiciebat.

q Cant. 5.

At quid putares eam non velle facere pro eo, quem probè nouerat omnium ſiue hominum, ſiue Angelorum amores ac ſeruitia mereri? poteratne non vrgeri & eius præſentia & amore, vt pro illo quid agere, aut pati recuſaret? Sanè ſi Beati qui claro eius aſpectu fruuntur, & per quem vident apertiſſimè quàm magnum ſit Creatori creaturam inſeruire, adhuc vellent maiora, quàm quæ paſſi ſunt in hac vita mortali (ſi fas eis eſſet) tormenta perferre: hanc quam Spiritus Sanctus propter abundantiam diuini luminis obumbrauerat, quæ & verbum ipſum, lumen de lumine

mine miro modo conceperat, & in cuius vtero Diuinæ Charitatis incendium per nouem menses requieuerat, quo credendum est flagrasse desiderio, omnia quæ passus est, cum illo patiendi?

Testantur [1] multi ex Sanctis Doctoribus in ipso suæ conceptionis momento eiusdem filij sui mortem ab æterno Patre sibi reuelatam fuisse: quamuis aliqui dicant hanc tantùm rescivisse, quando à Simeone audiuit, quod aliquando gladius doloris eius animam pertransiret. Sed esto tunc tantùm & non prius resciuerit, non minus propterea eius constantiam mirari quis debet, cum licet per triginta annos & supra, hanc semper præ oculo mentis haberet, nulla vmquam mœroris signa ediderit, hoc suum cordis martyrium ita æquanimiter perferendo, vt planè plusquam mar-

[1] *S. Birgitta in reuelationibus. D. Bern. de Lamentatione Virg. B. Alcuinus interrog. 204 in Genes. Rupert. l. 8. in Cant.*

f D.Hieron. serm. de assumpt. D. Ildefons. serm. 2. de assumpt. D. Bern. ser. in illud. Apocal. signum magnum.

tyr[f] ab ipsis Sanctis Doctoribus iure merito vocata sit: cum nullus horum ita inconcussæ mentis extiterit, quin aliquando titubare atque trepidare visus sit, aut saltem non omnis patientiæ indicia præmonstrare: sed amoris Virginei ardor, & mentis eius ad Deum conuersio assidua, velut si impassibilis esset, ita immobilem reddebat, vt quidquid pro eius gloria pateretur, quasi non pati videretur: inuisibilem siquidem tamquam videns sustinebat, ac nihil prorsus agebat, quod de vultu eius non prodiret, prouidens eum in conspectu suo semper & tamquam à dextris ne commoueretur.

Certum est quod eius fides semper recta, semperque immota manens nunquam ritubauerit, etiam quando illa feruentissimorum discipulorum penitus collaberetur ac deficeret, in-

mor-

morte ſcilicet dilectiſſimi filij : propter quod à Sancto Cyrillo [t] lampas inextinguibilis vocata eſt. At ſi verum eſt quod dicit D.Bernardus, fidem nimirum eſſe valde oculatam, ac velut lynceos habere oculos, quibus Deum inuiſibilem tanquam viſibilem intuetur: profectò cum hæc vigilantiſſima Virgo hos ſemper apertos haberet, & nulla vnquam caligine, vel etiam mœſtiſſimi doloris, quam de illa morte concipiebat, poſſent obnubilari: non eſt cui dubitare liceat, pręſentiſſimum ſemper habuiſſe Deum, ac propterea pijs operibus ſtudioſiſſimè vacantē, ei placere ſolicitam admodum fuiſſe: ita vt illud prouerbiorum à Sapiente de ea rectè fuerit prænunciatum, non extinguetur in nocte (huius vtique mortalis vitæ) lucerna eius. Non enim (vt ſubdit D. Bernardus) [u] de numero fatuarum

t *Serm. contra Neſtor. Serm. 2. de Epiph.*

u *Serm. 2. de Aſſumpt.*

Virginum erat prudens Virgo, cum lampadem ſimul & oleum ſemper haberet: ita vt ipſis quoque Angelis lucis miraculo eſſet, dum ſe multò ardentiorem in omnium virtutum operibus conſpicerent, ac velut ignis, non vrens (vt ait Pſalmiſta) [x] ſed languens, in conſpectu eius apparerent: vt potè quod illos Charitate, ac animi feruore, ſeu generoſitate, ſicut & omnes homines longè antecelleret.

x Pſal.103.

Quod D. Bonauentura, [y] ſuper illud Angeli Gabrielis ad ipſam (Dominus tecum) quando ſcilicet vt futuram Dei matrem ſalutauit, præclarè expoſuit in his verbis: & quia Dominus opulentiſſimus opulentiſſimè eſt tecum, ideo tu es opulentiſſima, ſiue ditiſſima ſecum: ita vt verè tibi dici poſſit illud Prouerbiorum, multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. filia Agnes,


y In ſpeculo cap.8.

filia

filia Lucia, filia Cecilia, filia Agatha, filia Catharina: & multæ aliæ filiæ, hoc est Animæ Sanctæ, congregauerunt diuitias virtutum & gratiarum, meritorum & præmiorum: sed tu supergressa es excellentissimè vniuersas: si quidem tu omnes supergressi es in natura, in gratia, & in gloria, vniuersas etiam intelligentias Angelicas. Si ergo quia semper vident faciem Patris [z] (vt aiebat Christus Discipulis) se promptissimos exhibent in omni Dei obsequio, quanto putandum est animi feruore, quanta alacritate, ac deuotione, pijssimam Virginem in omnibus se eius ministram exhibuisse? cum ne momento quidem ab eo faciem mentis, hoc est cogitationem, auerteret: dicens cum parente Psalmista: [a] oculi mei semper ad Dñm, & ipse semper in conspectu meo, vt complaceam ei in veritate sua.

z *Matth.* 18

a *Psal.* 24. 15. & 25.



PRAXIS SECVNDA.

SANCTI ABRAHAM.

Ego Deus omnipotens: Ambula coram me, & esto perfectus.
Genes. 17.

---

§. I.

Virtutes S. Patriarchæ Abraham.

a *Ambr. l. 1 de Abrah. cap. 2.*



AGNVS[a] planè vir Abraham, & multarum virtutum clarus insignibus, quem suis votis Philosophia non potuit æquare: minus est quod illa finxit, quàm quod iste gessit.

b *Chrysost. homil. 42. in Genes.*

Possedit[b] eximiè iustus ille virtutes omnes; admirabilem in Deum fidem, spem inconcussam, animam in Deum

& pro-

& proximum eximia charitate flagrantem, religiosissimam pietatem, patientiam incredibilem, obedientiam omnibus retrò sæculis inauditam, inuictam fortitudinem, generosum rerum humanarum contemptum, officiosissimam hospitalitatem, sui ipsius despicientiam, atque humilitatem planè singularem.

Has (inquam) aliasque virtutes vir ille maximus, & inter heroas vetusti sæculi longè clarissimus, & possedit, & operibus ipsis in heroico gradu mirificè declarauit.

§. II.

Primus inter homines Dei amicus appellatus.

AD eam sanctitatis eminentiam ascendit, vt primus inter mortales

tales [c] amicus & dilectus Dei ſit appellatus.

c Daniel. 3. Iacob. 2.

Quanta autem Dei erga ipſum dilectio, vel ex vnico illo ponderare & æſtimare licebit, [d] quòd dignatus ſit Deus ſe vocare Deum Abraham; oſtẽdens quomodo ſibi vendicauerit & propriũm fecerit Patriarcham. Neque Dominus orbis ac conditor, vnius hominis Deum ſe dicens, concludit & abbreuiat cum Patriarchæ appellatione ſuum dominium: ſed magnam in illum ſuam beneuolentiam monſtrat; [e] adeoque magnam, vt non tantùm Deus cæli & terræ, & maris, & eorum quæ in eis ſunt, appellari gaudet, quantùm ſi Deus Abraham vocetur.

d Chryſoſt. homil. 52. in Geneſ.

e Idem homil. 4. de Anna.

Epitheti huius dignitatem atque ſplendorem admirans & expendens Philo diſertiſsimus Iudæorum, ait: Si vnus totius mundi Deus ſingulariter

ter dictus est Deus Abraham, necesse est, & singulari quadam ratione Abraham Dei hominem fuisse.

Quid maius, quid eminentius, quid vtilius expectari potest à Domino? Beatus [f] qui inuenit amicum verum [g]: Quid enim amicus syncerus non pręstet? quam voluptatem, quod emolumentum, quam securitatem non adferat? Etiamsi sexcentos thesauros dixeris, nihil tamen cum syncero amico conferendum dices. Amico [h] fideli nulla est comparatio: & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Vnde scriptum est de amicis Eliæ Thesbitis: [i] Beati qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Porrò si fœlix appellatur, qui fidum potest in hominibus amicum inuenire, profectò vltra modum fœlicissimus Abraham, qui in illa adeò singulari Dei amicitia decoratus est.

f *Eccli. 25.*
g *Chrysost. homil. de dilect.*
h *Eccli. 6.*
i *Eccli. 48.*

Ex

Ex hoc fonte quàm pręclara, quàm diuina munera dimanarunt! Hinc Abraham constitutus est magnus pater multitudinis Gentium, [k] princeps Dei, primitiæ sanctæ, radix sanctæ, pater regum, multarum Gentium doctor, pater sanctorum, in quo benedictæ sunt omnes cognationes terræ.

k Genes. 23.

Denique qui se Deum Abrahæ appellat, & appellari gaudet: verus etiam filius Abrahæ, magno pietatis sacramento fieri, & in perpetuas æternitates esse voluit.

Meritò sanè de Abrahã dictũ est: Non [k] est inuẽtus similis illi in gloria.

k Eccli. 44.

Amplectenda [l] res est, & optanda, & omnium postulationum nostrarum precibus expetenda, vt qui serui Dei sumus, simus & amici. Quæ [m] sors cuicumque contigit, is humanæ fœlicitatis terminos transgreditur: laudem habet non adulatione adulteratam,

l Cypr. lib. de exhort. martyr.

m Philo de his verbis: Resipuit Noë

tam,

tam, sed veritate stabilem.

§. III.

Eminentem istam gloriam adeptus est Abraham, datam à Deo sibi legem illam obseruans: Ambula coram me. *quæ varijs lectionibus illustratur & exponitur.*

SEd qua ratione participes erimus amicitiæ Dei? breuiter dicam, & compendio: ea ratione qua Abraham: si filij Abrahæ sumus, si opera Abrahæ faciamus. Non est inuentus similis illi in gloria. Quare? Audi diuinum responsum: [n] Quia conseruauit legem Excelsi. Quam legem? Hanc nimirum: *Ambula coram me; & esto perfectus.* [n] Eccli. 44.

Hæc est lex Excelsi, qui adinuenit omnem viam disciplinæ, eamque paucioribus comprehensam tradidit Abrahæ dilecto suo, Ambula (inquit)

co-

coram me; & esto perfectus. Hac regula [o] ad magisterium futuræ successionis Abraham informatus est à Deo, & instructus. [p] Hanc vt doceret missus fuit omnibus Palestinæ cultoribus Sapientiæ doctor.

o Ambr. l. 1 offic. cap. 24.

p Chrysost. homil. 33. in Genes.

Vulgatam editionem varietas lectionum non parum commendat & illustrat. LXX. ita legunt: Beneplaceas mihi, & sis irreprehensibilis.

S. Ioannes Chrysostomus: [q] Place coram me, & esto irreprehensibilis.

q Hom. 39. in Genes.

D. Ambrosius: [r] Emerere in conspectu meo, & esto sine querela.

r Lib. 1. de Abrah. c. 4.

Clemens ab Alexandria: [s] Gratus esto coram me, & esto irreprehensibilis.

s Lib. 1. pedag. cap. 7.

Interlinearis sic interpretatur: Secundùm placitum meum incede, & non timore sed amore seruias.

Lippomanus in hunc modum: [t] Ad nutum meum viuas, & iuxta præceprum

t Caten. in Genes.

ptum meum: Sicut filius obsequere per omnia patri, & esto perfectus, fidelis, simplex, non duplici mecum corde pergas, nihil supra me ames, tuum cor exigo.

Episcopus Abulensis: [u] Sic ambula in tua conuersatione morum, ac si me coram te semper videres. Labora, vt in omnibus actibus tuis mihi placeas, & esto perfectus: Sequere me ex toto corde tuo.

u *In Genes.*

Hieronymus Oleaster: [x] Nihil omittas eorum, quæ tibi præcepero, nihil tibi desit ex ijs, quæ ad perfectionem pertinent; adeoque solicitè mihi probabilis esse contendas, vt nihil sit, de quo aduersùm te conquerar.

x *In Genes.*

Quæ omnia in vnum eundemque sensum conueniunt, & declarant Abrahamum cælitùs mandatum accepisse, vt Deum semper intueretur

præ-

præſentem, inſpectorem, teſtem, conſiliorum ſuorum conſcium, & vltimum finem. Inſuper, vt pro viribus illi vnicè, & ex amore placere contendens, deſideria, affectus, intentiones, decreta, motus & geſtus, verba & vtriuſque hominis actiones, ad eius vnius nutum, voluntatem & gloriam, ſtudioſiſſimè componeret.

§. IV.

Quanta merces Abrahæ promiſſa, vt dictam profectionis legem perpenſiùs & ſtudioſiùs obſeruaret.

RAtionem, ſiue ſtimulum maximi momenti præmiſit Deus, quo Sanctum Abraham ad perfectè ambulandum coram ſe vehementiùs incitaret. Ego (inquit) Deus Omnipotens: *Ambula coram me, & eſto perfectus*. Multam habet hoc Verbum

bum emphasim. Ego Deus omnipotens. [x] Ego qui à Chaldæis te euocaui: ego, qui te de domo tua eduxi: ego, qui vsque in præsens res tuas varijs modis dispenso: ego, qui te à periculis Ægypti liberaui: ego, qui omni tempore propugnator tuus sum, & qui te inimicis præualere feci: ego, qui semel atque iterum promisi tibi atque semini tuo daturum me terram hanc: ego, qui in dies magis ac magis omnibus te clarum ostendo: ego, qui omnia difficilia facillima tibi reddo.

x *Chryst. homil.* 36. & 39. *in Genes.*

Ego Deus omnipotens: non contemnam tuæ virtutis sudores. Quid optas? Quid intendis? Quid amas? Pro qua re postulas? Quid vis, vt faciam tibi? Numquid Deo quidquam est difficile? Non est impossibile apud me omne verbum. Omnia quæcumque volui, feci in cœlo & in terra, in

mari & in omnibus abyssis: mea sunt omnia: in ditione mea cuncta sunt posita.

Dilata proinde tentorium cordis tui, extende sinus desideriorum tuorum, & quidquid libuerit exopta, & quantùm potueris, desidera: totum illud à me expectare & obtinere potes, & amplius.

Nunquam tantùm poteris desiderare quantùm ego donare: votorum tuorum maciem beneficiorum vbertate transgrediar. Hebreæa habent, Ego Deus fortis, sufficiens, siue, vt alij vertunt, vber & mammeus: [y] hoc est: Deus sum opulentæ largitatis, nec auarus munerum, nec beneficij parcus, nec gratiæ angustus. [z] Ego fons boni maximus, flumen beneficiorum, & lumen assiduè coruscans. [a] Ego ineffabile bonum, bonum beneficum, bonum bono-

y Ambros.

z Cyril. Hierosol. Catech. 6.

a Aug. serm. 5. ex nouis.

bonorum omnium creator,[b] omni bonitate præstantior. Ego Deus replens in bonis desideria seruorum meorum, qui fideles in dilectione acquiescunt mihi: voluntatem timentium me facio. Ego Deus omnipotens. Illud vnicum duntaxat à te requiro: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Testamentum hocce meum sedulus obserues, & omnia mea tua sunt, & tuus totus ego: merces tua magna nimis.

b *Damasc. cap.2 lib.1. de fide.*

§. V.

Corde magno, & animo volenti, dictam perfectionis legem Abraham suscepit obseruandam.

QVid ad hæc gratus & religiosus Abraham?[c] Videns tantam condescensionem, & erga famulum suum curam obstupescens, animoque versans & naturam suam, & bonita-

c *Chrysost. homil.39. in Genes.*

tem immensamque virtutem Dei, cecidit in faciem suam (ita enim gratæ animæ, quantò maiori fruuntur fiducia, tantò maiorem Deo fiduciam exhibent.) Atque ita pronus in faciem, Deo secum fœdus pangenti toto animo consentiens, impositam sibi perfectionis legem coram Deo ambulandi suscepit, eamque prolixiùs obseruare spopondit.

Priùs quidem, à primæ scilicet vocationis instanti, studium placendi & obediendi Deo illi cordi fuerat.[d] Nam oraculo perculsus, quò iubebatur migrare deserta patria, cognatione, paternàque domo, haud secus quàm si ex peregrinatione domum redire iussus esset, ita accelerauit in regionem exteram, rem factam se habere putans, si mandatum celeriter exequeretur. Animo priùs in nouam coloniam profectus est, quàm cor-

d Philo lib. de Abrah.

corpore, mortalium rerum desiderio cœlestium amori cedente.

Sed hæc illi rudimenta tantùm erant, & veluti virtutis incunabula, quæ deinceps illustriora copiosioris & perfectioris obedientiæ facinora pepererunt. Attentissimus semper erat Abraham, vt loquentem sibi Deum, etiam in Sibilo auræ tenuis, mox audiret, & nosset, quid ex eius vel imperio, vel consilio sibi faciendum. Iubet Deus: obtemperat Abraham.

Promittit Deus: fidelem credit esse eum Abraham, & in spem contra spem credit, plenissimè sciens, quia quæcumque promittit Deus, potens est & facere. Vocat Deus: accurrit promptissimus Abraham. Reuocat Deus: redit Abraham. Petit Deus: liberaliter offert, & libentissimè impendit & superimpendit Abraham. Dicit Deus, Abraham, Abraham: & il-

& ille paratiſſimus reſpondet, adſum.

Omnibus in rebus ſe Deo obſequentem exhibet. Sacros Geneſis Annales conſule, & manifeſtiſſima pietatis illius in Deũ argumenta paſſim offendes. Vbique ſuſpicies eum in conſpectu Dei ambulantem, vbique ad omnia Dei iuſſa volantem, nec vnquam religioſæ mentis oculos à Diuinæ præſentiæ conſpectu diuertentem.

e Geneſ.24. Id vel ex vno colligere licet, [e] quod cum mitteret ſeniorem domus ſuæ ſeruum Eliezer in Meſopotamiam, ad vrbem Nachor, vt exinde vxorem vnigenito ſuo Iſaac deligeret, & adducendam curaret, reſpondiſſetque Eliezer: Si noluerit mulier venire mècum in terram hanc, &c. Dominus, ait, in cuius conſpectu ambulo, mittet Angelum ſuum & diriget viam

tuam:

tuam: accipieſque vxorem filio meo de cognatione mea, &c.

§. VI.

Veri Abrahæ filij ſectantur veſtigia eius, & dictum perfectionis canonem obſeruant.

NOn acceperat Sanctus ille Patriarcha eam perfectionis regulam pro ſe ſolo, ſed etiam ad magiſterium futuræ ſucceſſionis. [f] Scio, inquit Deus, quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini. f Geneſ. 18.

Proinde Theodidactus Abraham docuit Iſaac, & ille Iacob, & Iacob numeroſam Sanctorum progeniem: & nati natorum, eos qui nati ſunt ab eis; quibus curæ fuit, attendere ad Abraham patrem ſuum. Hanc legem diui-

diuinæ præsentiæ & voluntatis continenter obseruarunt.

g 3.Reg. 8. Sic[g] ambulauit Dauid in conspectu Dei in veritate & iustitia, & recto *h 3.Reg.9.* ac toto corde.[h] Ambulauit coram Deo in simplicitate cordis, & in æquitate, & fecit omnia quæ præcepit il- *i 4.Reg.20 Isai.38.* li.[i] Ambulauit item & Ezechias coram Deo in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum erat in con- *k 2.Parl.32* spectu eius fecit.[k] Operatus est bonum, & rectum, & verum coram *l 4.Reg.22.* Domino Deo suo.[l] Horum vestigijs insistens Iosias, fecit & ipse quod placitum erat coram Domino. Ita & San- *m Luc.1.* cti præcursoris Domini [m] parentes, iusti fuerunt ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela: soliciti obseruare vias suas, & in conspectu Dei, & in conspectu proximi; cauentes & sibi à peccato, & illi à scandalo. Hi

nimi-

nimirum attendebant ad petram vnde excisi erant, ad Abraham patrem suum.

Sed ne in recensendis pluribus immorer, qui in priori Testamento vias suas coram DEO direxisse referuntur; vnum atque alterum sub gratia noui testamenti illam sanctioris vitæ legem obseruantes adiungam.

S. Ioannes, quem filius dilectionis Dei amauit plurimùm, de se cæterisque viris Apostolicis loquens, ea, inquit, quæ placita sunt coram DEO facimus.

Considera item diligentiùs Paulum, qui vniuersum orbem Euangelio repleuit, & eum coram DEO semper ambulantem inuenies. Siue Euangelium regni Dei annunciaret, siue scriberet, siue loqueretur, siue commoneret, siue veritatem testificaretur, omnia ex sinceritate, sicut ex

DEO,

Deo, coram Deo, in Christo propter ædificationem.

Quod & à fidelibus obseruari desiderans, in omnibus fermè Epistolis maximè cõmendat. [n] Obsecrat Ephesios, vt dignè ambulent vocatione qua vocati sunt, non quasi insipientes, sed vt sapientes; vt ambulent in dilectione, & tanquam filij lucis, in omni bonitate, & iustitia, & veritate.

n *Ad Ephes. 4. & 5.*

A Galatis postulat [o] spiritu ambulare (nimirum coram Domino cuius Spiritus replet orbem terrarum) [p] vt desideria carnis non perficiant.

o *Ad Gal. 5.*

p *1. Thess. 4.*

Rogat Thessalonicenses, & obsecrat in Domino Iesu, vt quemadmodum à se acceperant, quomodo oporteret eos ambulare, & placere Deo, sic & ambulent.

Desiderat à Collossensibus, [q] vt exhibeant se sanctos, & immaculatos

q *Ad Colos. 1.*

& ir-

& irreprehensibiles coram Deo. Quod vt faciliùs assequantur, non cessat pro eis orare & postulare, vt impleantur agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia & intellectu spirituali: vt ambulent dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei.

Philippensibus seipsum perfectæ conuersationis cum Deo & hominibus præbet exemplar: [e] Imitatores (inquit) mei estote, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Quam verò? Illam sanè: [f] conuersatio nostra in cælis est. Prouidemus [t] bona coram Deo & hominibus. [u] Vos testes estis, & Deus, quam sanctè, & iustè, & sine querela vobis fuimus: deprecantes vos & consolantes testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo.

e Ad Phil. 3

f Ibidem.

t 2. Cor. 8.

u 1. Thes. 2.

§. VII.

§. VII.

Dignè Deo, coram Deo ambulandum.

HÆc est Euangelicæ perfectionis forma, quam non ab hominibus, sed per reuelationem Iesu Christi Apostolus diuinarum rerum interpres, & obseruandam & docendam accepit, scilicet, *Ambulare dignè Deo*.

Hæc totius sanctitatis & pietatis lex & norma, quam Deus olim præscripsit Abrahæ, & eius secundùm promissionem filijs.

Quæcumque ad nostram doctrinam scripta sunt, omnia quæ Deus mandauit patribus nostris nota facere filijs suis, ad faciendum ea, vniuersa denique lex & Prophetæ, tribus istis voculis plenissimè continentur. *Ambulare dignè Deo*.

Atque vtinam in statera iusta, & ad

pon-

pondus Sanctuarij, non semel expenderemus, quid sit Deus, quid sit homo, quæ hominis ergà infinitam illam bonitatem partes, quam sanctè & religiosè à nobis coli velit, qui mandauit mandata sua custodiri nimis: quàm omni laude, gloria, obsequio, veneratione, obedientia, & amore dignissimus. Sic enim, vel ex parte agnosci posset quid sit, *Ambulare dignè Deo.*

Papæ! quantum est, quale est, quid est, *Ambulare dignè Deo?* Nihil cogitare nisi dignum Deo; nihil intendere, nisi dignum Deo; nullum verbum proferre, nisi dignum Deo, dignum aure zeli eius omnia audiente; nihil vnquam audere, nihil moliri, nihil agere, nisi dignum præsentia Dei, oculis Dei, approbatione Dei, commendatione Dei.

Quis vel sanctissimus hoc possit?

Quis ambulabit dignè Sancto Sanctorum, dignè Deo maiestatis, qui solus bonus est, solus præstans & æternus? Quis ambulabit dignè Deo, ad cuius nutum columnæ cæli contremiscunt & pauent; cuius mundi sunt oculi, ne videant malum; in cuius conspectu stellæ non sunt mundæ?

Quis poterit ambulare dignè Deo, qui etiam in Angelis suis reperit prauitatem, qui respicit terram, & facit eam tremere, in cuius conspectu nihil est mirabile? Quis ambulabit dignè Deo, cùm Iob, quem ipsemet Deus
x Cap. 9. commendat, dicat: x Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ; tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.

Quis

Quis ambulabit digne Deo, cum scriptum sit: [y] Facti sumus vt immundus omnes nos,& quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ? y *Isai.* 64.

Minus hic morarer, si non esset prorsus indicibile. Quis, vt adhuc paulisper hic subsistam, ambulabit dignè Deo, dignè celsitudine Dei, sanctitate Dei, rectitudine Dei, puritate Dei.

Denique quis ambulabit dignè beneficentia Dei, dignè mercede Dei, dignè mercede Deo, mercede supra modum, in sublimitate, magna nimis.

Qui hæc legis, expende, quantum tibi desit, quàmqne longa tibi restet ad perfectionem via: quàm ratione plenissimum, vt cures teipsum probabilem exhibere Deo. Vide quam ex integra causa prodire debeat quodcumque facis in verbo aut in ope-

opere; Si, vt decet coram Deo, si dignè Deo, si dignè vocatione, qua vocatus es, ambulare decernis; vt opera tua plena coram Deo inueniantur, ac tandem cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum recumbere merearis.

Doctor Angelicus paucis omnia complexus est. * Dignè (inquit) Deo ambulat, qui viuit sicut decet filium Dei.

* In 1. ad Colos.



PRA-




PRAXIS TERTIA EIVSDEM SANCTI ABRAHAM.

Dominus videt. *Genes.22.*

§ I.

Solebat Abraham sacris monimentis, aut nominibus loca illa designare, in quibus singularem aliquam Dei gratiam expertus fuerat.



OC nomen: *Dominus videt*, indidit Abraham mōti, in quo, vt, Dei iussionem impleret, expeditum & armatum se ad offerendum Isaac in holocaustum demonstrauerat. Ap-

pellauit, inquam, nomen loci illius, *Dominus videt:* vt immortalem Dei erga ſe benignitatis, ſuæque erga ipſum obſeruantiæ apud poſteros memoriam & monimentum relinqueret.

Familiare erat religioſæ illi menti, pietatis inſignibus aut vocabulis illa loca notare, quæ viſitationes à Deo in illis ſibi factas, ac ineffabilem illius prouidentiam manifeſtè denunciarent.

Cum ad imperium Domini egreſſus de terra natiuitatis ſuæ, ad conuallem illuſtrem perueniſſet, & inibi apparuiſſet illi Dominus, ſtatim locum illum erecto altari conſecrauit in monimentum grati ſui in Deum animi, & in publicum dicatæ Deo regionis argumentum.

Inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, aliud

ædi-

ædificauit ibi altare Domino. [a] Et in singulis locis, vbi tabernaculum fixit, inuenies præ omnibus ei fuisse curæ, vt extructo altari preces offerret, & Apostoli præceptum impleret, iubentis vt in omni loco oretur, & eleuentur sanctæ manus, Deinde vt & aræ ipsæ Palæstinis, & aduenis, essent documenta pietatis.

[a] *Chrysost. homil. 34. in Genes.*

Quas autem appellationes erectis altaribus imposuerit, Scriptura non loquitur. Et certè, quid necessum erat nominibus aras illas nuncupare, quæ satis indicabant propositum ędificantis fuisse, vt appellarentur. *Dominus videt?* Dominus est in loco isto, Dominus præsens respicit, Dominus possessor cæli & terræ, hìc potissimum adeundus, hìc peculiari cultu inuocandus, hìc toto corde, & summa pietate colendus, & adorandus.

Hoc vel ipſa lapidum ſeries, & cœmentitia compoſitio, palam omnibus & apertè denunciabat.

§. II.

Abraham conſtitutus à Deo, doctor Palæſtinorum & Aegyptiorum, eos ad Dei vbique præſentis timorem, & reuerentiam, ſacris illis monimentis, erudiebat.

OMnis quidem locus ipſi Abraham erat, *Dominus videt*; vbique præſentia Dei magnificè delectabatur. Verùm cùm miſſus eſſet, non ſolùm omnibus Paleſtinæ incolis, ſed & Ægyptijs ſapientiæ doctor, illius videlicet quæ deſurſum eſt; & qua ſapientiæ dux, & ſapientium emendator eum erudierat, vt præcedenti capite declarauimus; opus vtique fuit, ſapientiam illam documen-

tis, seu monimentis euidentibus explicare, vt commisso sibi doctoris munere fungeretur.

Eum [b] Deus locupleti benedictionis suæ dote donauerat, vt eius gratia prouocaret cæteros, & institutione corrigeret: vt corda hominum in vitium labentia, huius viri contuitu, velut terreno busto resuscitaret.

[b] *Ambros. lib. 1. de Abrah. c. 2.*

Purgauerat quidem Dominus terram, diluuij infusione lauerat humanæ colluuiem fragilitatis; sed non satis erat ad virtutis profectum, nisi & instrueretur homo, quemadmodum se regeret, & gubernaret: Quapropter Abraham vir sapiens ad imitandum propositus est. Pater dictus est, (id enim sonat Abrahæ nomen) vt paterna quadam auctoritate, censione, & solicitudine magistraret.

Itaque discipulos suos, Palæstinos, & alios quoscumque aduenas, sic in-

ſtituere volebat; vt primùm, ex erectis altaribus, veri Dei notitiam, & eius maieſtatem, in illis præſentiſſimam aſſequerentur; atque ſenſim ex his velut rudimentis, ad pleniorem philoſophiam, & religionem promouerentur. Vt nimirum eundem Deum cælum & terram implentem, & in omni loco bonos & malos aſſiduè contemplantem attenderent, timerent, venerarentur, & amarent: atque ita corda hominum in vitium propenſa, & facillimè labentia, eiuſmodi titulorum contuitu, in officio continerentur.

Ea de re, Patriarchæ huius ſanctiſſimi vitæ decurſus, ab exitu de Vr Chaldæorum, vſque ad defunctionis diem, peregrinatio fuit. Eum aliquando in Bethel figere tabernacula reperies: aliquando apud quercum Mambre: nunc in Ægyptum deſcen-

dere;

dere: aliàs in Geraris papiliones constituere: semper ex nutu, iussione, & dispositione Dei; qui eum aduenam, & hospitem super terram esse voluit, non solùm vt illius virtutem exerceret, & adaugeret merita; sed vt & diuersis populis, secundùm datam sibi sapientiam, prodesset: vt lux virtutis eius manifestaretur omnibus.[c] Quasi enim luminare quoddam eum, qui in Chaldæorum delituerat terra, illinc euocarat, vt eos qui in tenebris errorum sedebant, ad veritatis viam introduceret.

[c] *Chrysost. homil. 32. in Genes.*

Omnibus venerabilis erat iustus ille, tam qui in Ægypto, quàm qui in Palæstina, vt pote Ægyptiorum, & Palæstinorum doctor. Ægyptij per eum (vt diximus) ad Dei notitiam sunt eruditi. Geraritas in Dei vbique præsentis, & prouidentis agnitionem à se primùm introductos,

d Idem homil. 45. in Genes. docuit [d] exinde nihil iniquum agere, sed, timere iudicem illum qui falli nequit; & ob pœnam quæ ab eo infligi potest, multam iustitiæ curam gerere.

§. III.

Abraham, non solùm Aegyptiorum, & Palæstinorum, sed & totius orbis doctor: & quid ab illo maximè discendum?

PArum visum est in conspectu Domini, quòd Abraham æuo tantùm suo prodesset, & solùm Palæstinam, ac Ægyptum erudiret: [e] voluit vt facta illius in totum orbem diuulgarentur, ita vt nullus esset, qui iusti virtutem ignoraret: Voluit eius pietatem, sapientiam, doctrinam, fidem, longanimitatem, patientiam omnibus sæculis spectandas, & ve-

e Chrysost. homil. 32. in Genes.

stigijs

stigijs imitantibus sectandas proponere.

Quàm verò disciplinam à tanto doctore percipiemus? id certè, vel vnum, quod pręcipuum, & summum, & optimum est; quodque præstantissimus ille vir, vel maximè præstitit & edocuit. Vt omni tempore, loco, negotio, occasione, nobis ante oculos obuersetur illud Abrahamo familiare, *Dominus videt*. Sic enim fiet, vt ne minimum temporis ad beatam æternitatem promerendam concessi, frustra nobis elabatur. Hac ratione omnis locus nobis sacer erit, & venerandus, vt pote locus dominationis Dei. Vbique nobis in mentem veniet illud Israëlis, [f] Quam terribilis est locus iste! [g] Vbi enim Deus est, qui vitæ ac necis potestatem habet, is locus est terribilis. Hac, inquam, ratione nihil omnino aggredie-

[f] *Genes. 28.*
[g] *Chrysost. orat. 1. aduers. Iudæos*

diemur, nihil moliemur, nisi priùs interrogauerimus os Domini; vt quid velit, & quid acceptum sit apud illum, sciamus.

Ita demùm per omnem occasionem in immensum proficiemus: & omnia quæcumque & vndecumque contigerint, cooperabuntur nobis in bonum.

Qui enim de vultu Dei, omnia quæ eueniunt prodire cogitat, etiam mala pro bonis reputat; lætaturque pro diebus, quibus eum humiliat, & annis, quibus videt sibi aduersa contingere, dicens cum regio Propheta, paratum cor meum Deus, paratum cor meum: hoc est vt interpretatur D Bernardus, paratum ad prospera, paratum ad aduersa: vtrumque enim sibi indifferens est, in ipsa voluntatis suæ conformitate cum diuina: nec facit animam suam prætiosiorem, quam

quam se, dummodo quæ sunt ei placita, semper facere possit.

§. IV.

Illustrantur, & examinantur verba illa, Dominus videt.

FIet quod asserimus dilucidius, si paulò diligentiori examine, hæc duo verba, *Dominus videt*, mecum ipse perpenderis.

Primò, quis est iste Dominus qui te videt? Dominus cœli & terræ (qui dominatur in virtute sua in ęternum) Dominus vniuersorum, in cuius ditione cuncta sunt posita: Dominus dominantium, Dominus solus, [h] cui vni conuenit dicere *Meum*; ad ipsum enim duntaxat omnia pertinent.

h *Epiph. in Anchorat.*

Quis est iste Dominus? Dominator vitæ ac Spiritus, Dominator vitæ tuę, qui habet flatum tuum, tempora tua,

for-

ſortes tuas in manu ſua, momenta vitæ tuæ in ſua poteſtate.

Si cuius potentiæ ſit iſte Dominus, inquiris; Omnipotens nomen eius; omnia quæcumque vult, facit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis: nec quiſquam ei dicere poteſt, Cur ita facis? Et voluntati eius quis reſiſtet?

Iſte Dominus, vitæ & mortis habet poteſtatem: habet claues mortis & inferni: habet romphæam vtraque parte acutam: eius manum effugere impoſſibile eſt: eius iræ nemo reſiſtere poteſt. Quis reſiſtit ei, & pacem habuit?

Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt, & brachium eius cum potentia vbique extentum. Ad eius vel minimum nutum, columnæ cæli cõtremiſcunt: reſpicit terram, & facit eam tremere; tangit montes, & fumi-

migant: poteſtque mundum vniuerſum vno nutu delere.

Si de æquitate & iuſtitia huius Domini ſciſcitaris; mundi ſunt oculi eius, ne videant, hoc eſt, ne approbent malum: & reſpicere ad iniquitatem non poterit. Iuſtus Dominus, & iuſtitias diligit, æquitatem videt, ſeu approbat, vultus eius. Iuſtitia plena eſt dextera eius: odio ſunt ei impius & impietas: retribuit abundanter facientibus ſuperbiam, conciditque ceruices peccatorum.

Porrò ſi de ſapientia & ſciẽtia eius noſſe cupis aliquid, ipſe habet omnium ſcientiam, ipſe nouit omnia antequam fiant: ipſius oculis omnes hominis viæ patent, omnia ei nuda & aperta, nouiſſima & antiqua; & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Proprium eius eſt, intimos animorum ſenſus penetrare;

taci-

tacitas cogitationũ flexiones & meandros assequitur, Deus lucis est, pater luminum, & lux in tenebris lucens.

O altitudo sapientiæ & scientiæ
i Ierem.23. Dei! [i] Si occultabitur, inquit, vir in absconditis, & ego non videbo eum: nunquid non cælum & terram ego
k Naz. orat. 2. impleo? [k] Locum mutare Ionæ fuit, sed non etiam effugere Deum.

Quò ibis à Spiritu Domini huius, & quò à facie eius fugies? Quocumque fugeris, ibi est; propior rebus omnibus, quam ipsæ res sibi. Vbique Spiritus eius, vbique facies eius, vbique vultus eius, vbique oculi eius contemplantes bonos & malos: vbique palpebræ eius interrogant filios hominum; hoc est, diligentissimè obseruant, quid cogitent, quid meditentur, quid intendant, quid moliantur, obseruant omnes eorum semitas, & vestigia pedum considerant,

tant, vbique [l] auris zeli Dei audit omnia. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. [l *Sap.* 1.]

Præclarè D. Ambrosius: [m] Qui (inquit) se existimat ab eo qui omnia videt, non videri, & tenebris putat commissa sua posse celari, vmbram prætendit, sed frustra latere se credit, cum oculus Domini lucidior sole, occulta omnia depræhendat, tenebrosa illuminet, & intimi cordis penetret conscientiam, atque in alta & profunda descendat. Vanus ergo qui putat tenebris esse se tutum, cum lucem vitare non possit, quæ lucet in tenebris, & tenebræ eam non compræhenderunt. [m *Lib.* 1. *de interpel. c.* 3]

Quid [n] tam stolidum, quàm putare quòd Deum quidquam prætereat: cùm sol qui minister luminis est, etiã abdita penetret, & in fundamenta [n *Idem lib.* 1. *offic. c.* 14.]

do-

domus, vel ſecreta conclauia, vis caloris eius irrumpat? Quis neget verna temperie tepeſieri interiora terrarum, quas glacies hiberna cõſtrinxerit? Norunt ergo arborum occulta vim caloris, vel frigoris, adeò vt radices arborum aut vrantur frigore, aut fotu ſolis vireſcant. Denique vbi clementia cæli arriſerit, varios terra ſe fundit in fructus. Si igitur radius ſolis fundit lumen ſuum ſuper omnem terram, & in ea quæ clauſa ſunt, ſe inſerit; nec vectibus ferreis, aut grauium valuarum obicibus, quò minùs penetret, impeditur: quomodò non poteſt intelligibilis Dei ſplendor in cogitationes hominum & corda ſemet (quæ ipſe creauit) inſerere? Sed ea quæ ipſe fecit, non videt, & fecit vt meliora ſint quæ facta ſunt, & potentiora, quàm ipſe eſt qui ea fecit, vt poſſint quando volunt, cognitio-

gnitio-

gnitionem ſui operatoris latere? Tantam ergo virtutem & poteſtatem inſeruit mentibus noſtris, vt eam comprehendere cùm velit ipſe non poſſit? Hæc Ambroſius ſapientium decus Pontificum. Et quis tam expers humanæ intelligentiæ, qui adeò manifeſtis tanti doctoris rationibus non euincatur?

§. V.

Quàm inſipientes, quàm impudentes & impij, qui Dei omnia videntis conſpectum non reuerentur.

VÆ[o] qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium: quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio. o *Iſai. 29.*

Euerterant[p] planè ſenſum ſuum duo illi iudices ætate pariter & de- p *Daniel. 13*

mentia prouecti, qui Susannæ dicebant: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: Quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Planè declinauerant inueterati illi dierum malorum oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum.

Vidistis homines insanos? O vtinam soli illi insipientes; O quando nequissima istiusmodi progenies (quę genus quoddam atheorum est) deficiet à terra ita vt non sint!

Dementissime nebulo, qui oculos habes plenos adulterij & incessabilis delicti, cui frons meretricis facta est, quem pudet non esse impudentem, qui spurcissimæ ritu suis in volutabro luti, & in cæno libidinis, tanquam in cinamomo & thymiamate delectaris; tu (inquam) qui sedes in insi-

insidijs, vt innocentes animas interficias; qui insidiaris in abscondito, quasi leo in spelunca sua, insidiaris, dico, vt rapias pauperem; est enim rapere pauperem, dum attrahis eum. Te alloquor, cuius causa est: te appello, cuius discrimen agitur. Hic subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum Domini.

Omnis qui malè agit odit lucem: & tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit. Obseruas caliginem, & dicis: [q] Quis me videt? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo me circunspicit: quem vereor? Hæc, inquis, est tua securitas, inde audes quodlibet, quòd à nemine visu deprehendaris. Si ego tibi respondero, delirare tibi videbor, & anicularia verba proferre: contemnetur fortassis veritas per vilitatem magistri. Taceo potiùs,

[q] Eccli. 23.

Audi mecum tibi respondentem Sanctum Bernardum. [r] Videt te Angelus malus; videt te Angelus bonus, videt te, & bonis, & malis, maior Deus. Videt accusator, videt testium multitudo, videt & ipse iudex, cuius oportet te assistere tribunali: sub cuius sanè oculis velle delinquere, tam insanum est, quàm horrendum incidere in manus Dei viuentis.

r Cap. 16. de conuers. ad cleric.

Vis Bernardo antiquiorem magistrum? attende quid etiam Augustinus ipse tibi dicat: [s] Deus timendus est in publico, timendus est in secreto. Procedis? Videris: lucerna ardet? videt te: lucerna extincta est? Videt te: in cubile intras? Videt te: in corde versaris? videt te. Ipsum time, cui cura est, vt videat te: & vel timendo castus esto: aut si peccaueris, quære vbi te non videat, & fac quod vis.

s Serm. 45. de verbis Domini.

Quid

Quid [t] tam timendum est, quàm potestas, cui non potes resistere? quàm Sapientia, cui non potes abscondi? Hæc te perpetuò speculatur, [u] veluti si totius creaturæ suæ, cæli & terræ oblita, te solum consideret, & nihil sit ei curæ de alijs.

t Bern. cap. ult. lib. 5. de consid.

u Aug. cap. 14. Soliloq.

§. VI.

In timore Dei se continet instanter, qui eum omnia videntem, & obseruantem considerat.

QVantum nobis deberet hæc veritas conferre timoris, quantum reuerentiæ, modestiæ, solicitudinis! [x] Considerans eum (inquit Iob, timore solicitor. Quid ita? [y] Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? [z] Signat quasi in sacculo delicta mea: ea perspecta habet, & asseruata diligenter.

x Cap. 23.

y Cap. 23.

z Cap. 31.

a Cap.9. Vereor [a] omnia opera mea, sciens quòd non parcet delinquenti. [b] Acuti visus est, nihil intentatum relinquet oculus eius: Vereor aspectum exploratoris illius qui post parietem stat, hunc vereor occultum occultorum exploratorem. De meis actibus quid sentiat, quid iudicet, probet ne an improbet, an supplicium decernat aut præmium, quam sententiam sim excepturus, prorsus ignoro. Omnia in futurum seruantur incerta. Quid [c] faciam cùm surrexerit ad iudicandum Deus? Et cùm quæsierit, quid respondebo illi?

b Bern. ser. 55. in cātic.

c Iob. 31.

Neque Apostolus Iobo securior, cùm se à Deo teste & iudice videri meditatur. [d] Mihi (inquit) pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die; sed neque meipsum iudico: Quare? [e] Quia nec ipse me satis intelligo: ac proinde nec ratam pos-

d 1. Cor. 4.

e Bern. Epist. 42.

possum de me proferre sententiam. Qui autem iudicat me, Dominus est: Dominus, cuius vtique scientiam non effugit quod propriam latet conscientiam. Audit Deus in corde cogitantis, quod non audit, vel ipse qui cogitat. Tremenda prorsus auris & reuerenda, cui non cessat quies, cui non tacet silentium: Quales oculi, qui contemplantur cogitationes!

D. Augustinus simili meditatione & timore confixus, aiebat: [f] Domine Deus meus, vita animæ meæ, fateor, quia quidquid facio, & quæcumque facio; ante te facio: & illud quidquid est quod facio, melius tu vides; quàm ego qui facio. Mihi semper præsens ades, perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, delectationum & operationum mearum. Ad quod tendo, cum operor; tu vides, aures tuæ audiunt, oculi tui

f *Cap.* 14 *Soliloq.*

vident & considerant, signas, attendis, notas, & scribis in libro tuo, siue bonum fuerit, siue malum. Cumque hoc diligenter considero, Domine Deus meus, terribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore perfundor: quoniam magna nobis est indita necessitas, iustè, rectèque viuendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis.

§. VII.

Non solùm Spiritus timoris à facie Dei omnia videntis concipiendus, sed etiam, & maximè, spiritus amoris.

INueniremur minùs habentes ad eam perfectionem, quæ à nobis exquiritur, si à facie Domini nos intuentis, solum conciperemus, & parturiremus Spiritum timoris, præsertim

tim ſeruilis. Licet enim Deus, quà Dominus, timorem exigat, ſicut eſt in libro ſermonum Malachiæ prophetæ, [g] Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? cùm tamen non tantùm Dominus nobis ſit, ſed & amantiſſimus pater, omni bonitate præſtantior, vt loquitur [h] Damaſcenus; & Sponſus animarum noſtrarum totus deſiderabilis; denique interminatum omnium bonorum & perfectionum pelagus: certè Spiritum principalem, & obſequium amoris ſuper omnia, ſuo & iuſtiſſimo iure poſtulat. Vt nimirum ex amore, toto corde, tota anima, totis viribus, propter ſe, propter bonitatem ſuam, propter nimiã charitatem ſuam, &, (vt inquit [i] Auguſtinus) amore amoris illius, vel maximè ei ſeruiatur; Vtque cæteri affectus noſtri, illius dilectionis excellentia nobilitentur.

g Cap. 1.

h Lib. 1. de fid. cap. 2.

i Cap. 1. lib. 2. confeſſ.

Ne-

k Homil. 23 in Genes.

Neque [k] enim, vt optimè S. Ioannes Chrysostomus ait, gehennam timere debemus; propter ignem illum inextinguibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus; sed quia offendimus tam bonum Dominum, & ab illius gratia sumus alieni: ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illum, vt eius gratia fruamur. Nam vt regno desiderabilius est, clementem Dominum nostrum beneuolum esse nobis, ita gehenna grauius, ab illius beneuolentia excidere. [l] Mentem, inquam, habenti gehenna quaque formidolosius est, Deum offendere, & omni regno desiderabilius, illi placere. Ille verò potissimùm Deo placet, [m] qui quod bonum, & rectum est, in oculis Dei facit; non ob aliud, quàm quia bonum est in conspectu oculorum eius.


l Idem homil. in orat. Anna Matr. Samuel.

m Aug. in Psal. 122. & in 53.

Ac

Ac propterea nihil magis illi curæ est, quàm vt complaceat ei in veritate sua: qua scilicet illum super omnia diligat, qua in illo solo delectetur, qua faciat omnes eius voluntates, vt sicut in cœlo, ita & in terra: id est ita constanter tentationibus resistat, vt spreta mundi vanitate, & vale dato omnibus carnis illecebris, nihil præter ipsius beneplacitum respiret, & magis expirare per acerbissima tormenta eligat, quàm illi in aliqua re vel modica, displicere.

PRA-



PRAXIS QVARTA SANCTI MOYSIS.

Fide Moyses reliquit Ægyptum, non veritus animositatem Regis: Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. *Ad Hebr.* 11.

---

§ I.

Nihil in Moyse præstantius, quàm attentio ad diuinam præsentiam.



RINCIPEM locum, inter hæroas, qui sub scripta lege vixerunt, pleno sibi iure vendicat Moyses, Israëlitarum Antistes & moderator, Legislatorum illustrissimus, diuinorum myste-

mysteriorum spectator & Præsul, cælestium arcanorum interpres, vir omnibus sapientiæ numeris absolutus, & omnium virtutum quasi prodigium.

Quid autem fuerit in illo celeberrimo propheta præstantissimum, obseruat Apostolus, & ad imitandum proponit; fidem nempe, qua Deum sibi præsentem attentissimè conspiciens, facinus longè gloriosissimum, & post hominum memoriam maximum edidit, Israëlitarum gentem ab Ægyptiorum durissima seruitute vindicans.

§. II.

Fides Moysis in Deum præsentem intuentis & sperantis, eduxit filios Israël de Aegypto, & per medium maris Rubri, sicco vestigio transire fecit.

CVm Ægyptij, duris operibus luti & lateris, populum præmerent

rent Hebræum, clamor eius factus est in auribus Dei, & deprecati sunt, vt ab intolerando pessimæ gentis dominatu eos liberaret. Audiuit benignè Deus protector in se sperantium, & ad id negotij, delectum misit Moysem. Qui apud Principem Ægyptiorum sui Imperatoris iussionem allegat; & quid Rex omnium Gentium præceperit, auribus durissimi regis insinuat. Obturat Pharao cor suum, nec scire se dicit Deum: & exinde populum vix respirantem, graui pondere, & acerbioribus pœnis affligit.

Ex maiori angustia, maior populi clamor exurgit. Suscipit itaque Moyses certamen cum hoste infensissimo: nullo telo, nullo gladio, nulla visibilia indutus arma, sed potestate diuina munitus: & Dominum exercituum, qui inuisibilis est, tanquam oculis videret, fide intuens, congreditur

ditur cum Pharaone, qui iam contra se acerbissimam indignationem conceperat.

Infert decem plagas Ægypto, & in populum contumacem, vindex ira Dei consurgit, vt ex minutissimis animantibus, vermiculis, ranis, & locustis, ceruix caderet superborum. In quibus vltima, mors primogenitorum Ægyptiorum facta est; vt suos illi iustissimè perderent, qui alienos iniustissimè detinebant. Qui primus malum sensit Pharao (& par erat, vt ab eo plaga & luctus inciperet) primus vociferari cœpit, ac furere: & misit illicò nuntios ad Moysem, qui curriculò Pharaonis nomine copiam facerent emigrationis.

Certè hac exeundi licentia & extorto consensu vti, haud tutum videbatur. Quam enim fidem habere posset Moyses tyranni dictis, cuius ani-

animum mutabilem, sibique imprimis offensum, toties expertus erat? Metuendum omnino videbatur, ne consilio mutato, collectis mox copijs, abeuntem populum amara vi retraheret, vnà secum in perpetuam ac longè duriorem seruitutem redigendum.

Hac tamen iracundia regis contempta, rem aggressus est, sola fide nixus, qua credebat Deum, ad ea, quæ promiserat, remotis omnibus impedimentis, viam paraturum. Itaque Deum inuisibilem, quasi videns, adesse considerans, Ægypto relicta, subtraxit à iugo Pharaonis populum Israël: & cum eo pergit ad mare Rubrum, vt per aquas saluarentur, qui ab hoste pessimo liberabantur.

Rex intereà dementissimus, concessæ missionis malè pœnitens, statuit eos persequi, aut metu retractu-

rus

rus in seruitutem, aut Gentem profugam internecione deleturus. Iungit ergo currum, & assumpto omni comitatu, iaculatoribus, funditoribus, sagittarijs, velitibus, & vniuersis leuioris armaturæ militibus, sexcentisque falcatis curribus, præfectisque huic expeditioni purpuratis, quò alacriùs cæteri sine detrectatione militiæ sequerentur, excurrit summa celeritate properans, vt fugientes improuisos opprimeret.

Iam populus in litore castra posuerat, quibus prandium parantibus, exaudiebatur strepitus, vt propinquante tanta virorùm, equorumque multitudine certatim properantium. Mox, progressi extra tabernacula, circumspectabant arrectis auribus: paulò post conspectus est in tumulis, hostilis exercitus instructus ad prælium, explicata acie.

Quid Iſraëlitæ in hoc rerum ſtatu, deploratis omnium fortunis & libertate, fortaſſis etiam vita conclamata? Expectant gladium, mors in oculis, timor & tremor in manibus ſingulorum. Includuntur perſequentibus Ægyptijs inter mare & hoſtes, inter vndas & gladios. Sic intercepti ad ducem ſuum Moyſen exclamant, non ſolùm contra eum murmurando, ſed & contumelioſè increpando: Dum Pharaonis dominio carere volumus, diſcrimen inuenimus: & cùm voluntariò ſeruire nolumus, ad periculum peruenimus. Forſitan non erant ſepulchra in Ægypto, ideò tuliſti nos inde, vt in ſolitudine moreremur.

Omnes, imminente cum omnibus copiis Ægyptiorum rege, deſperabant. Alij necem miſerabilem expectantes, vt finem malorum: alij cenſentes ſatiùs elemento naturæ ſe commit-

mittere, & in mare se proijcere, quàm perferre hostium insultationes. Iamque grauati sarcinis stabant in litore, vt quamprimùm hostem viderent accurrentem, desilientes faciliùs mergerentur. Minimum abfuit, quin Moyse lapidato, contemptisque Dei pollicitationibus, deditione in pristinam seruitutem redirent: præsertim cùm lamentis mulierum ac puerorum exasperarentur; & rupibus, & mari, & armatis circumquaque cincti essent, nec vlla spes effugij relinqueretur.

Quid hic faciet Moyses? Inuicta patientia, & mansuetudine, & animi magnitudine præditus, in Deum præsentem & videntem, fidei oculos intendit, & omnia illa dura, forti & constanti mente sustinet. Et de omnipotenti illius prouidentia ac ope, ab hoste ad cædem imminente securus,

ait ad populum desperantem & contradicentem sibi: Nolite timere: state, & videte magnália Domini; quæ facturus est hodie. Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum, eo in statu, quo vobis damno, aut pauori, esse possint. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Meri spectatores eritis, diuini cum hostibus certaminis, & victoriæ.

Non desistebat intereà, perpetuus spectator & contemplator Numinis Moyses, intentissima supplicatione Deum orare, vt populo suæ acquisitionis, in vltimo desperationis cardine constituto, ferret opem. Moxque iussu Dei, qui ex rebus omnino desperatis, aperit iter secundis; sublata virga, extendit manum super mare. Quo diuiso, & vndis in altissimorum murorum speciem vtrimque

con-

consistentibus, immisit Deus ventum vrentem (quem Septuaginta & Philo Iudæus austrum appellant) qui arenosum solum exsiccauit, & calcabile reddidit; Atque ita, vt ait Sedulius,

Turba pedestris
Intrat in absentis pelagi mare, perque profundum.
Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas.
Mutauit natura viam, mediumque per æquor
Ingrediens populus rude iam baptisma gerebat.

Hos insequentes Ægyptij, fluctibus circumuenti, ad vnum obruuntur omnes, vt ne nuntius quidem tantæ cædis superesset.

Hic est gloriosissimus ille triumphus, quem Moyses inermis, fixo in Deum inuisibilem fidei lumine, perseuerans obtinuit. Quod breuiter

a *Ad Hebr.* 11. complexus Apostolus,[a] fide, inquit, Moyses reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. Hoc est iram tyranni visibilis contempsit, quia fide Deum inuisibilem, tanquam videret, expectauit: Sic enim Latini verbum, *Sustinuit*, ad Deum referendum putant. Græci verò, non ad personam, sed ad rem; vt sit sensus: Reliquit Ægyptum, atque inde populum eduxit, non veritus iram regis visibilis, quia Deum inuisibilem tanquam oculis videret, fide intuens, omnia illa dura, magno & constanti animo tolerauit.

Vtraque nobis expositio probatur, & proposito arridet: perinde enim nobis est, siue intelligas Moysen, constanter in tot discriminibus opem Dei expectasse, quem tanquam ocu-

lis

lis videret, fide præsentem conside-rabat: siue malis interpretari, Moy-sem aduersa illa sustinuisse, quia Deum adesse contemplabatur.

Ex hoc enim quod aliquis in illa contemplatione versatur, facilè in-telligit, nihil in hoc mundo iustis ac-cidere, quod ab eius voluntate non procedat; cui tanta firmitate adhæret, vt ab ea nullo modo discedere velit: & propterea omne gaudium existi-mat cum in varias tentationes incide-rit, certissimè sciens, quod in illis est spes & gloria filiorum eius.

§. III.

De fortitudine & magnanimitate eo-rum, qui Deum inuisibilem fi-dei oculis intuentur.

EX dictis perspicuum est, quàm verum sit, quod ait S. Ioannes

b *In Psalm. 142.* Chrysostomus; [b] Deum nihil æquè à nobis requirere, quàm vt eum semper intueamur, & ab illo perpetuò pendeamus. [c] Nihil est, quod ita hominem seruet, vt assiduus in Deum aspectus.

c *Homil. 4. in epist. ad Rom.*

d *Hom. 16. in epist. ad Hebr.* Si [d] Deum mente semper videamus, si in eius recordatione, semper nostram versemus cogitationem, nobis omnia semper videbuntur ferenda, omnia tolerabilia: omnia facilè feremus; erimusque omnibus Superiores.

Si quis enim videns dilectum, vel eius recordans, exurgit animo, & mente sublimi, & omnia fert facilè, ex dilecti memoria capiens voluptatem: qui versat in cogitatione eum, qui nos verè dignatus est amare, & eius meminit, quando vel molestum aliquid sentiet, vel aliquid terribile, & periculosum extimescet? Quando

erit

erit pusillo & abiecto animo? Omnia enim nobis videntur difficilia, quòd Dei nullam habemus memoriam, vt habere oportet: quòd non eum in cogitatione perpetuò circunferimus. Hæc admirandus ille Bysantinorum Antistes.

Cui accinens alter Ioannes, cui scala, quam in paradisum erexit, Climaci vocabulum imposuit: [e] Si aspectus, inquit, dilecti nobis, amici, nos totos immutat, & lætos hilaresque reddit, omnemque mærorem abstergit; quid non efficiet facies Domini, in puram animam inadspectabili modo aduenientis? *e Grad. 30.*

Eam cordis lætitiam, & effectus exinde prouenientes, expertus est Noë; [f] qui cùm præter morem omnium virtutem colens, à malis omnibus irrideretur (semper enim contra virtutem insanit malitia) ad oculum *f Chrysost. homil. 23. in Genes.*

il-

illum, qui falli nequit, continuè respexit: atque eò mente intenta, populum ridentem, ludificantem, subsannantem, obiurgantem, despexit ac superauit, nullius pili faciens humanam gloriam, vel ignominiam, vel irrisionem insipientium, qui ipsum supplantare conabantur.

Idipsum etiam in tribus illis pueris Hebræis attendere, & admirari licet,[g] qui in illo sacro certamine, Deum sibi proposuere, non flammas: præmium futurum, non pœnam. Sicque tetros vndantis incendij globos, triumphantes; barbarum regem, minas omnes, ipsum quoque supplicium docuerunt, ignes sanctis hominibus non esse fortiores,[h] quamuis vltra quàm solitum erat, septenario pabulo fornax esset armata. O admirabile incendium! ò verè spectaculum Deo dignum! à camino, flammis anhe-

g Zeno Veron. Episc. serm. 1. de trib. pueris.

h Serm. 2. & sequentib.

anhelantibus rugiente, non læduntur; mors refugiens mutat officium. Lambunt rosidos flammæ blandientes, ardet incendium incendentibus, non incensis: vindicantur de incensoribus suis, Deum vident, hymnum canunt, incendio suo superstites, & triumphantes, de camino procedunt, mors transit in vitam, metus in gloriam.

Hæc est gratia Dei ad amicos suos. Per [i] fidem istam, quæ Deum inuisibilem præsentissimum intuetur, vicerunt Sancti regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciẽ gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.

i *Ad Heb.* 11.

Hæc fides fuit Martyrum fortitudo. [k] Agonothetem enim Deum inuisi-

k *Cyprian. epist.* 6. *l.* 2

uiſibilibus fidei oculis conſiderantes, ſteterunt voce libera, mente incorrupta, virtute diuina. Non ceſſere ſupplicijs, ſed ipſa potius eis ſupplicia ceſſerunt. Steterunt torti torquentibus fortiores, & pulſantes ac laniantes vngulas, pulſata ac laniata membra, vicerunt. Inexpugnabilem iſtam fidem, ſuperare non potuit, ſæuiens diu plaga repetita; quamuis dirupta compage viſcerum, torquerentur in ſeruis Dei, iam non membra, ſed vulnera.

§. IV.

Conſtantia magna, & patientia in aduerſis, ex conſideratione Dei præſentis, & omnia in bonum noſtrum diſponentis.

Oecumen. In cap. 11. ad Hebr.

MAgnæ [1] patientiæ cauſa eſt, habere in mente Deum, qui labo-

laborem & dolorem suorum considerat, qui bonus est Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se: qui, vt fidissimus pater, maiorem illorum, quàm parentes, curam gerit.

Quàm fortissimum solatium habent, qui adesse sibi Deum practicè considerant! Deum, inquam, salutare vultus sui, Deum salutis suæ: Deum, contra quem non est sapientia, non est vlla prudentia, nullum consilium: Deum qui non aufert à suis oculos, qui est in circuitu populi sui, qui ingressos sub vmbra culminis sui, vt pupillam oculi custodit; qui cum magna reuerentia nos disponit, adeò vt ne capillus quidem de capite suorum, nisi ipso annuente & volente, in terram cadere possit.

Neque durum nobis videri debet, si

ſi modicùm nunc oporteat contriſtari in varijs tentationibus: Hoc enim diſpoſuit Dei Sapientia, pro noſtra exhortatione, & ſalute. Nec minimam aduerſitatem intus, aut foris exurgere, vel leuiſſimam contra nos auram flare ſineret, ſi non eſſet neceſſe, vt tentatio probaret nos. [m] Si nunquam tentaris, nunquam probaris. Nonne melius eſt tentari & probari, quàm non tentatum reprobari?

m *Aug. in pſal. 144.*

Proprium [n] Chriſtianorum eſt affligi in hac vita. [o] Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Itane omnem? Vbi te volebas abſcondere? Omnem. Et nullus exceptus, nullus ſine flagello erit. Vis audire quem omnem? Etiam vnicus ſine peccato, non tamen ſine flagello.

n *Athan. in Synop.*
o *Aug. in pſal. 31.*

Flagellis Domini corripimur ad emendationem: increpationem ergo Domini ne reprobes. [p] Cum patien-

p *Aug. in Pſal. 85.*

tia

tia salutem expecta: quibus te medicamentis curet, ille nouit. Curari te sine, manus eius ne repellas, nouit quid agat. Non tantùm delecteris, cùm fouet, sed etiam toleres, cùm secat. Tolera medicinalem dolorem, futuram cogitans sanitatem. Dic inter angustias, ærumnas, damna, vexationes, dic Deo: Sufficit vt noueris, non enim amas & deseris. Dic cum Augustino: [q] Sæuiat quantum vult, pater est: afflixit nos, contriuit nos, pater est. [r] Tantùm cæde, vt proficiam: tantùm tunde, vt producar, non vt comminuar.

q *In ps. 102*

r *In ps. 38.*

Homo [s] resignatæ voluntatis, qui in quibuslibet tentationibus, angustijs, doloribus, periculis, & damnis, nouit humiliter, amanter, firmiterque fidere Deo, & in eius bonitate ac pietate, integrè sperare, secureque se, & omnia sua, paternæ illius prouiden-

s *Blos. in Instit.*

uiden-

uidentiæ committere, credens non dubitanter Deum verè, & ſcire, & poſſe, & velle ſe adiuuare, cunctaque ſibi ad ſalutem conuertere; is planè cor Dei vulnerat, & ipſum cogit ſibi adeſſe. Fieri enim omnino non poteſt, vt talis à Deo deſeratur, quantumcumque etiam Deus ipſi videatur iraſci.

Certa[t] & indubitata futuræ gratiæ ſpes, maiorem in modum eos perfundit, qui Deum per patientiam expectant.

t Nazianz. orat. 1. de cura pauperum.



PRA-



PRAXIS QVINTA
S. DAVIDIS REGIS
ET PROPHETAE.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. *Psal. 15.*

§ I.

Hæc verba primùm de Christo intelligenda.



E quo Propheta dicit hoc? Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: De se, an de alio aliquo? B. Petrus,[a] ex reuelatione Patris luminum, perspicuè demonstrat, Daui- dem

a Act. 2.

dem hæc verba dixisse sub persona Christi; cuius anima à primo suæ conceptionis instanti, diuinam essentiam reuelata facie contemplata est: nec minus clarè, quàm nunc, & in perpetuas æternitates: neque à beata illa visione, vel ad momentum cessauit.

Non tamen existimandum est, Christum tantummodò de hoc singulari animæ suæ priuilegio hic loquentem; sed etiam ea ratione, qua nobis in doctorem iustitiæ datus, seipsum bonorum operum, & perfectionis formam voluit exhibere. Prouidebam, inquit, Dominum in conspectu meo semper. In omnibus quæ dixi, vel feci, in omni vitæ decursu, in passione, cruce, & morte, ad Dominum respexi: seu, vt ex Hebræo contextu latinæ consuetudini tradendum est, Posui Dominum in con-

çonſpectu meo ſemper. Ex quo clariùs declaratur Chriſtum ſtudiosè ſemper egiſſe, vt ſemper Dominum ſibi præſentem haberet.

D. Auguſtinus, decretum & ſtudium iſtud Chriſti, ſic interpretatur: Veniens [b] in ea, quæ tranſeunt, non abſtuli oculum ab eo, qui ſemper manet: hoc continenter prouidens, vt quæ placita ſunt ei, faciam ſemper. Nec immeritò: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Reuera mihi ſe ſemper præſentem exhibet, tanquam dux & defenſor meus: [c] fauet mihi, vt ſtabiliter in eo permaneam.

[b] *In Pſ. 15.*

[c] *Auguſt. ſupr.*

Sic itaque loqui cenſendus eſt eo in Pſalmo Filius Dei, quatenus homo, hominumque magiſter, & exemplar: vt doceat nos vias ſuas, & ambulemus in ſemitis eius; Deum nobis ob oculos omni tempore proponen-

tes: atque ita fiat ipse nobis obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.

§. II.

Suam item praxim ijsdem verbis Dauid indicat: & quantam inde gratiam promeritus sit.

PRopheta igitur cùm esset Dauid, sic quidem primùm loquebatur in nomine Christi, quem lucem mundi, & doctorem humani generis, à Deo venturum nouerat. Sed cum Prophetico etiam Spiritu, sciret se in multis futuri Messiæ gerere figuram; minimè dubium, quin & de seipso, ad præuisi Christi virtutum Domini imitationem, dixerit, Prouidebam Dominum, seu, vt vertit D. Hieronymus, proposui Dominum in conspectu meo semper. Alij, vt Campensis, Opposui velut scopum ante oculos

oculos meos Dominum ſemper : vt ſcilicet in eum mentis aciem ſemper intenderet : vt Deum, eiuſque Sanctiſſimam voluntatem, pro regula actionum ſuarum haberet, nutus eius omnes vigilanter obſeruans; quid vellet, quid iuberet, quid indicaret : vt quàm celerrimè & diligentiſſimè obſequeretur. Denique ſcopum ſibi Dominum ante oculos propoſuit, vt in vnius eius gloriam, affectus, verba, actiones, & omnia vitæ momenta, collinearet.

Ex ea praxi, in omnibus vijs ſuis Dauid prudenter agebat. Hinc cor eius rectum fuit, & perfectum cum Deo : hinc Sanctitate maior quàm poteſtate : hinc ad Euangelicæ philoſophiæ faſtigium, purpura & diademate magnificentius peruenit : hinc prærogatiuis meritorum ſupereminens, velut regum omnium idæa,

& exemplari, constituitur. Hinc de
d Eccl. 47. illo dicitur: d Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel: hoc est, sicut adeps pacificorum carne reliqua sacratior, & Domini, iure perpetuo; totusque in eius honorem adolebatur: ita & Dauid Deo sanctior, charior, & acceptior cæteris filijs Israel. Hinc denique, ex dicta scilicet positione Dei ante oculos suos, cælesti meruit testimonio laudari, & incorrupto Dei calculo comprobari.
e Act. 13. e Inueni, inquit, Dauid filium Iesse, virum secundùm cor meũ: cuius cor sicut meum, virum qui faciet omnes voluntates meas. Quo vel vno elogio, mirabiles virtutum thesauri, & quæ desiderari possent perfectionis opes, magnificè continentur.

Nam quid est aliud, aliquem esse secundum cor eius; quam se in omnibus,

nibus, tam in aduersis quàm in prosperis, tam in tristibus quàm in lætis, tam in damnis, quàm in lucris, tam in morte quàm in vita, eius voluntati conformare? quàm virtutem qui assecutus est, non est dubium, quod ad culmen sanctitatis peruenit; sicut ille fecerat dicens; quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

§. III.

Iustissimum est prouidere Dominum in conspectu nostro semper, cùm ille nobis prouidentissimè semper intendat.

SEd quid sibi vult hæc ratio consequenter adiuncta, propter quã Dauid ait, se decreuisse præsentem Deum, assiduo mentis intuitu con-

templari: quoniam, inquit, à dextris eſt mihi, ne commouear?

Dauidis rationem percipies ex ea, quam ſponſa reddit ſui erga dilectum amoris. [f] Dilectus, inquit, meus mihi, & ego illi. Ille meæ liberationi, & ego illius honori. Ille meæ ſaluti; & ego illius voluntati. Ille mihi gratiam ex gratia donat; ego illi gratiam pro gratia rependo. Ille firmat ſuper me oculos ſuos, vt quod ſuum eſt curet: an ego quod meum eſt obliuiſcar? an auertam mentis oculos, ab eo, qui ſuos à me nunquam auertit? Meum eſt eum aſſiduè contemplari, obſeruare, colere, & ex omnibus viribus meis illi inſeruire: meum eſt præſtare quod rectum eſt in conſpectu oculorum eius, & omnia, quæ intra me ſunt, in eius vnius obſequium, & amorem impendere.

f Cantic. 2.

In eumdem ergo modum dicit

Dauid,

Dauid; Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Non reſpexi quid mihi conduceret, quidve noceret: non ad hoſtium crudelitatem conſiderandam, non ad tela, quæ in non ſuos intendere ſolent, meditanda animum conuerti. Vnius curam gero, vnum mihi neceſſarium, vnum exigit Deus: vt eum ſcilicet ob oculos continenter habeam; illique conſtanter obſequar & innitar. Omnem proinde aliam ſolicitudinem proijcio in eum; quoniam ipſi de me cura eſt: in protectione Dei cæli commoror. Quem timebo? A quo trepidabo? A dextris eſt mihi, ne commouear: à dextris eſt tanquam dexter, fiduſque comes, & amicus. & in hoc itinere paſſim à latronibus obſeſſo, cornu ſalutis, & defenſor omnipotens.

Optimum Vates Sancte animi tui decretum, & plenum prudentiæ con-

ſi-

filium, vni videlicet DEO intendere; quoniam à dextris est tibi, ne commouearis; ne effundantur gressus tui; neue labantur moti pedes in via hac, qua ambulas.

Verùm, licet ab ea quidem parte, à dextris, inquam, securus sis; aliundè tamen non item. Quid, si à læua hostes insidientur & irruant? nonne vel parumper auertes oculos à Deo, qui tibi à dextris est, vt instantes à sinistra inimicorum impetus, atque ferociam retundas?

Quorsum sibi metueret Dauid à læua, qui læuam non habet? [g] Nihil habet sinistrum vir Sanctus; siue, vt loquitur D. Hieronymus, iustus duas dexteras habet. [h] Quod ex ipsis diuinæ Sapientiæ verbis confirmans, percussa, inquit, dextera nostra, non iubemur sinistram præbere, sed alteram; hoc est, alteram dexteram. Et ille

g *Cassian. coll. 12. c. 5.*

h *In cap. 5. Matth.*

ille [i] Aod, de quo in libro Iudicum, i cap. 3.
propterea duas dexteras habere dicitur, quia iustus erat, & vna dexterarum interfecit pinguissimum illum regem Eglon.

Cùm itaque Dauid omnipotentem Dominum vtrimque à dextris suis, immò & in circuitu suo, semper adesse sciret, & intentissimè sibi prouidentem agnosceret: Quid, inquit, stulto labore consumerer, vt mei solicitus essem? Dominus solicitus est mei. Quid mihi curaturus sum? quid mihi prouisurus? Habet mei curam qui fecit me. Porrò vult me sine solicitudine esse, & hæc otia mihi facit, vt reciproca sit ad illum conuersio mea: vt à mei cura liber & expeditus, omnia quæ intra me sunt, in eius honorem & amorem, in eius laudes, gloriam, & obsequium libentissimè inpendam, & ipse totus superimpen-

pendat. Illius sit totum quod viuo, totus Spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea viuat illi; nihil in me relinquatur mihi, nec quo respiciã ad meipsum. Denique semper paratum sit cor meũ in omnes volũtates eius, qui est Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: nec tamen ista faciens, condignus ero prouidentiæ eius. Hæc & his similia, regius Vates indicat & docet, cùm ait: Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Idem planè debet esse sinceri Christiani propositum.[k] Hac enim sola ratione fit, vt quis nunquam labatur. Nulla regula certior, ad actiones omnes in Dei voluntatem dirigendas, & ad sistendam in eo mentis nostræ volubilitatem, & inconstantiam.

Si[l] quis eam Dauidis sententiam,

pro

k Clem. Alex. lib. 3. ped. cap. 5.

l Idiota, vel Picus mirand. in ps. 15.

pro regula omnium operationum sibi constitueret, & obseruaret, quàm iucundè viueret! quantum in omni virtute procederet! quam facilè omnia tela nequissimi ignea extingueret, & dolos eius aduersùm se compositos, ac impedimenta perrumperet! Quàm insignes de Synagoga Satanæ palmas consequeretur! quàm breui perfectus euaderet! Omnia quæcumque faceret, prosperarentur.



PRA-



PRAXIS SEXTA

EIVSDEM


SANCTI DAVIDIS

Eripuit animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeam coram Deo, in lumine viuentium. *Psal.* 55.

---

§. I.

Deus gratam animi memoriam pro datis beneficijs postulat: quod eximiè præstitit David.



AGNA* felicitas hominis, si beneficijs responderit Creatoris!

* *Chrysost. homil. de Moyse.*

Præclarè sanè & sapienter, eruditus

tus ille diuinorum arcanorum interpres Chrysostomus, ait,[a] Beneficiorum Dei memoriam, idoneam nobis esse magistram, ad vitam virtute præditam; quæ non sinat nos in torporem, obliuionemque incidere, & malum sectari.

a Hom. 26. in Genes.

Huius rei gratia, cùm Deus bonorum fons omnium, clementiæ suæ fluenta in Israëlicam gentem profudisset, solemnitates & monimenta, in perennem liberalitatis & benignitatis suæ memoriam, illis indixit. Vt non obliuiscerentur operum Dei, vt custodirent iustificationes eius, & legem eius requirerent, beneficiorum auctorem, qua possent animi gratitudine, remunerantes.

Porrò inter filios generis Abrahã, qui grati animi memoriam conseruare, & condignam eius prouidentiæ conuersationem habere studuerunt,

quis

quis vt Dauid? Quis, inquam, vt egregius ille psaltes Israël, vt patet ex eius Hymnis, Psalmis, & Canticis Spiritualibus? Ex quibus pauca, quæ ad rem occurrunt, tantisper expendere potes, quoad ex ipsius fontibus haurire plura volueris. Sic igitur ait:

[b] *Psal. 115.* Quid [b] retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Satagentis, solliciti, quid dignum Deo offerat; nescientis verba sunt ista. Tum

[c] *Psal. 49.* recordatus Deum dixisse: [c] Sacrificium laudis honorificabit me, conuersus ad animam suam, & mentem ad diuinum hymnum appellans:

[d] *Psal. 102.* Benedic, [d] inquit, anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes

[e] *Aug. ibid.* retributiones eius: [e] omnia enim quæ habes, ab illo habes.

Can-

Cantabo [f] Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. f *Psal.* 12.

Misericordias [g] Domini in æternum cantabo. g *Psal.* 88.

Dirupisti [h] vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. h *Psal.* 115.

Viuet [i] anima mea, & laudabit te. i *Psal.* 118.

Adiutor [k] meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es. Quid [l] eram, nisi subuenires? Quam desperatus eram, nisi curares? Vbi iacebam nisi aduenires? k *Psal.* 59. l *Aug. ibid.*

Confitebor [m] tibi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. m *Ps.* 117.

Fuisti [n] ipse mihi virtus & auxilium, gloria mea, commendatio mea, decus meum, meus splendor: mihi perpetuum munus erit gratiarum actio, & vox laudis. n *Chrysost. ibid.*

§. II.

Sanctiorem insuper vitæ rationem, & in diuinarum legum obseruatione constantiam, intuitu beneficiorum Dei pollicetur.

AT ne Dauidem verba tantùm & voces pro acceptis beneficijs repensurum suspiceris: audi quid amplius, & perfectius, in gratiarum actionem, Deo omnia tribuenti, polliceatur: [o] Iuraui, inquit, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Quasi diceret: Laudabo [p] Dominum, non tantùm sermone, verùm & opere; vita & lingua; corde & ore; vocibus & moribus: Sic enim sibi dici vult Deus Alleluia, vt non sit in laudante discordia, & vt bonæ voces testimonium non dicant contra malos mores.

[o] Psal. 118.

[p] Aug. sermon. 18. ex nouis.

Neque verò contentus id apud se statuisse, addit iusiurandum, quo maiorem animi sui firmitatem, & constantiam declararet. At quamdiu, vir sancte, in sententia perseuerabis? Sic, inquit, benedicam te in vita mea: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Sed & de laude operis, seu iustitiæ & sanctitatis, ait: [q] In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificationes tuas in æternum: Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam. Omnibus [r] rebus alijs contemptis: ac pro nihilo habitis, portionis meæ, ac opum, & copiarum loco habeo, custodire legem tuam, Anima mea tibi viuet: viuet gloriæ tuæ, viuet laudibus tuis, viuet amori tuo, viuet voluntati tuæ, viuet obsequio tuo: tota vita mea viuet tibi, vita mea dul-

q *Psal. 118.*

r *Chrysost. in ps. 118.*

cis. Libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe, propter nomen tuum Domine, propter bonitatem tuam Domine, propter gloriam nominis tui.

§. III.

Qua occaſione fecerit Dauid *decretum iſtud placendi Deo in lumine viuentium.*

CVm Dauidi, nuſquam tutè viuo Sáule, in toto ipſius regno morari liceret, propter ardentiſſimum eius comprehendendi deſiderium, adeoque incenſum, vt ſe Dauidem ad terræ vſque viſcera perſcrutaturum iactaret; [f] fugit ad Achis regem Geth, vt apud eum ad aliquod tempus ignotus degeret, donec Deus ſtatueret procellam in auram, & turbulenti fluctus illi ſilerent.

f 1. Reg. 21.

Au-

Audax sanè fuit istud Dauidis cõsilium, si humanæ prudentiæ momenta consideres. Ingressus est enim in regionem, quam crebris fatigauerat prælijs, quam insigni nuper affecerat contumelia, cùm ducenta Philistinorum præputia circuncidit, quæ dotis nomine pro Michol in vxorem ducenda Sàuli annumerauit.

Adde quod si apud Palæstinos latere voluit, at sibi maximè à Getheis debuit cauere, quorum interfecerat principem; & vbi non deerant cognati, affines, & amici, qui illius mortem vlciscerentur.

Nemo tamen hac in re Dauidem temeritatis accuset, quem credibile est, consulto & auctore Deo, istud iter suscepisse. Porrò cùm in regiam admissus esset, suspicati sunt Gethæi rei veritatem; nimirum virum illum militarem, quem rex ad suam nuper

alligarat familiam, Dauidem forsitan illum esse, à quo gentis suæ decus & columen, ignominiosè mactatum fuerat, qui vel vnus, pro decem millibus computabatur.

Dixerunt ergo serui Achis ad eum: Nunquid non iste est Dauid rex terræ? Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Säul mille, & Dauid decem millia? Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Allophylorum, ne planè agnitus morti traderetur.

Itaque diuino auxilio celeriter inuocato, Psalmum quinquagesimum quintum inter angustias composuit: votisque Deo nuncupatis, vt posset euadere, stultitiam eo inspirante simulauit, & immutauit os suum coram Gethæis: hoc est, vt ait Lyranus, aliena loquebatur, vt solent insani, & col-

& collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam. Cùmque coram rege talia mentis alienatæ signa daret, ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum? an desunt nobis furiosi, quòd introduxistis illum, vt fureret me præsente?

Sic igitur eiectus Dauid à Gethęis, ex summo capitis discrimine elapsus est. Cuius tam singularis beneficij & liberationis auctore Deo partæ, constantem memoriam, quasi incisam in columna, animo circumferens, ait: In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. In mea sunt memoria sacrificia, quæ tibi me oblaturum promisi, quæ & copiosissimė persoluam, laudationes scilicet, & gratiarum actiones, omnibus externis sacrificijs acceptiores. In me est quod voui, & reddam. [t] De cordis arca, pro- [t] Aug. in Psal. 55.

proferam laudis incensum; de cellario bonæ conscientiæ, proferam sacrificium fidei; Et quod proferam, accendam charitate. Quoniam eripuisti animam meam de morte, vitam meam conseruasti, siue à Säule, siue ab Achis Philistinorum principe; per te sum viuus. Eripuisti pedes meos de lapsu, non solùm, ne sponte collabendo coram circunstantibus Allophylis, mortiferam aliquam plagam incurrerem; sed quod longè maioris misericordiæ est, ne in peccatum, inter tot, & tam acerbas tentationes, & discrimina, laberer. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

Hoc certè Deus per sua intendit requiritque beneficia, vt amplectemur eam vitæ conuersationem, quæ ab eo approbetur, quamque nobis ipse designauerit: vt nihil extra eius placi-

ci-

citum cogitemus, nihil loquamur, nihil, nisi quod bonum est in conspectu oculorum eius, vnquam aggredi, aut conari præsumamus.

Hę sunt perennes & pręcipuè gratiarum actiones, quas Deus benefaciens nobis de cælo, omni iure sibi rependi postulat. Hoc maximum iustitiæ sacrificium, hæc perfecta oblatio: id vel vnicum, vniuersa quæ illius beneficentiæ debemus officia, complectitur; perpetuum videlicet Deo, seu, vt noster Psaltes ait, coram Deo placendi studium.

§. IV.

Præcipua quædam Dei beneficia referuntur, quibus nos sibi, & cultui suo deuinxit; Vt coram eo placere studeamus in lumine viuentium.

VT Dauidis regis ad exemplum componaris, & quæ placita sunt

Deo.

Deo, & coram Deo, facias ſemper, non mediocris philoſophiæ erit, mentis oculos hic aperire; vt videas, quæ à Deo donata ſunt tibi, quantis ſuæ benedictionibus dulcedinis te præuenerit, quàm ſummis te periculis exemerit, & ſingulis inſtantibus etiamnum liberet.

Ad hoc autem aliquantiſper vacandum eſſe cenſeo, vt à tumultuantium ſæculi cogitationum caligine liberior, annales vitæ tuæ paulò diligentiùs ſolito reuoluas. Quod vbi feceris, tot & tanta diuinæ pietatis in te miracula deprehendes, vt cum Diuo Auguſtino, Patrem miſericordiarum, & Deum omnis gratiæ, in hunc modum allocuturus ſis.

u *Cap.* 7. 13 15. 18. & 33 *Solilog.* Aperi [u] mihi oſtium luminis tui, Domine Deus meus; vt ingrediar, & videam, & cognoſcam, & confitear tibi in toto corde meo, quia miſeri-

cor-

cordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori, semel, & secundò, & tertiò. & centies, & millies. Ego semper ad infernum tendebam, & tu me semper reducebas: & iustè millies damnasses me, si voluisses: sæpius perijssem, nisi me gubernasses.

Quoties ego peccaui, & ipse draco paratus fuit deglutire me: Sed tu Domine Deus meus me defendisti. Cùm contra te iniquè agebam, stabat ipse paratus, vt me raperet ad infernum, sed tu prohibebas: Ego te offendebam, & tu me defendebas: ego te non timebam, & tu me custodiebas: à te recedebam, & inimico meo me exhibebam, & tu ipsum, ne me raperet, deterrebas.

Hæc mihi, Domine Deus meus, beneficia conferebas, & ego miser non cognoscebam. Ab inferno, licet ne-

scien-

ſcientem, multis vicibus reduxiſti. Deſcendi enim vſque ad portas inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuiſti. Appropinquabam vſque ad portas mortis, & ne ipſæ me caperent, tu feciſti. Væ tenebris meis; in quibus iacui! Væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli! Væ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoſcebam te!

De multis, & magnis periculis ſæpe liberaſti me, liberator meus; ſaluans à præteritis, ſuſcitans à præſentibus, muniens à futuris, præcidens etiam ante me laqueos peccatorum, tollens occaſiones & cauſas, ſemper mihi adſtans, & miſericorditer ſaluans.

Quando erraui, ad viam reduxiſti me: quando ignoraui, docuiſti me: quando peccaui, corripuiſti me: quando triſtis fui, conſolatus es me: quando

do desperaui, confortasti me: quando cecidi, erexisti me: quando steti, tenuisti me: quando dormiui, custodisti me: quando clamaui, exaudisti me.

Deus patientiæ, quàm diues es in misericordia! Deus auxilij mei, Deus nimiæ charitatis, quàm abundans & superabundans pietate! quàm præstabilis super malitia! quàm benignus super ingratos & malos! Deus cæli, defensor meus, protector vitæ meæ, seruator animæ meæ, quid poterit esse dignum beneficijs tuis?

Huc vsque diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis tuæ contempsi. Peccaui: quid faciam tibi ò custos hominum, cuius benignitas, mihi dat etiam nunc post tot annos in malignitate cõsumptos, vitã, & inspiratione᷍, & omnia? Quid gratitudinis, quid honoris ac fidei tibi rependam?

In-

Indicabo tibi homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique quod à Dauide de magnis periculis liberato: vt nimirum ſtudeas placere coram Deo, in lumine viuentium. Totam vitam Dauid in hoc conſumpſit. Idem & præcipuum tibi ſit animi grati ſignum, cui ſimilia, aut certè maiora quàm Dauidi, diuino munere beneficia contigerunt.

§. V.

Diſtinctiùs explicatur qua ratione ſit Deo placendum.

ARs [x] iſta, inquit Chryſoſtomus, non vulgaris eſt, ſed omnium maxima: negotium eſt, quod multam exigit attentionem. Qui hanc morum diſciplinam & ſummam philoſophiam voluerit comparare, inprimis offerat Deo cor paratum ad vni-

[x] *Homil. de pœnit. & contin.*

vniuersa quæcumque præceperit, offerat mentem quæ mediteturobediẽtiam: & constanter apud se statuat, potestatem suæ voluntatis ita Deo resignare, vt illius sanctissimæ voluntati, quod reliquum est in carne viuat temporis.

Cùm autem istud sit donum Dei, cuius est omne bonum, oret cum Sapiente frequenter in hunc modũ: Da [y] mihi sedium tuarum assistricem Sapientiam, Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te. y Sap.9.

Et cum D. Augustino: Sancte sanctorum, sanctum semper in me opus spira, vt cogitem; compelle vt faciam; suade, vt te diligam; non enim possumus tibi placere, nisi de tuo munere.

Et cum Theologorum Angelo:

Con-

Concede mihi misericors Deus, quæ tibi placita sunt, ardenter concupiscere, prudenter inuestigare, veraciter agnoscere, perfectè adimplere, ad laudem & gloriam nominis tui. Ordina statum meum, & quod à me requiris vt faciam, tribue vt sciam: & da exequi sicut oportet, & expedit animæ meæ.

Secundò, [z] in omnibus rebus ratio, Deique iustificationes in consilium adhibendæ, omnia referenda ad iudicium Domini. In omnibus quæ occurrunt, solicitè probandum quid sit beneplacitum Deo: vt ea tantummodò, quæ scimus illi placere, faciamus; [a] in morem prudentissimi trapezitæ, qui sculptum numisma, non solùm oculo, sed etiam pondere, & tinnitu, probat.

z Nazian. orat. de seipso.

a Hieron. in cap. 5. epist. ad Ephes.

Itaque, & oculis fidei, & lumine viuentium, siue Sanctorum, & pondere

dere ſanctuarij, hoc eſt, ad canones Scripturæ diuinitus inſpiratæ, ſapienter expẽdamus quid velit Deus. Quin[b] & tinnitu etiam id probemus, audientes quid loquatur in nobis Dominus Deus: non quid loquatur diabolus, non quid loquatur caro & mundus. Vox carnis voluptas, vox mundi vanitas, vox diaboli iniquitas; ſed[c] vox Dei bonitas, vox Dei pax.

b *Hug. Vict. lib. 2. de Clauſtr. anim. cap. 3.*

c *Aug. in pſal. 84.*

Sed quid, inquies, agendum erit, vbi & orato primùm diuinæ Sapientiæ lumine, & adhibitis oculis fidei, & appenſis omnibus in ſtatera iuſta & ad pondus Sanctuarij: continget adhuc dubitare, quænam ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta?

Reſpondet quidam prudens eloquij myſtici, [d] tunc eſſe tutius illud eligere quod natura magis horret,

d *Thauler. cap. 4. Inſtit.*

modò cum ſacra Scriptura, & vita Domini Saluatoris, conueniat.

Addiderim certiſſimam in ambiguis, & difficilioribus regulam eſſe, vt eamus ad Videntem. Habemus Moyſem & Prophetas, præpoſitos, inquam, nobis à Deo ſuperiores: audiamus illos, quæramus ab eis ſententiam Dei: de his enim ipſe dixit:
[e] *Luc. 10.* Qui [e] vos audit, me audit.

His medijs, notam tibi legem, & voluntatem Dei, pro luce ſemper habebis; eamque non in angulo, ſed in medio cordis tui conſtitues, vt illud totum poſſideat, & in agendis dirigat, atque ita nunquam ab eo quod rectum, & diuinis oculis placitum eſt, vel latum vnguem aberres. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam:
[f] *Pſal. 36.* Lex [f] Dei eius in corde ipſius, & non
[g] *Aug. ibid.* ſupplatabuntur greſſus eius. [g] Liberatà laqueo lex, ſeu, vt legit S. Augusti-

gustinus, Verbum Dei in corde: liberat à via praua, Verbum Dei in corde; liberat à lapsu, Verbum Dei in corde.

§. VI.

Quid intendere debeant, qui decreuerunt placere Deo.

CVm sit modus in rebus, certique fines præstituti, vt omnibus numeris absoluantur, subijciendum hic aliquid de modo faciendi cognitam Dei voluntatem.

Dico igitur, illam esse faciendam spiritu principali, ex amore Dei, & propter amorem Dei, corde magno, & animo volenti; volenti, inquam, quia sic est voluntas Dei. Neque enim ad heroicam boni operis perfectionem sufficit velle & facere, quod ex natura sua bonum, & rectum apparet coram Domino, nisi sub ista

formali, vt loquuntur, ratione fiat; nimirum quia placitum est coram Domino. Placeat homini, quod placet Deo: & ideò placeat illi, quia placet Deo.

Ingenuæ sunt, & generosæ Sanctorum mentes,[h] quibus omni regno desiderabilius est Deo placere. Id vnicè curant; id intendunt: & syncerè cum Deo paciscuntur, se ei libentissimè suis, vt ita dicam, expensis & sumptibus velle obsequi & placere; nullum aliud inde commodum, nihil suauitatis, gustus, aut consolationis, saltem primùm & præcipuè, spectantes & inquirentes.

h *Chrysost. homil. 5. de Anna.*

Hinc sequitur, quod[i] proprium est in Deum charitatis, scilicet mandata eius seruare eo animo, vt ille glorificetur. Et[k] quemadmodùm ædificatores, cùm murum extructuri sunt, amussim ab angulo ad angulum

i *Basil. c. 22. moral.*

k *Chrysost. homil. Kalendis habita.*

lum ducunt, atque ita murum prætexunt, vt minimè inæqualis eius ora existat: sic & nos, pro amussi verbum hoc adhibeamus, quod est apud Apostolum: Omnia ad gloriam Dei facite.

Qui[1] in sensu cordis Domino militant, solam sui Conditoris appetunt laudem; solam Dei gloriam, de suis laboribus expectant mercedem. Magnum se putant consequi pietatis lucrum, si in se, & per se, Deum suum efficiant laudabilem.

1 Laur. Iust. cap. 10. de conuers. monast.

Porrò cùm sit omni laude maior, tum propter infinitam & incomprehensibilem essentiæ suæ magnitudinem; tum propter summa eius in nos beneficia: non solùm quantum possunt, tantum in illius audent, & contendunt gloriam; sed, vt viri desideriorum, diuini honoris zelo, & sanctæ dilectionis ignibus æstuantes, per-

fectiora ſemper meditantur, & longè plura deſiderant exhibere, quàm actu polleant operari: ignis eorum nunquam dicit, ſufficit.

Hinc illæ voces, & affectus illis familiares: [m] Cùm ei donauero quidquid ſum, quidquid poſſum; nonne iſtud ſic eſt, ſicut ſtella ad ſolem, ſicut gutta ad fluuium, ſicut lapis ad montem, ſicut granum ad aceruum.

m Bern. de quadrupl. debito.

Scio [n] Domine, quia ex hoc quod me feciſti, debeo tibi meipſum: & quia me redemiſti, & pro me homo factus es, deberem tibi pluſquam me, ſi haberem quantò tu maior es, pro quo dediſti teipſum.

n Aug. capi 39. medit.

Si mihi omnium Angelorum & hominum vires adeſſent, eas libentiſſimè ad tuum honorem & obſequium, iuxta ſupremum tuæ voluntatis beneplacitum expenderem.

Vtinam poſſem efficere, vt à ſingulis

gulis creaturis, singulis momentis, tantum tibi laudis & obsequij tribueretur, quantum ab initio sæculorum, à sanctis tuis exhibitum est, & in perpetuas æternitates exhibebitur!

Sunt huiusmodi affectus, quamuis rei impossibilis, summi meriti, & argumenta non mediocris in Deum amoris, & grati animi: quia ex abundantia cordis, & redundantia bonæ voluntatis, consequuntur.

§. VII.

Ars placendi Deo, paucis quidem, sed plenè à Sanctis Antonio & Augustino, comprehensa.

OMnium, quæ hucusque de ratione placendi Deo, dicta sunt, compendium D. Antonius tradidit cuidam sciscitanti, [o] quid esset ob- o Ruffin. l. 3 uita PP. num. 108.

 ser-

seruandum cupienti ex animo placere Deo?

Quocumque, inquit, vadis, Deum semper habeto præ oculis.

Quodcumque opus exerces, sume ex diuinis scripturis exempla.

In quocumque loco sederis, ne inde citiùs mouearis, sed patienter in eodem loco consiste. [p] Non enim potest mentem in Deo stabilire, qui non potest corpus suum in vno loco seruare.

[p] *Dionys. Cart. serm. 3. de S. Anton.*

Sic Antonius, in studio & arte placendi Deo exercitatissimus & magister.

Sed eleganter & absolutè, vt cætera omnia, S. Augustinus totum paucioribus complectitur, cùm ait: [q] Breue præceptum: Ille placet Deo, cui placet Deus. Item, [r] quis est qui placet Deo? Cui placuerit Deus. Et D. Bernardus forsan ex Augustino:

[q] *In ps. 32.*
[r] *In ps. 122.*

Cui

Cui [f] placet Deus, Deo diſplicere non poteſt.

f Cap. 30. lib. de Conuerſ.

Quid circunſcriptius dici poteſt? Quæ doctrina planior? Quis tam hebes retuſæque mentis, vt non valeat terminorum iſtorum notionem aſſequi? Quis tam nutantis, ſeu, vt dicunt, leporinæ memoriæ, vt hoc conciſum artis diuinæ compendium tenere non poſſit? penè faciliùs proprium tibi vocabulum excidet, quàm breuiſſimum iſtud ſummæ perfectionis documentum: Ille placet Deo, cui placet Deus.

§. VIII.

Aperiuntur, & expenduntur arcana, in dictis Sancti Auguſtini Verbis, contenta.

HIc aliquantùm ſubſiſtentem te velim, vt in teipſum reuerſus, vi-

videre poſſis, an tibi Deus placeat: vt exinde conijcias, an & tu placeas Deo.

Et quibus, inquis, non placeret Deus? Itane cenſes? Seorſum à te ſentio. Mihi non perinde, verùm ſic videtur dicendum & percuntandum: Et quibus non deberet placere Deus? Quæris cur ita loquar? Quia rarum ſatis arbitror inueniri, cui verò Deus placeat.

Si reuera placet tibi Deus, quàm ſuaue erit tibi carere ſuauitatibus nugarum, & oneroſis creaturarum conſolationibus, à quibus ad Deum tibi ſuper omnia placentem te conuertes.

Placet tibi Deus? probabis eum habere in memoria; eris cum illo quomodo potes intellectu, memoria, dilectione. Inde viues; inde ſapies, in eo quieſces, in eo delectaberis, qui

eſt

est summa suauitas omni voluptate dulcior, omni luce clarior, omni honore sublimior, omni thesauro ditior, & cui omnia quæ desiderantur, non valent compararari. Immò verò, [t] cui comparata omnis aliunde iucunditas, mæror est; omnis suauitas, dolor; omne dulce, amarum; omne decorum, fœdum; omne postremò quod delectare possit, molestum. Et reuerà, illud verum & solum gaudium est; quod non de creatura, sed de Creatore concipitur. t *Bern. epist. 114.*

Placet tibi Deus? [u] Deum non coles nisi propter Deum, vt sui cultus ipse sit merces. Eum gratis, amabis, &, vt ipse mandat, ex toto corde, ex tota anima, ex omni mente, ex omnibus viribus tuis: [x] vt omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea ipsa, quæ confers. u *Aug. ser. 11. in psal. 118.* x *Idem l. 1. de doctrin. Christian. cap. 22.*

fers, Cùm autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat; ſed quidquid aliud diligendum venerit, illuc rapiatur, quò totius dilectionis impetus currit.

Placet tibi Deus? omnia dona Dei in auctorem ſuum referes: Deum ex creaturarum ſpecie laudabilis, & in artificem totus tui recurret amoris impetus. [y] Dilectio enim Dei nullum à ſe riuulum duci extra patitur, cuius deriuatione minuatur.

y Idē ibid.

Placet tibi Deus? Placebit eius Sapientia, quam ſuper omnia opera ſua effudit; placebit & multa eius patientia, quæ nolens mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, expectat vt miſereatur noſtri. Placebit & prouidentia [z] in omni creatura ſua, in omni inſtitutione rerum omnium, in gubernatione & regimine ſeculorum,

z Idem in pſal. 70.

rum, in ordine temporum, in eminentia cœli, in fœcunditate terrarum, in circunfuſione maris, in omni præpollentia naſcentis vbique creaturæ, in ipſis filijs hominum, & cæteris mirabilibus ſuis.

Si [a] æſtus eſt, de ariditate non cauſaberis: Si pluuia, de inundatione non conquereris: Si infœcundior annus eſt, non accuſabis ſterilitatem: Si fœcundior, non accuſabis vilitatem; vt plerique facimus, qui adipiſci abundantiam cupimus; & eandem adepti accuſamus. Quo quid improbius dici poteſt? cùm in hoc de miſericordia Dei querimur, quia tribuat quod rogamus.

a *Ex Saluian. lib 3. de prouid.*

Si [b] liceret, & corpora & manus in cælum leuaremus: ſolem, aſtraque cætera, & anni curſus ſuis limitibus perturbaremus: permiſceremus diſceſſus Oceani & acceſſus, fluenta etiam

b *Hilar. lib. 3. de Trin.*

etiam fontium inhiberemus, & naturas fluminum refrænaremus. Concuteremus fundamenta terræ, & toto in hæc opera Dei parricidio desæuiremus. Sed benè, quod nos intra hanc modestiæ necessitatem natura corporea detinet. Ad institutum reuertor.

c Idē i'id. Si [c] verè tibi placet Deus; sufficiet tibi quod ille à se agi, ac dispensari cuncta testatur. Quidquid eueniat, non conquereris, non murmurabis, non temerè disputabis de Deo contra Deum, agnoscens nihil [d] nisi de voluntate eius accidere, de prouidentia ipsius, de legibus ipsius; & dices: Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & Sanctus in omnibus operibus suis: Benè omnia fecit: sit nomen Domini benedictum. Iustus es Domine, & rectum judicium tuum. Iustus [e] in periculis; iustus in damnis,

d Aug. in psal. 148.

e Ambros. serm. 18. in psal. 118.

nis ; iustus in vltionibus :

Quando [f] morbi vexabunt, quando passiones & cruciatus desæuient, damna defatigabunt, luctus & orbitates affligent, semper vteris hac voce : Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Item his, aut similibus : [g] Dominus est : quod bonum est in oculis suis faciat. [h] Sicut fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. [i] Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. Tantùm [k] cæde, vt proficiam, non vt deficiam : tantùm tunde, vt producar, non vt comminuar. Atque ita diuinam æquitatem tibi placentem egregiè comprobabis.

f *Hilar. in illud psalmi* 118.

g 1. *Reg.* 3.

h 1. *Mach.* 3.

i *Mich.* 7.

k *Aug. in psal.* 38.

Ad hæc, si tibi placet Deus, placebit consulens, præcipiens, interdicens, vocans, inspirans, erudiens, postulans, probans, castigans, ducens & reducens; placebit & moram tuis votis faciens.

Con-

Consulenti acquiesces: præcipienti obtemperabis: prohibenti assentieris, nec vllo modo contradices sermonibus Sancti. Ad vocantem protinùs accurres, & respondebis: Ecce ego, quia vocasti me. Vocem inspirantis & admonentis audiens, dices: Loquere Domine, quia audit seruus tuus: bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti. Erudienti docibilem Dei, petenti hilarem te datorem ostendes: ducentem & reducentem non modò sine recusatione, sed & summa animi alacritate, sequeris: probantem sustinebis; castigantique dices in flagella paratus; peccaui,[1] & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi.

1 Iob 33.

Præterea si tibi Deus oranti non ita statim annuat; si tuis serus optatis subinde videatur; expecta, reexpecta, viriliter age. Noli dissolui, ne sit

ſis inter eos quibus dicitur: [m] Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam. Confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum: [n] non ſuſtinebis mendacem, non eum qui poterit falli, non eum qui non eſt inuenturus quod det. Voluntatem timentium ſe faciet: [o] faciet, inquam, faciet; etſi non ad horam, tamen faciet. [p] Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.

[m] *Eccli. 2.*
[n] *Aug. in pſalm. 26.*
[o] *Idem in Pſal. 144.*
[p] *Thren. 3.*

Denique, ſi verè tibi placet Deus, ad eius perfectionum exemplar, mores tuos efformare contendes, & ad eius ſimilitudinem, æſtuantibus deſiderijs adſpirabis; non ad illam tantummodò quæ poteſt hic obtineri, ſed ad eam maximè, quam poſt modicum huius vitæ corruptibilis expectamus, cùm ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.

Itaque continenter illi dicat cor tuum: Exquiſiuit te facies mea,

faciem tuam Domine requiram. Quando adimplebis me lætitia cum vultu tuo, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. [q] Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam: oſtende mihi gloriam tuam, oſtende mihi omne bonum. [r] O bona Domini dulcia, immortalia, incomparabilia, ſempiterna, immutabilia, quando vos videbo!

q Exod.33.

r Aug. in pſalm.26.

Ex dictis æſtimare licèt, quotus quiſque ſit, cui Deus placeat: & exinde, ad mentem & ſententiam Diui Auguſtini, quotus quiſque ſit, qui verè Deo placeat.

Sed quidquid ſit de alijs, attentiori mente conſidera, an tu ipſe in numerum Deo placentium ſis meritò referendus. Id vtcumque noſſe poteris ſi te ipſum ad regulas Superiores expendas, & iudices. [ſ] Sapiens ſibi ſapiens erit, & bibet de fonte pu-


ſ Bernard. lib. 2. de conſid. c. 3.

tei ſui primus ipſe. A te proinde incipiat tua conſideratio: non ſolum autem, ſed & in te finiatur.

Tu primus tibi, tu vltimus. In acquiſitione ſalutis tuæ, nemo tibi germanior vnico matris tuæ.







PRAXIS SEPTIMA
EIVSDEM SANCTI PROPHETÆ
DAVIDIS.

Mihi adhærere Deo bonum eſt.
Pſalm. 72.

§. I.

Stateram interiorem nobis à Deo datam, qua alij peruerſè, alij, ſed pauciores, rectè vtuntur.



NIVERSORVM artifex & conditor Deus, omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuit. Cælos palmo ponderauit, & prudentia ſua ſtabiliuit:

æthe-

æthera firmauit sursum: ligat aquas in nubibus suis, vt, non erumpant pariter deorsum. Appendit tribus digitis molem terræ, eamque firmauit super stabilitatem suam. Librauit in pondere montes, & colles in statera, circundedit mari terminum suum, & legem posuit aquis, ne transirent fines suos. Conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens: & dixit: Vsque huc venies, & non procedes ampliùs; & hic confringes tumentes fluctus tuos. Mensus est pugillo aquas, & librauit fontes aquarum. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi dinumerauit. Omnia in mensura, & numero, & pondere dispposuit, nec fecit quidquam deesse.

Porrò cùm hominem ad imaginem & similitudinem suam creasset, voluit vt & ipse secundùm datum,

ſuum, omnia in ſapientia faceret. Quocirca [a] noſtram cuilibet ſtateram quandam intùs apparauit, per quam rerum naturam probè diſcernere poſſemus. Poſui, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, duas inter ſe contrarias naturas: has tu apud tuum tribunal examina, ac diligenter expende, quid tibi ſit vtilius.

a Baſil. in pſalm. 61.

Sed quàm diſſimili ratione librarum ſuarum lancibus homines vtuntur! quàm variè per liberum arbitrium diſcernunt, quæ ad vitam inſtituendam illis eligenda & adoptanda proponuntur! quàm pauci diuinæ ſapientiæ formam, in operibus ſuis intuentur, & imitantur!

Plerique vani filij hominum, & mendaces in ſtateris, peſſimè res expendunt, vana veris, deſfluentia & cadentia permanentibus, momenta-

nea

nea perpetuis potiora ducentes. Hi sunt filij huius sæculi, filij tenebrarum, filij Agar qui exquirunt sapientiam, quæ de terra est, negotiatores terræ, solummodò de bonis terræ tractantes.

Alij, sed pauciores (si cum infinito stultorum numero conferantur) iustis bilancibus ad pondus sanctuarij, hoc est, secundùm prudentiam iustorum quasque res æstimantes, saniori mente de illis iudicant, & omninò contraria sibi deligunt, prosequuntur, & amplectuntur.

Hi nimirùm (omnibus secundùm regulam mensuræ qua mensus est nobis Deus, sapienter appensis & expensis) satis esse sibi credunt, scire & nosse Deum, amare Deum, laudare Deum, esse cum Deo, & non recedere à Deo, sed illi inextinguibili desiderio adhærere. Cætera vale-

reiiubent, & reijciunt, non modò vt superflua, & vt vanitates & insanias falsas, sed vt laborem & dolorem considerant, occupationem pessimam, & afflictionem Spiritus.

Quapropter ijs se libenter carere profitentur: omnia detrimentum æstimant, & arbitrantur vt stercora, vt Deum vnum lucrifaciant, & inueniantur in eo. Veritatis huius testis locuples, suo & Sanctorum omnium nomine sufficiat noster Dauid, diuinæ vocis organum: cuius istud insigne est inter plura animæ Deum vnicè & summè cupientis & amantis desiderium: Quid mihi est in cælo! & à te quid volui super terram? Contulerat Dauid voluntatem suam priorem, qua post falsum pondus terrena desiderarat, cum mercede magna nimis in cælo sibi reposita: & in veritate comperiens se prauè statera

sua

ſua vſum, ac proinde de rerum pretio non rectè iudicaſſe; arguit ſe quod pecus fuerit, vt loquitur S. Auguſtinus.[b] Et æſtuans in illa cogitatione rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, Quid, inquit, mihi eſt in cælo! Quid eſt illud, quod habeo in cælo! quantum eſt! quale eſt! quid eſt? Seruas mihi tu in cælo diuitias immortales, teipſum: & ego à te quæſiui in terra, fragilem, tranſitoriam, & quodammodò luteam felicitatem. Quid volui! Diuitias fluxas, caducas, volaticas. Quid volui! aurum, pallorem terræ; argentum, liuorem terræ; honorem, temporis fumum.

b In Pſ.72. 10. de Ciuit. cap. 25. & ſerm. 4. ex nouis.

Volui[c] quod habent impij, quod habent & facinoroſi, quod habent multæ fœminæ turpes, multi viri turpes. Hæc pro magno deſideraui à

c In pſal.72.

Deo

Deo meo super terram, cùm seruet se mihi in cælo Deus meus.

O quàm vanus & mendax olim, fui in trutina Iniquitatis! quàm peruersè, quàm præposterè rationis & iudicij bilancibus abusus sum! Ad mentem redeo. [d] Serò te cognoui Veritas antiqua, serò te cognoui Veritas æterna. Serò te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua! serò te amaui. De cætero, nemo mihi molestus sit: portio mea erit Deus cordis mei: seu, vt Hebræa sonant, rupes cordis mei, cui, vtpotè summo, stabili, & fixo bono, constans & firmus adhærebo. Pars mea Deus in æternū.

Quis me separabit à charitate Dei? Deus cordis mei, rupes cordis mei. Mihi adhærere Deo bonum est. [e] Non blandimentis sæculi, non corporis vitijs, amorem meum à te charitatemque retrahentibus.

d Cap. 33. Solil.

e Hilar. in psal. 62.

§. II.

§. II.

Infælices & insani, qui bilancibus interioribus nequiter vtuntur: & è contrà, beati & sapientes, qui rectè.

CVm DAVID, vt dictum est, sic affectus esset; omnes libentissimè rapuisset, vt secum DEO adiungerentur. Videnſque tantam multitudinem mendacium in stateris, seu de rerum momentis perperam decernentium, incitabatur Spiritus in eo, & dicebat DEO: [f] Erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; & dextera eorum, dextera iniquitatis. f Psal. 143.

Sed [g] quam vanitatem locutum est os eorum? Beatum, inquit, dixerunt populum, cui hæc sunt: qui habent filios incolumes, filias ornatas, g Aug. ibid.

ple-

plena cellaria, abundantiam pecorum, nullam ruinam, non modò parietis, ſed nec ſæpis; quietem, pacem, abundantiam, copiam rerum in domibus, in ciuitatibus. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: os eorum locutum eſt iſtam vanitatem.

Ergo non eſt iſta fœlicitas? An non inuenis domum iuſti plenam iſta fœlicitate? Non erat domus Abrahæ abundans auro, argento, filijs, familia, pecoribus? Nonne Iacob Sanctus è Meſopotamia ditatus rediens, egit gratias Domino, quòd cùm in Virga ſua tranſijſſet Iordanem, regrederetur cum tanta abundantia pecorum atque filiorum? Quid dicimus? Non eſt iſta fœlicitas? Sit licet; ſed ſiniſtra. Quid eſt ſiniſtra? Temporalis, mortalis, corporalis: nec ideò iſtiuſmodi homines maligni ſunt, quia his abundant. Cur igitur? Quia quod ſini-

ſiniſtrum eſſe debuit, in dextera poſuerunt: ideò & dextera eorum, dextera iniquitatis: ideò os eorum locutum eſt vanitatem; quia hoc in dextera poſuerunt, quod in ſiniſtra habere debuerunt.

In dextera ponere debuerunt Deũ, æternitatem, annos Dei non deficientes. Ibi dextera: ibi debet eſſe deſiderium noſtrum: ſiniſtra vtamur ad tempus, dexteram deſideremus in æternum. Non igitur, prout loquuntur filij alieni, beatus populus cui hæc ſunt: Quis ergo? Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Beatus [h] qui aliud cogitare non nouit; quem non ambitio detinet, nec cura pecuniæ occupat, nec illecebræ libidinum capiunt, nec rerum familiarium negotia demorantur, quo minùs Deo totis ſenſibus adhæreat. Deus vſque adeò bonum eſt hominis, *h Vide Ambr. ſerm. 13. in pſal. 118.*

vt ſine ipſo, miſerum eſſe hominem neceſſe ſit. Et in rebus à Deo factis, tam magnum bonum eſt anima rationalis, vt nullum ſit bonum, quo beata ſit, niſi Deus.

Id nouerat ſuſpiciendus Antiſtes ille, cuius Deus cor ſua charitate ſagittauerat. [i] Hoc, inquit, ſcio, quia mihi malè eſt præter te; & non solùm extra me, ſed etiam in meipſo: & omnis copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt. [k] Quidquid mihi vult dare Dominus, auferat totum. & ſe mihi det. [l] Quidquid autem ab hoc diuerſum eſt, quamuis magnum, ſecundum tamen, aut etiam infimum, vel certè noxium iudicandum eſt.

i Lib. 13. confeſſ. c. 8.

k In pſ. 26.

l Moyſ. Abb. apud Caſſ. coll. 1. cap. 8

§. III.

Nullus, niſi Deo adhærens beatus eſſe poteſt.

HOminis ad infiniti Dei ſimilitudinem conditi capacitas immen-

mensa, cui non solùm non plenè sufficit nisi Deus, sed & non paulùm officit quidquid non est Deus: si in eo portum voluntatis suæ, fœlicitatem, inquam, seu finem vltimum, inquirat. Quod sic ex Augustini Sapientia probatur.

Cùm [m] beatus esse vis, qui miser es, vis vtique melior esse quàm es; melius est enim beatum esse, quàm miserum. Melior te vis esse? optima propositio, sanæ mentis decretum, recta voluntas. At depellendæ miseriæ, & acquirendæ beatitudinis ergo, quid facies? Quærendum tibi est quid habeas, vt beatus sis.

m *Ex Aug. in psal. 32.*

Vnde beatus esse poteris? ex pecunia? ex argento & auro? ex prædijs, fundis, domibus, mancipijs, pompa sæculi, honore volatico & perituro? Minimè. Fieri enim non potest, vt res deterior faciat te meliorem. Agnosce

ſce homo dignitatem tuam: homo es: deterius te eſt quidquid cupis, quo beatus eſſe deſideras. Aurum, argentum, quælibet corpora, quibus inhias acquirendis, poſſidendis, fruendis, inferiora te ſunt. Tu melior es, tu fortior es, quidquid quæſieris in terra, deterius te eſt.

Neque tantùm per hæc beatus eſſe non vales, ſed euadis inde deterior: Sordeſcit [n] enim aliquid, cùm inferiori miſcetur naturæ, quamuis in ſuo genere non ſordidetur: quia etiam de puro argento ſordidatur aurum, ſi miſceatur. Ita & animus noſter terrenorum cupiditate ſordeſcit, quamuis ipſa terra in ſuo genere, atque ordine, non ſordidetur.

Qui ergo beatus, ac proinde melior te eſſe deſideras, accipe fidele conſilium: quære quod te melius eſt, vt inde te melior efficiaris. Quid autem

n *Idem lib. 2. de ſerm. Domin. in mont. c. 13.*

autem erit illud, obsecro, nisi Deus tuus, verum, & solum, & summum, & omne bonum tuum; ipsum bonum, quo cuncta sunt bona? Portio tua, & pars optima, sit amanter illi cohærere, illud amplecti, in illo manere.

Gaudia [o] qui mundi, qui magnos quærit honores,
Et sequitur falsas non bene sanus opes,
Arripit hic vmbram pro corpore, pascitur aura
More lupi, esuriem stultus alitque suam.
Namque adeò est generosa hominis natura, caduci
Vt mentem prorsus nil satiare queat.
Quippe Deum præter nil mentem expleuerit vnquam:
Ætherei cùm sit numinis ipsa capax.

o *Billius in Antolog. num. 15.*

Posset quispiam hic opponere, naturam angelicam humana longè præstantiorem, ac nobiliorem esse. Atque ita homini non opus esse Deo, vt fiat melior, cùm per Angelum, qui melior est homine; id fieri posse videatur.

Facilem huic nodo cuneum adhibet D. Augustinus, [p] scilicet, non inueniri aliquid melius animo tuo: quia cùm perfecta fuerit anima tua, Angelis æquabitur. Ergo supra te non est, nisi Creator: erige te ad illum, hunc desidera, vt habeas; & tunc demùm beatus eris.

p In ps. 32. Vid. D. Tho. p. 1. qu. 62. art. 5.

Appendo secundam ex eodem S. Doctore rationem, ad dictam veritatem firmandam; nimirum, quòd rei cuiusque perfectio, sit in adhæsione ad suum principium. [q] Vt homo, inquit, sit aliquid, conuertere se debet ad illum, à quo creatus est.

q In ps. 70. part. 2.

Re-

Recedendo enim frigescit, accedendo feruescit: recedēdo tenebrescit, accedendo clarescit: à quo enim habet vt sit, apud illum habet, vt ei benè sit.

Denique filius minor, qui voluit in sua potestate habere substantiam suam, quæ illi apud patrem optimè seruabatur, factus suæ potestatis, profectus est in regionem longinquā, hæsit Principi malo, porcos pauit, fame correptus est, qui saturitate superbus abscesserat.

Ergo quisquis ita vult esse similis Deo, vt ad illum stet, fortitudinemque suam (sicut scriptum est) ad illum custodiat, non ab illo recedat. Illi cohærendo signetur, tanquam ex annulo cera. Illi affixus habeat imaginem eius, faciens quod dictum est: Mihi adhærere Deo bonum est: Verè custodiat similitudinem & imaginem, ad quam factus est.

§. IV.

Deo adhærentes bonis innumeris cumulantur.

SEd quis enumerare posset, quantis præterea bonis ditentur, qui forti dilectione Deo adhæret? Quemadmodum [1] enim proprium ignis est calefacere, & solis illustrare, ita etiam summi Boni benefacere. Imò verò, nec sic quidem; sed longè ampliùs communicat de bonis suis, vt ditet diligentes se, & thesauros eorum repleat.

[1] Chrysost. in ps. 47.

Et verò, quibusnam foret Deus vena aquarum viuentium, fons vitæ, fons aquæ salientis in vitam æternam, flumen beneficiorum, lumen assiduè coruscans, & torrens voluptatis, si non dilectis illi semper adhærentibus? Quibusnam rorarent cæli desuper

ſuper; quibuſnam benefaceret de-
cælo, qui diues eſt in omnes qui in-
uocant illum, qui dat omnibus af-
fluenter; qui ſolem ſuum oriri facit
ſuper bonos & malos, & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos, ſi non populo ſic,
vt diximus, appropinquanti ſibi?
Quibuſnam, inquam, aperiret ma-
nus ſuas tornatiles, aureas, plenas
hyacinthis, ſi non illis qui dicunt:
Pars mea Dominus, dixit anima mea:
pars mea Deus in æternum: Dile-
ctus meus mihi, & ego illi: Domine
ad quem ibimus? Verba vitæ æter-
næ habes. Omnia in te vno haben-
tes, te non debemus dimittere.

Quàm bonus Iſraëli Deus, his
qui recto ſunt corde! qui ſcilicet ſoli
adhærere Deo poſſunt! Nouit illos
ex nomine: agnoſcit in benedictio-
nibus ſuis: reficit pane vitæ & intel-
lectus: recreat ab vbere conſolatio-
nis

nis suæ, vt pueros delicatos, vt filios honorabiles, vt amantissimos Domini. Custodit illos vt pupillam oculi, & sub vmbra alarum suarum protegit, [f] in munimento charitatis & misericordiæ suæ. [t] Et sicut nemo potest lædere eum qui ad latus Imperatoris est: ita neque satanas ei nocere potest, qui inhæserit Deo.

f *Aug. in psal. 16.*

t *Lib. 5. vita PP. Libel. 11.*

Et vt rem in pauca conferam; Inquirens Dominum, eique fideliter inhærens, non minuetur omni bono. Is sibi dictum putet à Deo: Fili, tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt. Et certè quorum essent optima quæque dona Dei, si non filiorum, si non amicorum, qui assistunt coram illo omni tempore? Vt & hic maximè verum appareat, quod ab antiquis abijt in prouerbium, Amicorum omnia esse communia.

Sed omnium priuilegiorum caput esse

esse videtur, quòd sic etiam in præsenti transformantur à Domini Spiritu, vt, iuxta dictum Apostoli, [u] vnus cum Deo Spiritus fiant: non quidem quod in Deum demutentur; sed quia eius bonitatem, pulchritudinem, sapientiam, clementiam, sanctitatem, immutabilitatem, aliasque diuinas perfectiones (pro captu tamen creaturæ) mutuentur, & intùs ac foris quodammodò induant. Atque ita [x] per incorporeum (si dici potest) Dei complexum, vt loquitur Diuus Augustinus, veris implentur, fœcundanturque bonis; & humanitatis infirmitate quodammodò depositа, diuini efficiuntur.

[u] 1. Cor. 6.

[x] Lib. 10. de Ciuit. cap. 4.

Et reuerà, si, vt scriptum est in libro sermonum Ieremiæ prophetæ, Qui [y] elongauerunt se à Deo, & ambulauerunt post vana, vani fiunt: & si, vt ait Oseas, recedentes à Deo, fiunt

[y] Cap. 2.

z Cap.9. fiunt[z] abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt. A contrario ſanè conſequens eſt, vt qui adulterinis creaturarum amoribus renuntiant, virtutiſque ſtudio ſe Deo reddunt intimè familiares & amicos, illi quàm ſimillimi efficiantur.

a Aug. in 1. Ioan. tract. 3 Talis[a] eſt quiſque, qualis eius dilectio. Terram diligis? terra eris. Deum diligis? Quid dicam? Deus eris. Non audeo dicere ex me: Scripturam audi: Ego dixi, dij eſtis, & filij Altiſſimi omnes. Quæ maior gloria? quæ dignitas eminentior? quis ſplendor huic par eſſe poteſt excellentiæ?

b Ambroſ. cap. 9. de bono mortis. Proinde[b] non ſequamur illecebroſa & ſeductoria, ſed ſequamur illud quod bonum eſt, illi adhæreamus, illud imitemur: illius præſentia, illius communicatio nos meliores faciat: mores noſtros color, & il-

lius

lius quædam nos societas informet. Qui enim bono adhæret, assumit inde quod bonum est: assiduitate enim atque imitatione, quædam similitudinis imago formatur. Qui appropinquat lumini, citiùs illuminatur, & plus in eo splendor æterni luminis refulget è proximo. Anima quæ adhæret illi inuisibili bono, Deo, atque immortali, & ipsa corporea hæc fugit, & mortalia, & terrena derelinquit; fitque illius similis quod desiderat, & in quo viuit, & pascitur.

Magnum, [c] & summum, & primum nostrum bonum, est manere in illo.

c *Aug. lib. 3. de lib. arb. cap. 13.*

§. V.

Decreta & sententiæ Sanctorum Statuentium adhærere Deo.

His cum attentione perpensis, exclamare licet cum Beato

Gre-

Gregorio, cui Theologia cognomen
d *Epist.63.* imposuit:[d] Valeant throni, principatus, opes, splendores, elationes, casus, vilis & despicabilis hæc gloriola (ex qua plus dedecoris quispiã capiat, si animo efferatur, quàm si irrideatur.) Valeant magnæ huius scenæ ludiora, nugæque theatricæ. Nos Verbum arctissimè complectamur, ac pro omnibus rebus, Deum habere optemus; solum, inquam, perenne illud bonum, & nostrum. Sic ille Eudoxium quemdam Rhetorem ad Christi philosophiam, & humanarum rerum contemptionem adhortans.

Tantundem dixit Paulinus Chri-
e *Epist.29.* stianæ lucis suo sæculo iubar:[e] Sibi, inquit, habeant literas suas Oratores, sibi sapientiam suam Philosophi, sibi diuitias suas diuites, sibi sua regna Reges: nobis gloria, & posses-

sio,

ſio, & regnum Chriſtus eſt.

Idipſum ſentiebat qui ait: [f] Pars mea Dominus, dixit anima mea: cui Diuus Auguſtinus accinens, magno cum animi ſenſu dicebat. [g] Eligat ſibi partes genus humanum, viderint alij, quid eis bonum ſit, cupiditatum diuerſitate dilanientur. Eligant alij militiam, alij aduocationem, alij diuerſas variaſque doctrinas: alij negotiationem, alij agriculturam, alii alias partes ſibi faciant de rebus humanis: pars mea Deus in æternum.

f *Thren.* 3.

g *In pſ.* 72.

Bibant [h] alij mortiferas voluptates, portio calicis mei Dominus eſt: portio Sanctorum Dominus æternus eſt. Mihi adhærere Deo bonum eſt. [i] Hoc eſt totum bonum. Vultis amplius? Doleo volentes. Fratres quid vultis amplius? Deo adhærere nihil melius eſt.

h *Idem in pſal.* 15.

i *In pſ.* 72.

Væ

k Lib.6.Cōfess.cap.16. Væ [k] animæ audaci, quæ ſperauit ſi à te receſſiſſet, ſe aliquid melius habituram. Verſa & reuerſa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura ſunt omnia: & tu ſolus requies.

l Lib.2.c.6. Deus [l] bone, Deus ſummum bonum, & bonum verum meum, [m] fecisti nos ad te: & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.

m Lib.1.c.1

n Lib.4. cap.10. Quaquauerſum [n] ſe vertit anima hominis, ad dolores figitur, alibi præterquam in te.

Audi & ſimilem dignam Ioanne Chryſoſtomo ſententiam: [o] Deus cordis mei, omnibus rebus alijs contemptis, ac pro nihilo habitis, te portionis meæ, ac opum, & copiarum loco, habeo.

o In pſ.118.

His conuenienter nardus Diui Bernardi dabit odorem ſuum. Is hominem per ea quæ facta ſunt aberrantem, vt ſicubi quidpiam, quo ſatie-

tietur, inueniat, in hunc modum alloquitur: [p] Quid quæris extra Deũ? quid desideras præter illum? quid tibi placet sine illo? Ipse fecit omnia: ipse habet omnia: ipse est omnia. Quodcumque bonum cupis, quodcumque pulchrum quæris, quodcumque dulce & delectabile requiris, totum in ipso inuenies, & in ipso perfrueris. Summum bonum, & omne bonum est. Vbicumque eris sine illo, malè eris, & malè tibi erit: & vbicumque fueris cum ipso, benè eris, & benè tibi erit.

p *Serm. de miser. hum.*

Sed Sanctum Eucherium Lugdunensem Episcopũ præsens argumentum paulò fusiùs prosequentem audiamus. Is Valerianum quendam vinculo sanguinis & dilectionis sibi coniunctissimum, ad Summi Boni optionem & adeptionem adhortans, sic ait: [q] Deus est non solùm quod ama-

q *Epist. ad Valerian.*

amari effusissimè possit, sed & quod maximè debeat, iucundum, præclarum, vnicum, æternum bonum. Deus, inquam, noster, cui possis tam magno, quàm pio igne flagrare, si in locum anteriorum cupiditatum, pretiosa rursus desideria succedunt. Si te in aliquo capiebat magnificæ rei dignitas, nihil illo magnificentius: Si te aliquid velut aptum glorię accommodatumque rapiebat, nihil illo gloriosius: si ad splendida fulgentium rerum ducebaris visu, illo nihil clarius: si ad speciosa trahebaris intuitu, illo nihil pulchrius: si in aliquo te amplecti putabas veritatem, illo nihil verius: si in quoquam suspiciendam largitatem credebas, illo nihil munificentius. Miraris quod purum est atque simplex? nihil illa bonitate sincerius. Solicitaris affluentium rerum copia? nihil illa abun-
dantia

dantia copioſius. Diligis aliquid tanquam fidum? nihil huius firmius eſt fide. Amas aliquid vt commodum? nihil commodius eſt huius ipſius amore. Eſt aliquid, quod te vel ſeueritatis, vel iucunditatis ſpecie trahat? non eſt magnitudine illa, dignatione illa quidquam aut terribilius, aut blandius. Requiritur in aduerſis benignitas, in proſperis ſuauitas? Vnicum eſt ex illo, aut in lætis gaudium, aut in mæſtis ſolamen.

Itaque ratione pleniſſimum eſt, te illum, in quo habes omnia, amare præ omnibus. Diuitiæ, & quæcumque illa ſunt, quæ te nunc amænitatibus ſuis obtinent, non ſolùm intra ipſum, ſed etiam ab ipſo habentur. Sic ille Galliarum ſuo ſæculo Chryſoſtomus.

Eundem ſpirat odorem Caſſiodorus in ea verba Dauidis, Inquirentes

Do-

Dominum non minuentur omni bono.[r] O lucrum, inquit, admirabile, ò compendium singulare! Vnus est qui quæritur, sed in quo omnia continentur. Cur nos per diuersa fatigamus? Ad ipsum vnanimiter festinemus, post quem cuncta bona vltra non quærimus, sed tenemus.

r *In Ps. 33.*

Audiatur etiam Richardus Pampolitanus, quid & ipse dicat: [s] Sufficiat tibi, inquit, cæteris despectis, amare Deum, laudare Deum, esse cum Deo, in Deo gaudere, & non recedere à Deo; sed illi inextinguibili desiderio adhærere.

s *Opusc. de emend. peccatoris.*

Verba sapientum istorum sunt sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quę concitant & vrgent, vt singuli dicamus cum Hugone Victorino: [t] O anima mea vnum agnosce, vnum dilige, vnum sequere, vnum apprehende, vnum posside.

t *In Soliloq. de arrha animæ.*

Et

Et cum Abbate Igniacensi: [u] Litigent alij de diuidenda hæreditate huius mundi: Dominus pars hæreditatis meæ. Pugnent inter se quis eorum fiat miserior, nihil omnium quæ ambiunt, inuideo; sufficit mihi Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum.

[u] *Guerric. serm. de omnib. SS.*

Et cum Beato Thoma præsule Valentino: [x] Dilectus meus mihi, & ego illi. Nihil vltra; vtique nihil amplius: nam quod amplius est, ex superfluo est. Solus mihi sufficit, solus abundat; solum cupio: quidquid ille non est, egestas mihi est. Ille solus mihi, & ego sum illi.

[x] *In Cantic. cap. 2.*

Prædictis egregiè cõcinit D. Augustinus, cum ait: [y] Bonorum summa nobis est Deus, Deus est nobis summũ bonum: neque infra remanendũ nobis, neque vltra quærendum; alterum enim periculosum, alterum nullũ est.

[y] *Lib. de morib. Eccl. cap. 8.*

§. VI.

Praxis B. Laurentij Iustiniani supradicta confirmans.

Sic [z] profectò iustum ac rationabile est, vt anima quę diuini Spõsi flagrat amore, omnia quæ sæculo deditis præclara censentur, qualia ea quisque appellare voluerit, & fæda, & ridicula existimet, vnumque Bonum suum ambiat, atque illud intentissima mentis acie cernat. Quippe & Sponsus amoris erga se illi præmia referens, consortio eam suo, & communione nobilitat.

z Basil. tract. de vera Virg.

Cuius rei præclarum nobis extat exemplum, in eo quod Beato Laurentio Iustiniano contigit. [a] Hic annum agens ætatis vndeuigesimum, quando carnis illecebræ, ancipitem humanæ vitæ viam facere solent, cordi

a Bern. Iustin. in eius vita.

di ſuo requiem, & ſolatium in apparentibus bonorum huius mundi, & temporis, imaginibus quærebat. Sed errore communi decipiebatur: nullus enim, à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, id aliquando potuit obtinere. Ne igitur in vmbratilibus & fictis iſtiuſmodi bonorum formis, ſtulto labore conſumeretur, à Domino Ieſu in benedictionibus dulcedinis præuentus eſt, vt ipſemet in ſuo Faſciculo amoris refert.

Eram, inquit, quærens æſtuanti deſiderio pacem, in rebus quæ foris ſunt, nec inueniebam. Tandem Virgo quædam ſole ſplendidior mihi apparuit, cuius nomen ignorabam. Hæc propiùs accedens, ſpecioſo vultu, placidoque affatu, O iuuenis, ait, dilecte, cur effundis cor tuum? cur pacem ſectando per multa vagaris? quod quæris, penes me eſt; quod

concupiſti, tibi polliceor, ſi tamen me in Sponſam habere volueris.

Cùm verò nomen ipſius, & genus & dignitatem ſcire peroptarem; ſe ait Sapientiam Dei eſſe, quæ propter hominum reformationem, humanam formam ſuſcepit. Aſſenſi igitur ei, amator factus formæ illius: & dato pacis oſculo læta diſceſſit.

Quid porrò Laurentius deſideraſſet? quid præſtantius, aut illuſtrius vltra voluiſſet? quid optimè conſulenti diſtuliſſet aſſentiri? Certè vt erat præclaræ indolis adoleſcens, non aliunde conſilium, quàm è re præſenti cœpit. Et tam luculentis conditionibus, & conuentis ſtare decernens, religionis ingreſſum meditabatur: nullibi enim apparebat, pactum cum diuina Sapientia connubium, ſanctiùs atque tutiùs poſſe ſeruari, quàm vbi dicere poſſet: Ecce

ce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Priùs tamen quàm id vitæ genus amplecteretur, operæpretium duxit, computare sumptus, qui necessarij erant ad perficiendum. Atque ita constituit animo, hinc omnia quæ dicuntur fortunæ bona, nobilitatem, magistratus, honores, pecuniam, & omnis generis voluptates: illinc inediam, vigilias, æstus, algorem, humilitatem, nouissimum locum, propriæ voluntatis odium & iuge sacrificium, quidquid denique nominibus crucis, abnegationis, & mortificationis comprehenditur.

His ita mente constitutis, Laurentius quasi iudex inter ista sedens pro tribunali, vtrimque perpensis in statera iusta rerum momentis, ita seipsum est allocutus: Considera nunc etiam atque etiam Laurenti, quid

agas: putasne hæc perferre poteris, & illa contemnere? poterisne Christi bibere calicem, & oblatas mundi promulsides æternùm detestari? Tum sese ad crucem Domini conuertens: Tu es, inquit, Domine, spes mea: ibi posuisti certissimum refugium tuum. Sicque confirmatus animo, desertis parentibus, eiurato mundi fastu, contemptis honoribus & opibus, spretis delitijs, & ætatis floridæ lenocinijs, in cœnobium Canonicorum, qui Sancti Georgij in Alga nuncupatur, se recepit; vbi familiarius liceret habere contubernium Dei, & illi constantissimè semper adhærere.

Certamen forte dedit illi Deus, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est Sapientia.

Infinita propemodùm huiusmodi exempla, in probatis Sanctorum annali-

nalibus passim occurrunt: nobis vnum retulisse satis fuit.

§. VII.

An, & quomodò deserendæ sint opes terræ, vt quis adhærere Deo possit.

QVid igitur? An omnes qui statuunt adhærere Deo, temporis, & terræ possessiones, deserere teneantur?

Propositæ quæstioni faciam satis, cùm quadruplex hominum genus distinxero: Quidam nec rebus pauperes sunt, nec Spiritu, nimirùm diuites superbi, qui putant aurum robur suum, & obrizo dicunt, fiducia mea: qui in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. De quibus ait Dauid: [b] Tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.

[b] *Psal.* 72.

rum. Et Iob:[c] Audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.

c Cap. 12.

Alij sunt rebus pauperes, sed non Spiritu; siue, vt loquitur[d] D. Bernardus, pauperes sunt necessitate miserabili, non laudabili voluntate: illi videlicet, qui nihil quidem reipsa possident, sed multa possidere concupiscunt, & si liceret, Salomone, & Cræso, Regum ditissimis, locupletiores forent.

d Serm. 1. in Fest. Omnium SS.

Alij sunt pauperes non rebus, sed Spiritu & affectu, qui licet opibus abundent, & circunfluant, attamen, iuxta Verbum Dei diuitibus huius sæculi ab Apostolo dictum,[e] non inde sublimè sapiunt, neque sperant in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Non se putant aliquid esse, quia diuites sunt: attendunt & obtemperant Prophetæ monenti,[f] Diuitiæ si affluant,

e 1. Timot. 6.

f Psal. 61.

fluant, nolite cor apponere. Facultatibus sic vtuntur, vt inde curent benè[g] agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurisare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Tales collecti temporis memores, vt[h] Nolanus Antistes ait, illud Apostoli complent, vt[i] habentes non habeant: quia non sibi, sed non habentibus habent: Domus suæ hospites sunt, vt sint hospitum domus; patriæ suę peregrini sunt, & exules huius mundi; vt sint incolę paradisi, & patrię ciues antiquę.

g 1. *Timot.* 6

h *Epist.* 2.

i 1. *Cor.* 7.

Alij denique sunt pauperes rebus & spiritu, qui nempè propter eximium Dei amorem, & Euangelicæ perfectionis desiderium, quę videntur lucra, hęc arbitrantur propter Christum detrimenta. Quapropter vniuersis quę possident abrenunciantes,

rum. Et Iob:[c] Audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.

c *Cap.* 12.

Alij sunt rebus pauperes, sed non Spiritu; siue, vt loquitur [d] D. Bernardus, pauperes sunt necessitate miserabili, non laudabili voluntate: illi videlicet, qui nihil quidem reipsa possident, sed multa possidere concupiscunt, & si liceret, Salomone, & Cræso, Regum ditissimis, locupletiores forent.

d *Serm.* 1. *in Fest. Omnium SS.*

Alij sunt pauperes non rebus, sed Spiritu & affectu, qui licet opibus abundent, & circunfluant, attamen, iuxta Verbum Dei diuitibus huius sæculi ab Apostolo dictum,[e] non inde sublimè sapiunt, neque sperant in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Non se putant aliquid esse, quia diuites sunt: attendunt & obtemperant Prophetæ monenti,[f] Diuitiæ si affluant,

e 1. *Timot.* 6.

f *Psal.* 61.

fluant, nolite cor apponere. Facultatibus sic vtuntur, vt inde curent benè[g] agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurisare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Tales collecti temporis memores, vt[h] Nolanus Antistes ait, illud Apostoli complent, vt[i] habentes non habeant: quia non sibi, sed non habentibus habent: Domus suæ hospites sunt, vt sint hospitum domus; patriæ suę peregrini sunt, & exules huius mundi; vt sint incolę paradisi, & patrię ciues antiquę.

g 1. *Timot*. 6

h *Epist*. 2.

i 1. *Cor*. 7.

Alij denique sunt pauperes rebus & spiritu, qui nempè propter eximium Dei amorem, & Euangelicæ perfectionis desiderium, quę videntur lucra, hęc arbitrantur propter Christum detrimenta. Quapropter vniuersis quę possident abrenuncian-

tes,

tes, amicam paupertatem in Sponſam pacto fœdere deligunt, & complectuntur.

His ita diſtinctis, ſolutionem propoſitę quæſtionis indico: Nulla fieri ratione poteſt, vt qui nec rebus, nec ſpiritu ſunt pauperes, ſocietatem cum Deo obtineant. Eoſne ſibi
k *Luc.* 6. ad gratiam adiunget, quibus ait: [k] Vę vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram? An putas aptos fore, vt ſint de amicis Regis cælorum, in quibus defixa eſt radix omnium malorum cupiditas, radix peſſima, radix de terra Chanaan, radix amaritudinis, germinans deſideria multa, inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem? fixum eſt, & æternæ veritatis
l *Matth.* 6. Euangelicum illud axioma, [l] Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Sed

Sed neque illis, quos diximus pauperes rebus, & non ſpiritu, ſors, aut pars eſt, in dicta familiaritate, & amicitia Dei; in cuius oculis inuitè tolerata paupertas, pro radice omnium malorum computatur. Vt enim præclarè Diuus Ambroſius, affectus, inquit, diuitem aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. Has ergo duas ſpecies odit Deus.

Illi ſolùm Deo poſſunt adhærere, & cum eo vnus Spiritus fieri, qui vel tantummodò poſſeſſione diuites, non diuitiarum amore, [m] inter ignes non vruntur; inter laqueos non capiuntur, picem tangunt, nec inquinantur; & ſoluti ab eorum quæ poſſident vinculis, opes ad præſcriptum virtutis expendunt.

m *Paulin. epiſt. 2.*

His annumerandi ſunt homines, nullius, aut pertenuis fortunæ, qui voluntariè Deo ſacrificant, patienti

&

& lubenti animo ſorte ſua contenti: vel, quod ſublimius eſt, & prorsùs Apoſtolicum, qui ad Verbum Domini, patrem, nauiculam, & retia, hoc eſt, quæcumque vel habent, vel habere poſſent, aut deſiderare, affectu, opere, & veritate deſerunt, & æternùm abdicant.

§. VIII.

Non tantùm à diuitijs, ſed & generatim à quibuſcumque rebus ſæculi, & creaturarum laqueis, cor expediendum, vt Deo poſſit adhærere.

QVod de bonorum temporis contemptu, & deſertione ſuprà diximus, de cæteris quibuſcumque ſæculi rebus, eſt intelligendum. Ab ijs vtique cor oportet diſtrahi, vt Deo per amorem inhæreamus.

Qui

Qui vult in Omnipotente delectari, & gustare quàm bonum, & iucundum summo illi bono adhærere, omnes [n] animæ suæ latebras, & angulos perlustrabit, si quid vspiam reperire queat, quod inordinata cum delectatione, vel possederit, vel etiam num possideat: aut certè, num aliqua mortalis creatura, quemdam in ipso angulum occupet. Quidquid autem huiusmodi repererit, mox inde profligabit: quod cum primis est necessarium, haud secus, quàm prima, pueris rectè ac sapienter instituendis, elementa.

n Suso serm. 4.

Non [o] potest homo amare, quod æternum est, nisi destiterit amare, quod temporale est. Intendite amorem hominis: sic putate quasi manum animæ: si aliquid tenet, tenere aliud non potest. Vt autem possit tenere quod datur, dimittat quod tenet.

o Aug. ser. 15. ex nouis.

net.

net. Qui amat sæculum, amare Deum non poteſt: occupatam habet manum. Dicit illi Deus, Tene quod do. Non vult dimittere quod tenebat, non poteſt accipere quod offertur.

Si ita eſt, inquis, dubium occurrit ſolutæ iam quæſtioni conſimile: nimirùm facultates ab omnibus reipſa deſerendas. Reſpondet S. Auguſtinus: [p] Si hoc de aliquo exigit perfectio, non poſſideat. Si non poteſt, aliqua neceſſitate impeditus, poſſideat, non poſſideatur: teneat, non teneatur: Dominus ſit rei ſuæ, non ſeruus auaritiæ. Noli amare quod poſſides in hoc ſæculo: non teneat manum tuam, vnde tenendus eſt Deus. Non occupetur amor tuus, quo potes ad Deum tendere, & inhærere ei qui te creauit.

[p] *Loco cit.*

Quod ſi facere renuis, audi Bernardum aduerſus inſipientiam tuam incre-

increpantem: [q] Præoccupatum sæcularibus desiderijs animum, delectatio sancta declinat: nec misceri poterunt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis: vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ super terram.

q *Serm. 6. de Ascens.*

Errat omnino, si quis cælestem illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic veneno, charismata illa Spiritus, misceri posse huiusmodi illecebris, arbitratur.

Vir [r] quidam raræ & miræ sanctitatis, apud Ioannem Thaulerum, rogatus vbi Deum inuenisset: respondit: Vbi creaturas reliqui. Istam proinde gratiarum & bonorum summam, ex animo ambienti, sæpiùs orandum est cum Beato Augustino, in hæc, aut parilis sensus verba.

r *In Colloq. doctoris & mendici.*

Obsecro [s] summa Veritas te per te, non me permittas aliqua consolatione

s *Cap. 22. Solil.*

ne

ne vana consolari. Renuit ita consolari in hac vita anima mea: quia iustum est, vt amittat te, quicumque in aliquo alio magis eligit consolari, quàm in te. Peto vt omnia mihi amarescant, vt tu solus dulcis appareas animæ meę, qui es dulcedo inęstimabilis, per quam omnia amara dulcorantur.

Psal. 89. Lętifica [t] animam serui tui, quia ad te Domine animam meam leuaui. *u Aug. ibid.* Iucunda [u] eam ad te, iucunda eam apud te: solus enim tu es iucunditas, amaritudine plenus est mundus.

Hoc idem primum erat, & præcipuum inter tria, quę doctorum Angelus, Thomas ab Aquino, quotidie non semel à Domino postulabat: ne scilicet, perturbato mortalis alicuius rei dilectione, mentem suam infici, labefactariue sineret.

x Ægid. minor. in sent. Si [x] adhęrere Deo cupis, summopere

perè fugias honorem, & consolationem omnem, quæ percipi possit ex creaturis. Sed id fieri posse non videtur, nisi in eremi cuiusdam asylum confugias, vbi à circunstrepentibus creaturis, à proposito non impediaris.

Ferunt [y] quemdam, quærenti alteri quali in loco Deum esse crederet, respondisse, vt quò se duceret impiger sequeretur. Tum comitante eodem, ad latè patentis eremi secreta venisse, & ostendens solitudinis vastæ recessum, En, inquit, vbi Deus est. Nec immeritò ibi esse promptiùs creditur, vbi faciliùs inuenitur, vbi ad [z] cor amantis animæ locuturum se promittit. Non quòd absolutè necessarium contendam, vt in locorum solitudines secedamus, vt inueniamus quem diligit anima nostra, (quáquam ad istiusmodi vitæ sanctioris

y Euther. epist. de laud. Eremi.

z Ose. 2.

gratiam de cælo vocatis, ſtillent mõtes dulcedinem, & colles fluant lac & mel) indicitur tamen adhærere Deo cupientibus, mentis & Spiritus ſolitudo. Atque ita[a] ſolus es, ſi non communia cogites, ſi non affectes præſentia, ſi deſpicias quod multi ſuſpiciunt, ſi faſtidias quod omnes deſiderant: alioquin, nec ſi ſolus corpore es, ſolus es.


a Bern. ſerm. 40. in Cant.

Vita[b] ſolitaria, eſt Deo per indiſſolubilem cultum perpetuò adhærere. Dei memoria cum tuo Spiritu copuletur, & tunc cognoſces ſolitudinis, & quietis fructum.[c] Secede ergo, ſed mente, non corpore, ſed intentione, ſed deuotione, ſed Spiritu: Spiritus enim ante faciem tuã Chriſtus Dominus, ſpirituſque requirit non corporis ſolitudinem: quamquam & corpore interdum non otioſè te ſeparas, cùm opportunè potes.

b Climac. Grad. 27.

c Bern. ſupr.

PRA-



PRAXIS OCTAVA

EIVSDEM


SANCTI DAVIDIS.

Oculi mei ſemper ad Dominum.
Pſalm. 24.

---

§. I.

Quæ fuerint Dauidi rationes, vt oculos haberet ſemper intentos ad Dominum.



A eſt heliotropij natura, vt ſemper ad luminare maius, quod præeſt diei, conuertatur, quam ſecumque in partem vergat, ſiue Orientem,

tem, ſiue Meridiem, ſiue Occidentem. Neque ſolùm (quod non modicam parit admirationem) diebus apricis; verùm nubilo etiam cælo, amicum ſibi ſolem, quem tunc nec aquilinus oculus poſſet intueri, ſuo modo ſpectat, & abſque errore ſeſe cum eo circumagit: ipſa ſua motione ſatis indicans, ſe, vim, vitamque ſuam omnem, ab illo ſiderum principe pendere, & conſeruari.

Hunc in modum, S. Dauid mentis oculos in Deum, ſolis & aſtrorum Conditorem, attentos ſemper habuit. Oculi mei, inquit, ſemper ad Dominum. Quem imitantur qui ſunt, aut eſſe deſiderant, ex parte illius.

Quæ porrò fuerint huic Prophetæ rationes, defixos in Deum oculos ſemper habendi, paulò diligentiùs attendamus, & expendamus; vt plures habeat religioſæ ſuæ praxeos, &

bono-

bonorum operum, quæ ex illa dimanant, sectatores.

Primùm igitur, his verbis manifestè profitetur, se totum ex Dei potestate, liberalitate, serenitate, & voluntate pendere; vitæque suæ momenta, actiones, negotia, res cunctas, illius dominio ac prouidentiæ subesse, & arbitrio regi.

Secundò, perenni illa oculorum in Deum intentione, innuit perpetuum studium, firmumque mentis decretum illi placendi, nec aliquid vnquam, vel minimum admittendi, quod eiusdem sanctissimæ voluntati displicere nouerit. Quomodò enim proponeret ante oculos suos rē iniustam, quos nec ad momentum, à Sancto Sanctorum, eiusque beneplacito, diuertere constituit?

Tertiò, oculi Dauidis semper ad Dominum, vt quidquid placeret,

imperaret parato ad omnia, voluntatem Domini sui scire & exequi cupienti; ac proinde nutus omnes illius attentissimè obseruanti.

Quartò, vt indicet se eius præsentia mirificè delectari; sicut amicus amantes oculos in charissimum figere solet. Prouerbium est: Vbi oculus, ibi amor.

Quintò, vt obiecta sibi continuè Dei præsentia, diligentior, & alacrior, ad obsequium illi ex amoris plenitudine præstandum reddatur. Quemadmodum ducis in præsentia, miles ardentiori conatu fidelitatem suam comprobat.

Sextò, quemadmodùm pictores, cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar sibi propositum identidem respectantes, lineamenta eius summo studio ad opificium suum transferre nituntur. Eadem ratione Da-

uid,

uid, cum sese meditaretur omnibus virtutum numeris absolutum exhibere, peruigiles in ipsum Deum, vniuersæ perfectionis exemplar, oculos intendebat; vt inde sanctitatis effigiem mutuaretur; atque ita ad Dei similitudinem pro modulo suo compositus, istud diuinæ veritatis testimonium mereretur:[a] Inueni Dauid filium Iesse, virum secundùm cor meum. [a] *Act.* 13.

Septimò, solent indigentes in conspectu se diuitum sistere, vt eorum & oculos, & animos, ad sui commiserationem inflectant. Ita paralyticus ille (quem, vt referunt[b] Actus Apostolici, ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicebatur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum) intendebat in Sanctos Petrum, & Ioannem, sperans se aliquid accepturum ab eis. [b] *Cap.* 3.

In hunc modum Dauid, qui se egenum, pauperem, & mendicum censet & appellat, constantibus oculis in Deum, diuitem in omnes qui inuocant illum, respicit; vt sibi necessitatem patienti manum suam aperiat, cuius munificentia benedictionibus repleatur.

Videor mihi Chananæam videre, intra ancillarem conditionem, se coram Iesu abijcientem, & cum catello conferentem, qui firmis in herum suum, eiusque mensam oculis expectat; ecquid inde, vel panis, aut carnis frustulum, spontè, aut casu, siue dimittatur, siue decidat?

§. II.

Octaua ratio, cur oculi semper ad Dominum sint erigendi.

EA est propria rerum formosarum vis atque natura, vt mirum

rum in modum oculos moueant, oblectent, illiciant, atque deuinciant, & in ſui contemplatione demorentur. Quod ſi creaturarum ſpecie ſic delectantur homines, vt earum conſpectu vix aliquando ſatientur oculis, ſciant quantò his dominator earum ſpecioſior ſit: ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.

Arridet tibi cælum videre cum ſerenum eſt, & gloriam ſtellarum? Quid ita non, inquies; cùm ſenior ille Tobias, oculis orbus, Angelo Raphaëli perenne ſibi gaudium precanti reſponderit: [c] Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video? Optimè. Sed, vt paucis, & neruosè, D. Auguſtinus argumentatur: [d] Si pulchrum eſt cælum, pulchrior eſt fabricator cæli, cuius ſpiritus ornauit cælos, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mi-

ran-

[c] Tob. 5.

[d] Aug. in Pſal. 85.

rantur. Cælos libenter intueris? Dignum ſanè tuis luminibus ſpectaculum, ſi modò reſpicias illos, tanquam opera digitorum Dei; ſi delectet te Conditor in factura ſua, & inde mox ita philoſopheris: Quantus eſt ille, qui infinitam propemodùm molem iſtam verbo condidit & firmauit! Quàm ſapiens, qui fecit cælos in intellectu, hoc eſt, in ſapientia! Quàm ſpecioſus, qui dixit de tenebris omne lumen iſtud ſplendeſcere! omnino lumen indeficiens in ſe continere debet, vtpote candor lucis æternæ, pater luminum, indutus decore, & amictus lumine, ſicut veſtimento. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, cuius gloriam enarrant cæli; cuius manuum opera annuntiat firmamentum.

Paſcuntur [e] oculi grato ſpectaculo, cùm intuentur purpuraſcentes

[e] *Ambroſ. lib. 3. Hexa[illegible] cap. 8.*

vio-

violas, candida lilia, rutilantes rosas, depicta rura, nunc aureis, nunc varijs, nunc luteis floribus: in quibus nescias vtrum species ampliùs florum, an vis odora delectet.

Quid[f] pleno agro pulchrius, cùm seges fluctuat; cùm poma irrutilant; vel cum vuarum serta dependent, aut baccis onusta olea curuescit, vel viridanti gramine, montium vertices, aut vallium humilia vestiuntur.

f *Idem lib. de Isaac & anima c. 7.*

Sed ab his, ad decorem Dei omniũ opificis, aciẽ mentis erige, qui ait: Pulchritudo agri mecũ est; immò pulchritudo cæli, pulchritudo mundi, pulchritudo inexplicabili modo continẽs in se, quidquid gratiæ, quidquid venustatis, quidquid splẽdoris & perfectionis æternùm desiderari posset in pulchro. Tam valde est summum pulchrum, & omne pulchrum, quàm sum-

ſummum bonum, & omne bonum, totius bonitatis atque decoris principium, & cauſa & abſolutiſſimum exemplar.

g Aug. c. 31. Solil.

Apud[g] ipſum omnium ſtabilium ſunt cauſæ, & omnium mutabilium immutabiles manent origines, & omnium temporalium viuunt rationes, qui[h] momento imperij ſui hanc tantam pulchritudinem mundi ex nihilo fecit eſſe, quæ non erat, & non de extantibus, aut rebus, aut cauſis donauit habere ſubſtantiam.

h Ambroſ. lib. 1. Hexam. cap. 4.

An non dignum ducis ſuper huiuſmodi pulchritudinẽ aperire oculos tuos, & in eius contemplatione, admiratione, adoratione, amore, obſequio, laude, & benedictione continuè demorari, & gaudere, illi congratulari, & in eius gloriam momenta vitæ totius expendere?

Proh miſerandam hominum cæcitatem,

tatem, qui tantam Dei pulchritudinem ſponte oblatam negligentes, & pro nihilo pendentes, ita ſpecie, aut veriùs ſuperficie decoris creaturarum decipiuntur, vt propterea de ſede mentis ſubinde deijciantur, & inſaniant!

Papæ! quo deuius ac præceps hominum amor raperis? Quid eſt illa pulchritudo, quæ in coloris elegantia, & apta membrorum compoſitione, animo fingitur, niſi flos fœni, & fœnum agri, temporis, ac morbi ludibrium?

Anceps [i] forma bonũ mortalibus, *i Senec. in Hippolyt.*
Exigui donum breue temporis:
Et fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur.

Florem [k] decoris ſinguli carpunt dies. *k Idem in Octaui.*

Formam [l] populabitur ætas, *l Ouid. de faciei med.*
Et placidus rugis vultus aratus erit.

Dic

Dic mihi stulte & insipiens, si tibi vel mica mentis & rationis superest, Quid [m] in carne reperis, quia sic ea delectaris? Placet tibi forma; vel fortè si in pelle gloriaris: quid sub pelle lateat: non attendis? An non pulchritudo carnis est velamen turpitudinis, fomes corruptionis, & sæpè causa perditionis?

m Richard. Pampol. Opusc. de emend peccat.

Cùm multo tempore ita desipuisset Augustinus, tandem aliquando vocatus in admirabile lumen Dei, priores annos in nugis nugarum miserè consumptos deplorans, aiebat: Serò [n] te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua: serò te amaui! Et ecce intus eras, & ego foris. [o] Væ tempori illi, quando non cognoscebam te. Væ tempori illi, quando non te amaui.

n Lib. 10. conf. cap. 27.

o Cap. 31. Solil.

Desipuit & olim ipse Dauid, species decepit eum, & agente dæmonio

nio

nio pomeridiano (cuius halitus prunas ardere facit) concupiscentia subuertit cor illius, cùm auersis à Deo luminibus, vidit mulierem se lauantem ex aduerso solarij in quo deambulabat. Sed ad se, & in se reuersus, pepigit fœdus cum oculis suis, ne deinceps libero coniectu in speciem mulieris intenderent. Et in fœderis robur, iurauit & statuit, mentis oculos ad fixam diuinæ pulchritudinis considerationem nunquam non attentos habere. Oculi mei, inquit, semper ad Dominum: quasi diceret: Non aspiciam elegantiam mulieris vltra; ne postero tempore capiar laqueo oculorum meorum. Prouidebo Dominum in conspectu meo semper. Oculi mei semper ad Dominum. Regem in decore suo videbunt oculi mei, Regem perfecti decoris, totiusque pulchritudinis fontem: qui læ-

tifi

tificabit me in gaudio cum vultu ſuo.

Huic decreto Dauidis ſubſcribendum admonet S.Ambroſius,cùm ait:[p] Verè nihil ſpecioſius eſt illo ſummo Bono. Quantum poſſumus, intendamus illo animum, & in illo ſimus. Illud animo teneamus, quod eſt pulchrum, decorum, bonum; vt fiat illuminatione eius ſpecioſa anima noſtra,& mens dilucida. Nam ſi oculi noſtri cùm aliqua obducuntur caligine, paſcuntur agrorum viriditate, & ſpecie nemoris, vel collis herboſi; omnem inæqualitatem ægreſcentis obtutus repellunt, & quadam ſalubri ſpecie, pupillæ ipſæ, atque orbes colorari videntur: quantò magis hic mentis oculus,cùm illud ſummum intuetur bonum, & in eo verſatur, atque eo paſcitur, ſplendeſcit, atque enitet.

p *Epiſt.11. lib.3.*

§. III.

§. III.

Tres aliæ eiusdem rei rationes.

NOna ratio, cur semper oculi ad Deum erigi debeant, est, vt misericordiam consequamur. Cùm quis reus præsente iudice pro scelerum atrocitate plectitur; aut quando serui, vel ancillæ iubentibus heris meriti vapulant, eos lacrymantibus oculis intuentur, quoad cædenti & castiganti dicant, Parce: sufficit. Ita, inquit Diuus Augustinus,[q] Dominus noster, & Domina nostra, Sapientia Dei iussit nos cædi; & in hac vita vapulamus, & tota vita ista mortalis plaga nostra est. Non enim ait Scriptura in Iob, tentationibus abundat vita humana, sed ait: Nunquid tentatio est vita humana super terram? Plagæ quandiu viuis in terra;

[q] In ps. 122.

ſiue fœliciter viuas, ſiue in aliqua tribulatione conſtitutus ſis. Qui verè filij ſunt, qualis erat Dauid, & ſentiunt ſe vapulare, & nouerunt quis iuſſit vt vapulent, ad eum leuant oculos: & ſic ſunt oculi eorum in manibus Domini ſui, quoadusque miſereatur, ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ.

Miſericordia autem Dei magna eſt ſuper nos, cùm flagella, quibus ad emendationem erudimur, in peccatorum remedia, & meritorum incrementa proficiunt.

Decima ratio præcedenti cohærens, & acriter inſtans, vt oculos ſemper ad Dominum intentos habeamus, eſt, quod[1] in medio muſcipularum ambulamus, & inter opertos letalibus dolis gladios vita tranſigitur. Excipit

[1] Paulin. epiſt. 2. & 34.

cipit nos mundus iſte varijs voluptatibus florens, & fallentibus venenatus illecebris. Vbique prætenti latent laquei, vndique ſtricti horrent gladij: inter inſidias & pugnas vita transſigitur, & per ignes cineri doloſo ſuppoſitos ambulamus.

Excipit nos innumeris anguis inſidijs, cui nomina mille, mille nocendi artes: ac ſæpè aperto certamine violentus aggreditur, & candentibus petit telis, ſi latentibus non capit laqueis. Aduerſarius ille noſter non quieſcit, & in noſtrum peruigil interitum, obſidet omnes vias noſtras, egreſſuſque & aditus omnium diligenter explorat.

Vniuſcuiuſque veſtigijs comes indiſcretus affigitur, ac ſepes egreſſibus noſtris obijcit, & pedibus interſerit, vt in plano quoque latentem ſalebram malè cautus offendas. Vnde

ſcriptum eſt: Sunt viæ quæ videntur hominibus planæ, nouiſſima autem earum tendunt in infernum.

Quòd ſi ſecurus in plano, neque cautus in lubrico decidas, illicò irruit, & lapſum premit; nec parcit omittere, niſi frangat, & deuoret. Ex omnibus partibus zabulus imminet, ſicut leo paratus ad prædam.

[s] Bern. ſerm. 5. de Ieiun. & in medit.

Neque [s] ipſi terræ tuæ, luto inquam, carnis tuæ credas: quæ de peccato nata, in peccato nutrita, & praua conſuetudine vitiata, prona ſemper in malum, & in omne vitium procliuis, omni tempore concupiſcit aduerſus animam. [t] Terra eſt maledicta, ſpinis, & tribulis, & ſerpentibus, ac beſtijs ferax.

[t] Paulin. epiſt. 34.

[u] Idē epiſt. 2

Quid [u] ergo ages infelix homo, inter tantos miſſus hoſtes? quomodò repugnabis infirmus fortibus, armatis inermis? Quis armabit me contra

tot

tot agmina hostis aërij? Ecce respiro, confortor, adsurgo: Oculi mei semper ad Dominũ: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Qui[x] sic respicit ad Dominum, ad sui curam & considerationem oculum Domini trahit. [y] Oculos tuos in illum erige, & non timebis, ne in laqueum incurras; [z] Volatilia donec altum aërem secant, non facilè capiuntur. Ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec vllis capieris insidijs.

x *Basil.*

y *Aug. in psal. 31.*

z *Chrysost. hom. 15. ad pop.*

Sic enim promisit, qui non mentitur, Deus, oculos ad cælum leuanti, & sic oranti: [a] Exultatio mea, erue me à circundantibus me. Promissionis autem verbum hoc est: Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Quam Dei pollicitationem sic illustrat S. Augustinus, qui

a *Psal. 31.*

ad intimos diuinarum rerum ſinus eximiè penetrauit: [b] Quid eſt, ſtatuam te in via hac qua gradieris? Vt hæreas ibi, & ab ea non aberres. Dabo intellectum, vt cognoſcas te ſemper, & ſemper gaudeas in ſpe ad Deum, donec ad illam patriam peruenias, vbi iam non ſpes, ſed res erit. Obfirmabo ſuper te oculos meos, quia & tu non aufers à me oculos tuos. Leua oculos tuos ſemper in Deum, vt firmet ſuper te oculos ſuos. Sed quid times? Ne cùm habeas oculos ad Deum, offendas, ne non reſpicias ante te, & fortè incurras in laqueum. Noli timere: Ibi enim ſunt oculi ipſius, quos obfirmat ſuper te. [c] Nolite, inquit, ſoliciti eſſe. Et Apoſtolus Petrus: [d] Omnem ſolicitudinem veſtram ſuper illum mittite, quia illi cura eſt de vobis. Tu ergo oculos tuos in illum dirige, & non timebis

b In eund. Pſal.

c Matth.6.

d 1.Petr.5.

(vt

(vt dixi) ne in laqueum incurras. Sic ille de protectione leuantibus ad Deum oculos promissa.

Vndecimam huius rei rationem suggerit sapiens ille, & eruditus oraculorum Dei interpres Chrysostomus, cùm ait: [e] Animæ fortis & constantis est, nihil omnino facere, vt hominibus placeat: sed oculum suum intendere ad illum insopitum oculũ, & ab eo solùm gloriam expectare, & istorum gloriam despicere, nulliusque pili facere humanam laudem, vel conuitia; sed pertransire vt vmbras, & somnia. [f] Oculos ad Dominum semper habet, qui per intentionem ad amorem Dei dirigit omne quod agit.

e *Hom. 23. in Genes.*

f *Hug. Vict.*

§. IV.

Duodecima eiusdem necessitatis ratio.

RAtio omnium fortissima, & maximè vim faciens, vt oculos ad

Deum constanter erectos habeamus, donec misereatur nostri, est: Quòd nemo [g] sciat, an amore dignus sit, an odio. Sunt quidem iusti atque sapientes, sed opera eorum in manu Dei.

g Eccl. 9.

Nemo lege ordinaria, dum hic degitur, perspicuam habet suæ gratiæ certitudinem, quia ignotum nobis est, an ipsa nostra pœnitentia satis, an minus habens, ad promerendam peccato veniam inuenta fuerit. An profecta ab auxilio gratiæ præuenientis: an tantummodò naturalis: an absolutum conceperimus abstinendi in posterum à peccatis propositum: an ratio pœnitentiæ, processerit ex Dei super omnia dilecti charitate, & peccati propter offensam summi Boni detestatione; an verò solùm formidine pænæ, vel commodi cuiuspiam transeuntis amittendi timore. Cui

suum

ſuum ipſum cor non eſt omnino perſpectum & explicatum, ambigua ſanè & incerta eſt ſuorum peccatorum remiſſio.

Quid valeant quæ præſtamus opera, & quanti illa cenſeri oporteat, ſolus rerum ſapientiſſimus æſtimator agnoſcit. Pondus & ſtatera iudicia Domini: omnia verò nobis in futurum ſeruantur incerta. Cur ita? Reſpondet S. Hieronymus: Ambiguum hic ponitur, vt dum homines dubij ſunt de ſalute, fortiùs agant pœnitentiam, & magis ad miſericordiam prouocent Deum.

Sed eſto, culpa fuerit condonata; de propitiato tamen peccato noli eſſe ſine metu, orans cum Dauide frequenter: Ampliùs laua me ab iniquitate mea, ſeu, vt legit D. Auguſtinus, magis magiſque laua me ab iniuſtitia mea. Tum quia plerum-

que

que pœnæ temporales hic, vel in futuro sæculo luendæ supersunt. Tum quia licet peccatorum venia præteritas labes absterserit, non tamen penitus liber es à prona labendi consuetudine. Commissa tuæ te fragilitatis admoneant, qua ad simillima, vel etiam grauiora pertrahi potes.

Tum denique quia solet interdum Deus, præcedentia scelera, etiam condonata, animaduersione spirituali castigare; auxiliorum videlicet præcipuorum denegatione, detractione suæ gratiæ excitantis, protegentis, dirigentis, quam dedisset, si peccata non præcessissent.

Castigat etiam subinde, permissione interiorum tentationum, & molestiarum, quas interdum patimur: vnde sequitur nos, quandiu sumus in hoc tabernaculo corporis, planè securos esse nō debere; quamuis

uis omnia peccata præterita, simul cum pænis propter illa persoluendis, à Deo nobis remissa forent. Nam sæpè maiorum auxiliorum detractio, aut diminutio (quam pænam negatiuam licet appellare) gradus ad æternam damnationem esse potest.

Qui [h] verè saluari exoptat, nullo tempore, ad vltimum vsque momentum, de se debet esse securus. Opus est labore, cura & studio multo, continueque orationi vacandum, vt Deus nos custodiat, & saluet sua bonitate, & clementia, in sanctissimi nominis sui gloriam.

h Doroth. doctrin. 12.

Oportet, [i] inquam, eum, qui ad Dominum mentis oculos erexit, nunquam eos retorquere, neque reflectere: sed indefesso obtutu, indemutabili, inuictoque persistendum; & pertinacia spei, oculis in Deum semper intentis, retinenda, vsque ad con-

i Hilar. in psal. 122.

consummationem misericordiæ ipsius.

Instantis huius solicitudinis oculos ad Deum semper habendi necessitatem, Syrus Ephrem Religiosis hac conuenientissima similitudine commendat: [k] Similis est Monachus viro ex alto demisso, qui funem excelso interuallo pendentem arripit, & se illi appendit, & indesinenter pro auxilio ad Dominum clamat, sciens se, si defecerit, vsumque vtriusque manus perdiderit, illicò ruiturum & moriturum. Sic ille obtorpescentium excitator, Monasticem professis.

k Tract. de timor. Dei ad imit. prouerb.

Deus bone! si in Monasterio, vbi homo viuit puriùs, cadit rariùs, surgit velociùs, & rorantibus cælis desuper, benedictionibus ex Sion abundat: Si, inquam, in Monasterio (quod verè cum Eucherio dixeris [l] fidei sedem,

l Epist. ad Hilar. de laud. Erem.

dem, virtutis arcam, charitatis thesaurum, iustitiæ promptuarium) vbi promptior ad perfectionem tendentibus via panditur, vbi maior virtutis campus aperitur, vbi omni studio, omnis motus interior intra iustitiæ terminos coercetur, vbi liberior cordis, vt Deo inhæreat intentio. Si, inquam, ibi tam diligenti studio Deus semper orandus, & oculi sine intermissione ad eum dirigendi: quid de illis censes, qui in medio platearum Babylonis incedunt, qui cum scorpionibus & subuersoribus ambulant, vbi omnia lubrica, omnia plena periculis, plena laqueis: vbi incitant cupiditates, vbi lenocinantur & insidiantur illecebræ, vbi cùm dicitur, eamus, faciamus, pudet non esse impudentem? An non ibi lumina mentis ad eum dirigenda, sine cuius numine nihil est in homine,

ni-


nihil est innoxium?

Id planè non negligent, nisi qui oculos suos statuerunt declinare in terram, qui dicunt [m] Percussimus fædus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Qui verò saluti suæ prospicere & consulere decreuerunt, illam praxim Dauidicam obseruabũt instanter: Oculi mei semper ad Dominum: & cum Nazianzeno præsule sic precabuntur:


Rex [n] bone, sis oculos iugiter ante meos.

m *Isai.28.*

n *Naziang. carm. de vita fragilit.*



PRA-



PRAXIS NONA

EIUSDEM DAVIDIS.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt. *Psalm.* 88.

---

§. I.

Filiorum lucis proprium est, in lumine vultus Dei ambulare.

VARIUM lumen est, in quo mortalium genus ambulat: Alius enim ambulat in lumine vultus sui, sollicitus facere suam voluntatem, & beneplacitum cordis sui considerans. Alius ambulat in lumine vultus humani, in eo semper inten-

intentus, quid hominibus placeat, quid mundo arrideat, quid prudentia carnis approbet, quid axiomata huius sæculi nequam doceant. Alij vero, & ij soli sapientes, de quibus Psaltes Israël ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt: hoc est, In luce faciei tuæ gubernabunt se: nihil planè cogitabunt, nihil eligent, nihil intendent, nihil omninò loquentur, nihil aggredientur; non facient quidquam paruum aut grande, nisi quod rectum est, & bonum in conspectu oculorum Dei. Denique non nisi ad imperium Domini, vel pedem efferent, aut minimùm mouebuntur.

Id filiorum lucis est maximè proprium, vt in lumine diuini vultus, suos omnes gressus dirigant. Hæc eorum norma in omnibus rebus suis, vitæque studijs, tum quæ ad corpus,

pus, tum quæ ad animam pertinent, an à vultu, & beneplacito Dei probentur, an cum lege, & voluntate eius conueniant.

§. II.

Prosperè gradiuntur qui in lumine vultus Dei ambulant.

QVicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & securitas, & lætitia, & gaudium in Spiritu Sancto.

Primùm igitur specialis prouidentiæ Dei priuilegio gaudent. Cùm enim ad lumen vultus Dei, seu, ad Deum (cuius oculis omnia nuda sunt & aperta) semper attendant, vt quid velit norint, ad eiusque intuentis nutum, & beneplacitum componantur; profectò consequens est, vt etiam ab

illo, singularibus prouidentiæ suæ, & gratiarum muneribus afficiantur, & dirigantur. Id ipsa tituli verba satis insinuant: Domine in lumine vultus tui ambulabunt; quorum sensus est: Ambulabunt in directione, atque ducatu cælestis luminis, quod à vultu tuo radiare illis facies, & resplendere in cordibus eorum. Intellectum eis dabis, ostendes eis viam bonam, per quam ambulent, & instrues eos in via qua gradientur.

Itaque Deus lucis, insidias & versutias principis tenebrarum eis indicat: vias ancipites, distortas, & à recto deflectentes, vt caueantur, reuelat: viam iniquitatis ab illis amouet: eam verò quæ ducit ad ciuitatem habitationis gloriæ Dei, demonstrat, & super illos per eam incedentes, diuinæ suæ pietatis oculos firmat.

Si quando lubricum iter occurrit,

&

& paulò vehementiori tentationis vento pulsentur, pedes sanctorum suorum seruabit, & per gratiam roborabit, ne labantur. Atque ita fit, vt adspirante diuino lumine & fauore, omnia quæcumquæ faciunt, prospe-ros semper rerum exitus, & euentus obtineant. An quidquam optabilius in loco peregrinationis nostræ?

§. III.

Magnitudo animi, & securitas ambulantium in lumine vultus Dei.

HInc illa pax & securitas Dauidis, in lumine vultus Dei ambulantis: [a] Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? [b] Ille me illuminat, recedant tenebræ: ille me saluat, recedat infirmitas. Ambulans in lumine firmus, quem timebo? Non enim talem salutem dat Deus, quæ ab aliquo possit extorqueri: aut

a *Psal.* 26.
b *Aug. ibid.*

tale lumen eſt, quod ab aliquo poſſit obtenebrari. Ad Omnipotentem ſic pertineo, vt & illuminet me, & ſaluet me: nec timeo aliquem præter ipſum.

Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? [c] Protegitur Imperator ſcutatis, & non timet; protegitur à mortalibus mortalis, & ſecurus eſt: protegitur mortalis ab Immortali, & timebit? & trepidabit?

[c] *Idem ibid.*

In eundem modũ, orbis Apoſtolus ambulans in lumine Domini, [d] Si, inquit, Deus pro nobis, quis contra nos? Quid ais, magne præco veritatis, dicens, quis contra nos? [e] Etenim terrarum orbis contra te, & tyranni, & populi, & cognati, & ciues.

[d] *Ad Ro. 8.*

[e] *Chryſoſt. ibid.*

Reſpondet ille dictum confirmans, & ait ex ore Chryſoſtomi: [f] Hi contra nos cùm ſtent, tantùm abeſt, vt nos incommodent, vt vel nolentes,

[f] *Ibid.*

tes,

tes, coronarum nobis auctores existant, & bonorum infinitorum procuratores, ipsa Dei sapientia, illorum insidias in nostram salutem, ac gloriam vertente. [g] Itaque cum inter medias inimicorum versaretur insidias quotidie tamen celsior, quotidie assurgebat ardentior; & intentis sibi periculis, noua semper alacritate pugnabat: & vbique cæsus verberibus, affectus iniurijs atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra trophæa strueret, gloriabatur, gratiasque referebat Deo, dicens: Deo [h] autem gratias, qui semper triumphat nos. Vides quàm meritò dixerit Paulus in lumine vultus Dei ambulans: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Hinc enim non cedebat malis, sed contrà audentior ibat.

g Idem homil. 2. de laudib. Pauli.

h 2. Cor. 2.

Quid de Christianis antiquis dicam, de quibus ad lumen Dei, ad lu-

men fidei incedentibus Martyr Cyprianus ait; [i] Non consternimur aduersis, nec frangimur, nec dolemus, neque in vlla, aut rerum clade, aut corporum valetudine mussitamus, spiritu magis quàm carne viuentes, firmitate animi, infirmitatem corporis vincimus. Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas sæculi labentis ruinas, erecta mens est, & immobilis virtus, & nunquam non læta patientia, & de Deo suo semper anima secura. Exultant semper in Domino Christiani, & lætantur, & gaudent in Deo suo, & mala atque aduersa mundi fortiter tolerant, diuinæ pollicitationis tempus expectantes.

i Epist. ad Demetrian.

† †
†

§. IV.

§. IV.

In hoc lumine vultus Dei ambulans Sanctus Pater Franciscus de Paula, Ordinis nostri Minimorum fundator, Angelicam vitam duxit in terra.

DIuus Paulus de Angelis loquẽs: omnes [k] sunt (inquit) administratorij Spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. At quam prompto, ac hilari animo, hoc ministerium exequantur; in multis Sacræ Scripturæ testimonijs, & exemplis, euidentissimè patet. Hæc autem hilaritas, atque promptitudo, non aliunde credendæ sunt præuenire, quam quia vident semper faciem Patris, qui in cœlis est: [l] ita vt in lumine vultus Dei, læti vbique ambulent, ac quid-

k Ad Heb. 1

l Matth. 18.

quid in nomine eius illis præcipitur, facere exultent.

Homines Angelos imitari, sarcina corporis quamuis onerati, plerumque visum est; ita vt in carne [m] ambulantes, non secundum carnem militarent, sed facta carnis ita mortificarent, vt planè ad ipsorum spirituum puritatem peruenisse putarentur.

m 2. Cor.

Talis fuit Beatus Pater Franciscus de Paula, vir eximiæ Sanctitatis atque Ordinis nostri Minimorum fundator, cuius vita tam mirabilis, tamque prodigiosa extitit super terram; vt non homo inter Angelos, sed Angelus, & non minus quam quidam Seraphim, in carne mortali appareret.

Et certè cum [n] ex abundantia cordis os loquatur, nulli dubium esse poterat, quin cor huius Sancti Patriar-

n Matth. 12.

triarchæ, ardentissimum esset diuinæ Charitatis incendium, cum præter hanc vocem, nihil aliud ferè loqueretur: ita quod os eius, per quod diuinæ illæ flammæ identidem prodibant, spiraculum sancti amoris meritò crederetur.

Sed vnde, & quomodo diuinus ille ignis tam vehementer in eo accensus? nisi quia à facie Dei, [o] quam semper, vt in bono confirmaretur, quærebat, sacrum eius pectus exarserat: & hoc ab ineunte ætate, ac in tantùm, vt vix pubertatis annos excesserat, cum spretis mundi delicijs, cunctisque iuuenilis ætatis oblectamentis, sese in antrum recepit, & ibi non humanam, sed potius Angelicam vitam, interdicto sibi omnis carnis, ouorum, & lacticiniorum obsonio, duxit. o Psalm. 104

Elucescebant [p] in tenellis annis p Processus Canoniz.

igni-

igniculi quidam (ait eius Canonizationis processus) ex quibus erupturam ingentis virtutis flammam appareret: sed planè tunc erumpere cœpit, cum se totum ieiunijs, totum vigilijs, totum orationibus, atque cõtemplationibus dedit, vt ne momento quidem à diuina præsentia mentem auertere crederetur.

Quale quæso spectaculum videre iuuenem solitarium, sine virili societate humi cubantem, lachrymas oculorum, cum lachrymis antrorum miscentem, ac pijs suspirijs aërem continuò verberantem! Proculdubio quod iam totus in amorem sui Saluatoris exarserat, qui non prius vitam ducere, quam eius crucem ferre nouerat: vt posset dicere cum Apostolo, [q] Christo confixus sum cruci; nam in eius passionis meditatione assiduus, nihil nisi pati cupiebat. Nec mi-

[q] *Ad Galat. 2.*

mirum cum semper præ oculis, si non corporis, saltem mentis, imaginem Crucifixi haberet: in cuius aspectu, tanto ardore patiendi æstuabat, vt post lacerum corpus, ac membra flagris dilaniata, mortem atrocissimam pro eius amore exoptaret: quippe qui cum D. Bonauentura diceret, se nolle inuulneratum manere, cum eum propter se vndique vulneratum videret.

Qua verò lætitia spirituali Deus illum cum vultu suo adimpleuerat? ex facie semper hilari, etiam inter grauissimas tentationes, cernere erat: nam & idem semper, vt in prosperis, sic in aduersis; eodemque vitæ tenore semper sibi constabat.[1] Patientia siquidem illius semper inuicta, quam nec voluptatum illecebræ labefactare; nec grauis senectus, de statu deijcere; nec longa peregrinatio, concute-

[1] *Ex processu Canoniz.*

cutere; nec aduerſa valetudo, expugnare poſſent.

Quid dico? in hoc Dei vultu indefeſſè ambulans, quamuis eſſet ſui Ordinis Generalis, ad infima tamen ſeſe viliſſimis quibuſcumque miniſterijs, cum admiranda prorſus humilitate, abijciebat: ſeque omnium Minimorum minimum profitebatur: vt potè qui ſciret in excelſis habitantem Deum nonniſi humilia reſpicere,[f] & ab humilibus maximè honorari.

f Eccl. 3.

In hoc vultu, aditus omnes (quibus mortalis infirmitas tentari poteſt) muniebat aduerſus hoſtiles dæmonis inſidias; ne qua vis eius tentationis in cor ſuum irrumperet, ne qua fraus aſtuti ſerpentis irreperet: Vnde & tam ſeueram in ſeipſum agebat cenſuram, vt inexorabilem (etiam vbi efflagitabat aliquid ſuſtentaculi corpo-

poris necessitas) se præberet; ne aliquibus eum stimulis, ad ea quæ minus honesta sunt, caro eius incitaret, & ne aliqua voluptas titillatione sensuum cor eius emolliret. Atque etiam propterea, otium, omnium vitiorum matrem, maximè fugiebat; ita vt nullas horas sine fructu præterfluere, nihil temporis vel momentum quidem, frustra perire pateretur: & sic nulla vmquam cessatione se remittebat eius virtus, sed semper eius in Deum intentus erat animus, vt planè aut orans, aut oranti similis videretur.

At verò,[t] quam constans, fortis, & intrepidus, ex illius vultus Dei lumine signato super eum, euaderet, testantur multa, quæ supra modum mirabilia de eo narrantur: nam veritus non est aliquando in fornacem ardentem intrare, vt rimas, per quas ignis

[t] *Ex process. Canoniz.*

ignis magno impetu erumpebat, obstrueret; cum tamen eum [u] non tangeret omnino ignis, neque contristaret, nec quidquam molestiæ inferret. Mirabiles (inquit Propheta Regius) elationes maris, sed mirabilior iste Pater, qui super illas intrepidus ambulauit, ac non alio quam pallij nauigio, mare ipsum, & vbi propter syrtes ac voragines periculosissimum est, ad multa millia traiecit, stupentibus nautis, qui eum in suam nauim recipere noluerant.

u *Daniel.* 3.

Forsan truces milites horrere potuisset? nequaquam; nam qui ad eum capiendum à Rege Neapolitano missi fuerant, sic eius animi constantia atque vultus hilaritate, exterriti sunt; vt ad eius pedes sese prosternerent, veniam pro audacia petituri. Cum enim [x] Deum prouideret in cõspectu suo semper, atque eius esset illuminatio,

x *Psal.* 15.

natio, à nullo vmquam viſibili, aut inuiſibili inimico trepidabat: quin potius ipſis inimicis adeò formidoloſus erat, vt multi à dæmonibus agitati, inuocato eius nomine, ab illorum poſſeſſione liberarentur.

Illud verò quem non agat in ſtuporem, quod homo carne paſſibili indutus, ita in hoc Dei conſpectu confirmatus eſſet, vt ad modum beatorum ſpirituum velut impaſſibilis & immortalis, inter mortales cerneretur. Pedes [y] ſi quidem illius, nullis nec æſtate, nec hyeme, muniebantur calceamentis; ſed nudi ferebantur inter rigentes niues, per feruentum puluerem, per fœdum lutum, per aſperos lapides, per aculeatos vepres: illæſi tamen ſemper, vt nec frigus congelaret, nec æſtus aduréret, nec cœnum inquinaret, nec calculi premerent, nec ſentes ferirent.

[y] *Ex proceſſu Canonizationis.*

rent. Quis ergo in hoc dixiſſet eum paulominus ab Angelis minorari, & non potius Angelis ipſis adæquari, ac velut immortalitate, antequam mortalitatem exuiſſet, frui ac gaudere?

Nec minori admiratione dignum putandum eſt, quod licet vnica tantùm veſte vteretur, & in ardentiſſimis caloribus, ſeſe varijs laboribus exerceret: nihil tamen in eo olidi, nihil immundi fuit vmquam animadſum: [z] imo quod ſtupendum, ac velut miraculi continui loco ducendum eſt, veſtis ipſa, vilis licet & obſida, cœleſtem quemdam odorem efflabat ſemper, & quotquot ad illum acceſſiſſent, miro modo recreabat: nec mirum tamen, cum ad eum exornandum, virtutum omnium cœtus, veluti quadam conſpiratione conueniſſet.

z Ex proceſſu Canoniz.

At verò in hoc Dei vultu, cum quo ſem-

ſemper habitabat, tantus eum contemplationis incendebat ardor, vt inter ignes ad cœleſtia ſpiritu rapi perſæpè videretur: dumque huic totus intenderet, ſæpè biduum, ſæpè triduum, aliquando per ſex; aut octo, aliquando etiam per quadraginta dies, tamquam, ſi more Angelorum, inuiſibili cibo vteretur, inediam ſuſtinebat.

In huius etiam Diuini vultus lumine, vaticinij dono præclarè inſignitus eſt, ita vt multis futura prædiceret, & prædictioni, euentus ipſe non deeſſet; nam peccata ſecreto commiſſa, quæ inexplorabilibus humanæ conſcientiæ latebris tegi putabantur, nullo negotio aperiebat. Vnde & fiebat, quod multi ſe introſpexiſſe mirati, ad meliorem frugem conuerterentur. Imò verò tot & tanta miracula, in hoc lumine & amore vul-

tus Dei, in vita & post mortem patrauit, vt Thaumaturgus verè dicendus sit, quippe qui pluribus cœcis, visum: mutis, loquelam: surdis, auditum: Claudis, ambulandi rectè facultatem: infirmis omni spe destitutis, pristinam sanitatem: & quod mirabilius est, quam plurimis mortuis, ipsam vitam restituit, vt testatur illius Canonizationis,[a] processus. Ipse verò in tanta diuini luminis plenitudine ac perfectissima, cum Dei voluntate, conformitate, sic vitam suam instituit: vt, non sicut homo, sed sicut Angelus Dei, ad extremam vsque senectutem, nihil præter voluntatem Dei respirare, dicendus sit.

a Ex process. su Can.

§. V,

§. V.

In hoc lumine vultus Dei, S. Ludouicus Francorum Rex, regales delicias magnanimiter contempsit, seseque in omnium virtutum genere exercuit.

ET si curiæ regalis aër, virtutibus persæpè exitialis, penè ab omnibus creditus sit; huic tamen solo, selectissimi sanctitatis flores, nullo tempore defuerunt. Non est mirum (vt cum Diuo Gregorio loquar) [b] quod quis inter bonos, bonus euadat; cum horum exemplis, ad eos imitandos stimuletur, & excitetur: sed inter malos degere, & nullis eorum vitijs inquinari, hoc planè magnum est, & laude dignissimũ: nã (vt ait mellifluus Doctor) [c] Castitas in delicijs, sanctitas in diuitijs, pie-

[b] 1. Moralium in Iob.

[c] Serm. de conuers. ad Clericos cap. 30.

tas in negotijs, veritas in multiloquio, Charitas in hoc sæculo nequã, omnino periclitantur.

Testatur de Saüle Scriptura Sacra, quod antequam regium tribunal con-
d 1. Reg. 9. scenderet, non erat melior illo, [d] de filijs Israël; sed ad huius mundani splendoris ortum, ita cœcutire cœpit, vt nihil postea ageret, nisi crimina criminibus addere; quibus & nomen suum in sæcula fœtere fecit, & salutem suam in desperationem dedit. Sapientissimum Regem Salomonem, regales ipsæ deliciæ, à re-
e 3. Reg. 11. cta [e] virtutis semita aberrare, ac in extrema penè senectute, quasi stultescere fecerunt; ita quod planè difficillimum sit, per hunc aërem transire, & eius contagione non corrumpi.

Et reuera, hoc insigne gratiæ miraculum, in Sancto Ludouico Fran-

corum Rege præclarè enituit; nam licet inter regales delicias, & mundi illecebras natus ac educatus, nullius [f] tamẽn vitij labe potuit vmquam contaminari.

[f] Gaquiq. in eius vita.

Ponite vobis ob oculos elegantissimum Principem, mira formositate, sensuum sagacitate, virium integritate, ac omnibus corporis & animæ dotibus excellentissimè præditum, ob idque nihil in illo eorum omniũ, quæ ad gustum deliciarum necessaria sunt desiderari, nec eas tamen, vel primis labris attingere velle, ac vllo modo delibare; quippe qui sciret neminem posse esse Christi, nisi qui carnem cum vitijs & concupiscentijs eius [g] crucifixisset: sed maximè quod oculos Dei circonspicientes omnes vias hominum, vbique & semper, super se apertos ac firmatos cogitaret, nihilque seu dictum, seu factum, seu

[g] Galat. 5.

etiam cogitatum, eum latere posse: ac propterea sicut discipulus in oculis Pedagogi omnia modestè agit, sic eum [h] prouidens in conspectu suo semper, vt perfectè adimpleret ipsius diuinam voluntatem, mirum est quanta solicitudine peccata fugeret, virtutes sectaretur, se seque in omnibus pijs operibus exerceret, vt potius videretur Religiosus in claustro, quam Rex in regali curia.

h Psal. 15.

Neque verò solùm sibi à peccatis omnibus cauebat, sed cum sciret durissimum iudicium, [i] his qui præsunt, futurum; quantùm poterat operam dabat, vt à regno suo, saltem quæ grauiora sunt, amandarentur. Vnde quia blasphemos maximè exosos habebat, etiam semper illos acriter persequebatur: In eos ita seuerus extitit, vt iusserit illis labia ignito ferro perforari, quatenus per id puniren-

i Sapient. 6.

rentur, [k] per quod peccare non erubuerant: addens se nemini, ne magnatibus quidem, vel etiam proprio filio, si huius flagitij reus inueniretur, vmquam parciturum. Nam cum sciret oculos [l] Dei contemplari bonos & malos, & vtrosque super caput suum impositos, ne alienum scelus faceret suum, nullum absque iusta correptione patiebatur: ita quod perambulans [m] in innocentia cordis sui, facientes præuaricationes odio haberet, & de regno suo, quantùm posset, omnes operantes iniquitatem disperderet.

k *Sapien.*

l *Prouerb. 15.*

m *Psal. 100.*

Verùm cum eosdem Dei oculos maximè in pauperes [n] respicere, ab ipso Rege Propheta didicisset, super eos ita intelligebat, vt partes iudicis, licet Pater amantissimus, agens, & causas eorum diligentissimè inuestigans, de manibus peccatorum non

n *Psal. 10.*

cessaret liberare: quin & pedes eorum lauare, tergere, & inuisibilem Christum in eis tanquam visibilem sustinens, cum summa reuerentia & admiranda prorsus humilitate osculari gaudebat: nec tantùm, sed & illos saturare panibus, cibum proprijs ac regijs manibus, illis porrigere non dedignabatur; quamuis super hoc audiret vituperationem Aulicorum cōmorantium in circuitu, sibique de tali humilitate detrectantium. Sed pius Rex Propheticum Regem imitatus, [o] Iudam, Iudam, inquiebat illis, & vilior fiam in oculis Dei mei, qui nil nisi humilia [p] respicit in cœlo & in terra. Et ita ipsa Xenodochia, quæ ad eos curandos & alendos construi fecerat, sæpius ingredi atque visitare, ipsosque consolari non desistebat: amplissimam dignitatem ratus, si posset eorum commodis inseruire;

o 2. Reg. 6.
p Psal. 12.

uire; eo quod Christum in ipsis, tanquam caput in membris, intueri se existimaret, vnde & pari deuotione, sicut si præsentem vidisset, in omnibus, illis famulari satagebat.

At verò illius passionis memoria ita afficiebatur, vt sibi semper ob oculos plagis liuidum obuersari putaret, propter quod etiam ex ipsis lachrymas compassionis erumpere, sæpe sæpius plerique videbant: nullusque sibi iucundior sermo, quam de Crucifixo loqui, aut loquentem audire. Hæcque ratio fuit, quod eius coronam spineam, & vnum è clauis, quibus sacrum illius corpus cruci affixum est, cum omni diligentia studuerit habere; vt per hæc amoris insignia, ad sibi compatiendum, acrioribus stimulis pungeretur; quæ planè si iugiter præ manibus (velut à pictoribus pingitur) ferre non poterat,

rat, ſaltem in corde ac mente, iugi recordatione ferebat. Ex quo mirum non eſt, ſi flagris, ſi ieiunijs, ſi diuturnis orationibus, ſi duris genuflexionibus, & alijs auſteritatibus, ſtigmata eius in ſuo corpore portare ſtuderet ac gloriaretur, dicēs cum Apoſtolo, [q] mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

q Galat. 6.

Et verè mundo crucifixus; qui pluris æſtimabat ſe Chriſtianum vocari, quam regio diademate coronari; vnde & ſpretis omnibus terrenorum principatuum titulis, ſe in ſuis patentibus litteris, hoc ſolo & humili charactere inſcribebat, Ludouicus de Poiſſy, à loco ſcilicet, in quo per baptiſmum, in ipſius Chriſti Sanguine fuerat regeneratus; tamquam ſi ab eo ſolo, omnem ſuam ſanguinitatem,

tem,

tem, ac nobilitatem, & non à maioribus ac bellicosis Principibus traxisse gloriaretur.

Sed maximè enituit illius deuotionis feruor, ac præstantissima voluntas adimplendi perfectè voluntatem Dei, in eo quod loca sancta, simul cum fidelibus, è manibus infidelium, eripere studuit: propter quod mare, dilectissimo regno relicto, cum ingenti quidem exercitu, [r] sed cum immenso labore, ac sui, suorumque periculo traiecit. Qui etiam si sciret & se & suos Proceres, ac milites, temperato Galliæ aëri assuetos, ardentes illarum regionum calores, ægrè admodùm ferre posse; ab incœptis tamen non destitit, quin quantùm posset, ea quæ pro eius nominis gloria decreuerat, perficeret: nec propterea lachrymis ac suspirijs; aut Reginæ Sponsæ, aut Principum filiorum, vi-

[r] *Gaguin. in vita eius.*

visus est aliquando commoueri: ira, vt omnis humanitatis sensus, in his, quæ ad Dei gloriam, & Diuinam ipsius voluntatem adimplendam spectabant, penè extinctus in eo videretur: cùm & seipsum vltro offerret ad omnia pericula, mortis etiam (si opus esset) subeunda.

Et reuera quis eius animi magnitudinem, seu pietatem non fuisset demiratus? Si post insignes victorias de barbaris reportatas, victum, captumque, eumque, ad extremam quasi angustiam redactum, conspexisset: Vt potè, quod videret milites suos pestilentia perire, Duces ac nobiles immaniter iugulari, Reginam Sponsam obsidione vallari, & inter efferatas gentes, vix aliquid spei superesse; nihil tamen præter Dei laudes in ore habere? procul dubio quod tunc Deum in conspectu suo proui-

debat,

debat, ſibique à dextris eſſe non dubitabat, cum ex tot aduerſis non commoueretur; cantans cum Regio Pſalte, qui habitat in adiutorio Altiſſimi, in eius protectione [c] commorabitur: quod ita factum eſt, nam cum ſeipſum, & plurimos Chriſtianorum, ab iniqua barbarorum ſeruitute redemiſſet; tum demum eidem periculo, quaſi præteritorum oblitus, propter eius nominis gloriam, ſe obijciens, morte glorioſa, immortalem vitam in cœlis, in æternum cum eo regnaturus, adeptus eſt.

c Pſal. 90.

§. VI.

In hoc lumine S. Carolus Borromæus paſtorali ſolicitudine, ſe cunctis retro ſæculis, glorioſum & admirabilem præbuit.

HOrtus [1] eſt diuini Sponſi Eccleſia, in quo naſcuntur odorife-

1 Cāt. 4. hortus concluſus Soror mea Sponſa.

riferi ſanctitatis flores; alij de Virginitate candidi, alij de martyrio purpurei. Et quamuis dum in hoc mortali corpore [u] peregrinarentur à Domino, illorum [x] conuerſatio eſſet in cœlis, omneſque ſolicitè [y] cum Deo ambularent; audacter tamen cum Apoſtolo dixerim, quod ſicut [z] ſtella differt ab alia, in claritate; ſic & illi in ſanctitate, ex eo quod aliqui, tam pro eius gloria, quam pro ſua, proximorumque ſalute, maiori conatu & animi feruore, quam alij ad brauium ſupernæ [a] vocationis contenderint? Semper ita illum in mente habentes, vt ibique præſentem cernerent. Vnde quidquid faciebant, perfectiori modo, quo poterant perficere ſatagebant.

u 2.Cor.5.
x Philipp.3.
y Mich. 6.
z 1.Cor.15.
a Philipp.3.

Placet mihi ex his, tum noſtræ quaſi ætatis, tum antiquioris quinque recenſere, eoſque ob oculos pij

Le-

Lectoris ponere; eo quod eorum pietas, vel vt notior nobis, vel vt excellentior alijs multis, mihi magis arrideat. Nec illi ingratum fore putauerim, quod de illis hìc aliquid compendiosè dicam, cum nemo sit fidelium, qui præclaram eorum vitam se mirari non fateatur.

Et sanè ex hoc quinterno numero, qui primas partes meritò tenere debet, in medium proferam; meritò, inquam, ex eo quod dum viueret, tum Archiepiscopali, tum Cardinali inter Apostolicos Sacerdotes dignitate vigeret: Diuus nimirum Carolus, Borromeæ familiæ splendor; Ecclesiæ decus, fidei columna, omnium virtutum exemplar. Fuitne aliquando, vel in retro sæculis, quem pastoralis solicitudo magis gloriosum redderet? qui quanta futurus esset sanctitate conspicuus, diuina lux super

per

per parientis matris cubiculum noctu coruſcans præſignauit; fuit quippe lucerna ardens & lucens, ardens ſibi, [b] lucens alijs; eo quod ſemper in luce, hoc eſt, in conſpectu Dei, ambularet.

[b] *Ioan.5.*

Et verò, qualis ardor huius ſancti viri pectus inflammabat, vt omnes omnino, tum patrimoniales, tum Eccleſiaſticos prouentus; nec ſolùm, ſed & fundum ipſorum patrimonialium, magno pretio, hoc eſt, ad ſexaginta aureorum millia diuenditum, quo expeditior foret ad ſequendum Chriſtum, in pauperes erogaret; imò (quod ſtupendum magis eſt) etiam domeſticam ſupellectilem, ne relicto ſibi lectulo, in eoſdem alendos conferret, ſuper nuda in poſterum tabula decumbens.

Hoc ardore fœliciter æſtuans, peſte laborantes inuiſebat; & Eccleſiæ

Sa-

Sacramenta proprijs ipse manibus administrans, mirum in modum solabatur: & cùm sciret hanc luem, à iustissimo Dei iudicio ob peccata perpetrata prouenire, fune sibi ad collum alligato, nudis pedibus etiam offendiculo cruentatis, crucem baiulans, ac semetipsum pro grege suo hostiam offerens diuinam indignationem auertere satagebat, vt sic [c] in tempore iracundiæ fieret reconciliatio. c *Eccl.* 44.

Sed & tempore pacis, cum licet grauissimis curis esset occupatus, Dei tamen prædicationem non intermittebat; qua & iustos in proposito cordis permanere in Domino, & peccatores à vijs [d] pessimis abstinere, atque ad meliorem frugem reuerti hortabatur; tantoque zelo pro eorum conuersione feruebat, vt cum Apostolo, excessu quodam Charitatis sæ- d *Act.* 11.

e Rom. 9. pe diceret, se velle pro his [e] fieri anathema, & propter hos omnia tormentorum genera perferre. Vnde nec mortis periculo se obijcere veritus est, vt Heluetijs hæreticis, ad gremium matris, Romanæ scilicet Ecclesiæ, à quo infœliciter exciderant, redire suaderet: nam nec obstinationem minus, nec impudentiorum iniurijs vmquam territus est, quin propterea multos ab erroribus conuerti faceret, & ad caulas Dominici gregis fœliciter perduceret; tantus erat eius Charitatis ardor, vt eum f Cant. 8. nec aquæ [f] multæ tribulationum, nec flumina laborum obruere possent.

Iam verò quod etiam magnis & admirandis luxerit virtutibus, ipsa etiam post mortem crebra miracula testata sunt; sed non magis quam vita eius probis omnibus probatissima, vt potè innocentiæ quasi Angelicæ splen-

ſplendore decorata: nam abſtinentia erat admirabili, quaſi ſemper ieiunans, pane tantùm & aqua, vel ad ſummum lupinis contentus; vt ſic planè cenſeretur velut alter Baptiſta, non manducans, neque bibens;[g] qui in ſuper nocturnis vigilijs, aſperrimo cilicio, atque aſſiduis flagellis corpus affligeret. Vnde nec mirum ſi & ipſum incorruptum, & mentem puram integritate virginali, ad extremum vſque diem cuſtodiſſe legatur. Nam quo pacto illum caro geſtiens ſtimulis incitaſſet, cum in eo penè demortua langueret? tum etiam quod excubaret peruigil & oculatiſſimus cuſtos in ſtatione ſemper habens animum & ad Diuinam præſentiam oculum, ne qua tentatio inimici ex hac parte in cor ſuum irrumperet. Quo etiam factum eſt vt impudicas mulieres ad labefactandam

g *Matth.* 11.

eius pudicitiam sæpius immissas, tanquam visibiles dæmones toties fugauerit, & à se discedere, citius quam venerant, compulerit.

At si nihil illo continentius, nihil etiam humilius; quippe qui sciret Diuum Bernardum,[h] alicui Pontifici dixisse aliquando, quod in omni eius ornatu, nulla esset splendidior humilitate gemma, & quo cœteris celsior, eo per hanc appareret illustrior. Sed non minus didicerat à Christo esse mitem[i] & humilem corde, ac paruum fieri in oculis suis, vt magnus esset in oculis Dei, quos se in omni loco prospicere semper cogitabat.

h *Lib. 2. de consid.*

i *Matt. 11.*

Verùm cum ex humilitate, patientia, tamquam flos ex radice generetur; sicut in prosperis modestissimũ, ita & in aduersis constantissimum se semper exhibebat, tantaque erat præditus, erga sibi malum inferentes,

le-

lenitate, vt de seditiosis, à quibus dum orationi insisteret, tormenti bellici laxata rota, igneo globulo percussus fuerat, sed diuina virtute seruatus illæsus, nullum supplicium sumi voluerit, dicens se ab ipso Christo didicisse mortem propriam inimicis condonare. Et certè ita erat in eius passionis meditatione assiduus, vt post longum vitæ austeræ atque atque pœnitentis martyrium, tandem cinere ac cilicio coopertus, oculis in Crucifixi imaginem defixis moreretur; & sic in Dei præsentia, prout semper vixerat, obijsse crederetur.

† †
†

§. VII.

In eodem vultus Dei lumine, S. Agnes vix arbitra sui euasit minas sacrilegi tyranni, & carnis spurcitias immaculato calle transiuit, ad Sponsum triumphans migratura.

SEcundum quod propono huius virtutis ac veritatis exemplum, est Beatæ Agnetis Virginis & Martyris: cui quidem non prius natura seu gratia, mentis ac rationis oculum aperuit, quam in ipsum Christum, defixum haberet. Nam si (ex veteri adagio) vbi amor, ibi oculi: cum cor eius Virgineo amore, erga hunc Virginum Sponsum, totum deflagraret, mirum non erat si anima eius plus in illo esset, quem amabat, quam in proprio corpore quod animabat. Vnde cum à Præfecti Vrbis filio, qui

eius amore captus erat, magnis muneribus tentaretur, an ſibi nubere vellet, ſe præſtantiori deſponſatam reſpondit; nec adduci potuit blanditijs aut minis, vt fidem falleret, quam ei dediſſet.

At ille inſana cupiditate ſtimulatus,[k] cum ei pretioſiora in ſingulas preces offerret munera, & ingentes polliceretur diuitias, ijs contemptis & irriſis omnibus, Virgo prudens: diſcede inquit à me pabulum mortis, fomes peccati, nam multò mihi vberiora & præclariora deferens, prior, & me nobilior occupauit Sponſus. Is annulo dato ſibi me deſponſauit; is collum ac dexteram meam, fulgentibus ac numquam perituris gemmis ornauit; quem cum amauero, caſta ſum; cum tetigero, munda ſum; cum accepero Virgo ſum. O amor vehemens[l] & flagrans impetuosè! (ex-

k *D. Ambr. ſerm.* 90.

l *Serm.* 64. *ſuper cantica*

clamandum cum Sancto Bernardo) qui præter te aliud cogitare non ſinis, faſtidis cœtera, contemnis omnia te ſolo contentus! nam reuera ſapiens Virgo, & vna de numero prudentum, nihil niſi Chriſtum ipſum præ oculis habens, alium nec poterat, nec amare volebat; vt potè quod diceret: [m] omnino mihi amandus eſt per quem ego ſum & viuo; nam quiſquis ei viuere recuſat, planè mortuus eſt: qui non ſapit illi, deſipit; qui curat eſſe niſi propter ipſum, pro nihilo eſt, & nihil eſt: cum enim propter ſemetipſum fecerit omnia, qui eſſe vult alteri, & non illi, nihil eſſe incipit inter omnia. Hæc me cogitante amorem meum totum ſibi facilè vendicat, nam propter infinita quæ in me contulit beneficia, & cor meum blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehemen-

m *In ſenten-tijs.*

mentius quam cœtera vniuerſa.

Quid ergo poſt hæc timeret, mundum & carnem deſpiciens Virgo, & amore veri Sponſi præuenta? non diuitias perdere, quas velut ſtercora, [n] pro ipſo Chriſto, quem lucrifecerat, arbitrabatur: non honores mundi, quos velut fumum in tenues auras ſubitò conuertendum reputabat: non delicias ac ſæculi voluptates, quoniam ab ipſa tenerrima ætati, carnem cum vitijs ac concupiſcentijs [o] eius, cruci Chriſti (vt tota illius eſſet) affixerat: non ab aliquo mortali, quem amaret, non amori; cum ſe deſponſatam illi gloriaretur, cui Angeli ſeruiunt, & cuius pulchritudinem, Sol & Luna mirantur: denique nec ipſam vitam timebat amittere mortalem, quam amittendo immortalem ſe conſecuturam ſciebat. Vnde viſo carnifice, cum

n *Philipp.* 3.

o *Galat.* 5.

gla-

gladio, quo iuxta iudicis iniquum mandatum ferienda erat, exclamasse dicitur: pereat! pereat corpus! ne videatur oculis & ametur ab ijs quibus nolo, & vt anima mea de laqueo venantium liberata, ad suum Sponsum citius ire possit; nam ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo. Vnde tanta deuotio? Vnde tantus amor & ardor? nisi quia semper Sponsum suum dilectissimũ, in quem desiderant Angeli prospicere, præsentem præ oculis haberet, & nihil magis quam eius diuinam voluntatem (propria relicta) perfectissimè adimplere desideraret.

Vidisses inquit D. Ambrosius, non sic ad thalamum nuptam properare, sicut illa properabat ad martyrium, nondum quidem idonea pœnæ, sed matura victoriæ: Si quidem tyrannum, constantia; seipsam, pa-

patientia; mundum, diuitiarum ac honorum despectu; carnem, delitiarum atque voluptatum contemptu; dæmonem, amore fidelissimo in Christum; ad quem solum suspirabat & anhelabat, vicit atque superauit. Ita quod & Virgo permanserit, & martyrij palmam obtinuerit, in æternum cum ipso victura quem tota mente, toto corde & totis visceribus diligebat.

§. VIII.

In hoc, S. Catharina Senensis, se totam in Sponsum Crucifixum, per voluntarias ac ferè supra humanas vires, passiones transformauit.

TErtio mihi loco occurrit, huius diuinæ prçsentiæ ac diuinæ voluntatis adimplendæ æmula Beata Catharina Senensis, cui si defuere

ty-

tyrannus & tormenta, vt ſuum hunc erga Chriſtum, in moriendo pro ipſo, probaret amorem, non defuit tamen longum vitæ auſteræ martyrium, quo ſe illi hoſtiam viuam ac beneplacentem offerret & immolaret. Et reuera numquid eſt aliquod martyrij genus, [p] ac velut effuſio quædam ſanguinis, in quotidiana ſui corporis afflictatione? illo nimimirum quo membra cæduntur ferro, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius. Quod inquam martyriũ grauius eſt (vt verbis melliflui Doctoris vtar) [q] quam inter epulas eſurire, inter veſtes multas & pretioſas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas oſtentat malignus, quas deſiderat noſter appetitus. An non meritò coronari debet qui ſic certauerit, mundum abijciens promittentem, irri-

dens,

p *D. Bern. ſerm 1. in octaua Paſcha.*

q *Serm. 1. in feſto omnium Sanctorum.*

dens inimicum tentantem, & (quod gloriosius est) de seipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem.

Ad hoc quidem martyrio probauit satis hæc pia Virgo, quantùm Christum amaret; nam tota eius vita vnum ieiunium fuit, & illud quidem strictissimum, cum per multos dies solus panis Eucharisticus ei cibus esset, nec minus erat paupertatis amatrix, cum vna sola, & ea abiectissima, veste vteretur; vt sic nudum Sponsum in cruce, nuda sequi posset. Erat ne illi lectus pretiosus? cum sola & nuda terra fessos artus recipere haberet, non vt ipsos reficeret, aut recrearet, sed vt iam per aspera cilicia, perduras ac ferreas catenas, cruciatos, iterum cruciaret. Quid illi ad omnem mortificationem deerat? cum & ipsas purulẽtas materias, (quæ

non

non nisi cum horrore, ex impurissimo fonte scaturientes conspici solent) in sui potus delicijs haberet.

Nec vlla quidem iniuria poterat illius patientiam frangere, cum & illam sibi honoris loco duceret, & quo posset seruitio cumulatissimè compensaret. Nam cum ingenti desiderio pro Sponso Crucifixo patiendi teneretur, quidquid illi molestius esse poterat, hoc ipso iucundius afficiebatur, dicens cum Apostolo, quod nihil sibi molestiæ quis afferre poterat, eo quod eius stigmata in suo [r] corpore portaret, & nollet in altero, quā in eius cruce gloriari. Verùm quis dubitare potuisset, illam [s] iugiter Christum in corde suo habuisse? cum & ipse Christus fateretur illi propriū abstulisse, & in eius loco suummet posuisse. Quid autem illa posset cum corde Christi? nisi Christum ipsum sem-

r Ad Galat. 6.

ſemper in cogitatione pręſentem habere, & ad eius voluntatem adimplendam ſemper promptiſſimam ſeſe exhibere; ita vt liceret ei cum eodem Apoſtolo dicere, [f] viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus cum cor non ſit aliud, quam fons & origo vitæ. Vnde nec mirùm, ſi de eius vita viuens, ad ſimilitudinem mortis eius, hoc eſt cum vulneribus ſacrorum eius ſtigmatum, mortua ſit in terra, vt in æternum cum illo regnaret in Cœlo.

f. Ad Galat. 2.

§. IX.

In hoc eodem lumine, Sancta Thereſia grauibus morbis, ac tentationibus, per multos annos, ſine vlla cæleſti conſolatione, agitata; immobilis in amore Chriſti Sponſi, vſque ad finem perſeuerauit.

TAndem qui voluerit huius diuinæ præſentiæ efficaciam per-

pen-

pendere, attendat quæ in vita Beatæ Theresiæ mirabilia narrantur: nam tantus ardor Charitatis à facie Dei, quam semper contemplabatur, in corde eius exarserat, vt non immeritò, nec sine speciali prouidentia, ipsum nomen, quod ignem significat, sortita esset. [t] Et reuera accensus est vt ignis zelus eius, quando admodum iuuenis, è paterna domo aufugiens, in Africam tranijcere tentauit, vt apud infideles, fidelis Sponsa Christi, pro eius gloria & animarum salute, vitam profunderet: à quo itinere per patruum reuocata, iugibus lachrymis deflebat, optimam sibi hanc sortem ab eo fuisse præreptam. Quare ne martyrium, [u] quod sibi in votis, atque in extremo desiderio erat, omnino deesset; spretis mundi delicijs, atque carnis illecebris, se ad claustrum Monialium Sanctæ Mariæ de

t *Psal.* 58.

u *Ex lect.* 2. *nocturni in eius festo.*

de Carmelo, ſub Chriſti cruce mili-
taturam conferre non diſtulit. Nec
eam fefellit opinio, aut ſpe fruſtrata
eſt; nam per duo de viginti annos,
tam grauibus morbis, tamque varijs
tentationibus, nullo cæleſtium con-
ſolationum quibus ſolet in terris,
ſanctitas abundare, pabulo refecta,
vexata eſt; vt planè longiſſimi &
acerbiſſimi, toto illo tempore, paſſa
ſit martyrij genus, ſicut aliquando
cuidam familiari confeſſa eſt.

Sed omnes aquæ [a] illæ tribulatio- a Cant. 8.
num, etiam ſi maximæ eſſent, non
poterant ſuum patiendi ardorem ex-
tinguere, nam tam anxio caſtigandi
corporis deſiderio ęſtuabat, vt quam-
uis ſecus ſuaderent morbi, quibus
afflictabatur, corpus cilicijs, cate-
nis, vrticarum manipulis, alijſque
aſperrimis flagellis ſæpè cruciaret, &
aliquando inter ſpinas volutaret, ſic

Deum alloqui solita: Domine, aut pati, aut mori. En quantus ignis à facie Dei, quem semper præ oculis habebat, in corde exarserat: en quanto Diuini amoris incendio, per iugem passionis sui Sponsi meditationem flagrabat: vt propterea meruerit videre Angelum ignito iaculo sibi præcordia transuerberantem, & audire ipsum Christum dicentem sibi, deinceps vt vera Sponsa meum zelabis honorem. Nam exinde factum est, vt multa sapientiæ cœlestis documenta, quibus fidelium mentes, ad supernæ patriæ desiderium vehementer excitantur, conscripserit.

At verò Infidelium & Hæreticorum tenebras perpetuis deflebat lachrymis & cupiens anathema [y] fieri pro illis, ad placandam diuinæ vltionis iram, voluntarios proprij corporis cruciatus; pro eorum conuer-

y *Rom.* 9.

sione & salute, Deo iugiter offerebat.

Quod autem eius meditatio in conspectu[z] Dei semper esset, ac in illo, & coram illo dirigeret omnes vias suas, testantur illa præclara, quæ de oratione mentali scripta reliquit, & in quibus videre est, quod illud Sanctæ Saræ filiæ Raguelis, & Tobiæ iunioris Sponsæ,[a] continuò vsurparet: ad te Domine faciem meam, ad te oculos dirigo; oculos dico mentis & corporis simul, ita vt posset dicere cum regio Psalte, & confirmasti me in conspectu[b] tuo in æternum, vt alacriter & actualiter facerem semper voluntatem tuam: nam & his oculis in Christum sibi apparentem defixis cum Angelis comitantibus, Diuini amoris incendio potius, quam vi morbi, quasi ad eius osculum, prænunciato mortis suæ die, sine fi-

z *Psal.* 18.

a *Tobia.*

b *Psal.* 40.

ne cum ipſo victura atque regnatura migrauit ad Sponſum.

§. X.

S. Franciſci Xauerij in lumine vultus Dei ambulantis magnanimitas.

SEd vt & de noſtro ſæculo ad laudem Dei aliquantulùm gloriemur, non abs re fuerit his attexere quod Indiarum Apoſtolus de ſuis in Iaponiam laborioſis itineribus ita ſcribit: [c] Qui nihil aliud ſpectat, niſi diuinam gratiam, Euangelij prædicatiouem, & ſalutem animarum, quid tandem recuſet, aut pertimeſcat? Si verſabimur, non modò in terris Barbarorum, verum etiam in dæmonum regno, nulla tamen barbaria, neque dæmonum rabies, quidquam nocere nobis poterit, niſi permiſſu, conceſſuque præpotentis Dei.

[c] Epiſt. 4. lib. 3.

Vnum omninò timemus, ne Deum ipsum offendamus: cuius offensionem si vitauerimus, exploratam de nostris hostibus victoriam, nobis illo propitio pollicemur.

Illud nos magnoperè delectat, quod Deus nostri itineris consilium, ac propositum intuetur; videtque nos nihil spectare aliud, nisi vt animæ ad Dei similitudinem effectæ suũ Conditorem agnoscant, eique diuinum honorem, cultumque tribuant.

Duo sunt, quæ maximam nobis spem afferunt, satanæ impedimenta perrumpendi; præclari videlicet consilij conscientia, & prouidentia Diuina, cuius nutu non homines modò reguntur, sed etiam dæmones. Satanas quippe, nisi facta à Deo potestate, Iobo quidquam detrimenti inferre non potuit.

Cùm [a] dæmon nihil nocere cui- [a] Epist. Sp. lib. 3.

T 3 quam

quam possit, nisi quoad Deus ipse permittat, magis eo tempore, quo in nos odium, ac rabiem expromere conatur, Dei diffidentia timenda est, quàm impetus inimici. Quanta pax, quàm secura mens, quàm magnanimus animus Xauerij, in lumine vultus Dei, inter summa vitæ discrimina ambulantis: Plura id genus, pacis, & securitatis exempla, in Sanctorum gestis inuenies.

§. XI.

De gaudio & lætitia in Spiritu Sancto ambulantium in lumine vultus Dei.

EX tranquilla compositione mentis ambulantium in lumine vultus Dei, haud difficile fuerit conijcere, quàm suauem, & iucundam vitam agant. Domine, inquit, in lumi-

lumine vultus tui ambulabunt. Quid inde? Quid dabitur ad lucem istam incedentibus? In nomine, inquit, tuo exultabunt: cor & caro eorum exultabunt in Deum viuum: præsentia Dei magnificè delectabuntur.

Dulce lumen, & delectabile oculis, videre solem istum, qui quotidie renascens & occidens, dies distinguit & annos; qui rerum decorem, & colores suo splendore reuelat, qui viam quam insistamus, & vbi figamus securè pedes, ostendit. Sed quantò putas suauius, & iucundius solem iustitiæ continenter intueri, & ad lucem illam ambulare, cui comparata lux omnis est obscuritas, cui omnes tenebræ lucent, cui omnis obscuritas lux? Nulla maior esse potest lætitiæ causa, quàm incedere in conspectu solis huius. Non est

oblectamentum ſuper iſtud cordis gaudium. Secura mens eorum, qui huius beneficio lucis illuſtrantur, quaſi iuge conuiuium: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam dicentem: [e] Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia.

e *Pſal. 67.*

In nomine tuo, inquit, exultabunt. Sed in quo nomine? Etſi infinita propemodùm Dei nomina paſſim occurrant in Scriptura veritatis, hìc tamen nullum ſpeciatim à Vate Sancto deſignatur: vt noueris, omnia & ſingula Dei nomina, ampliſſimam lætitiæ, & exultationis cauſam illis ſuggerere, qui in lumine vultus eius ambulant.

Omnipotentem ſe Deus Abrahamo dixit, vt haberet vnde gaudio ſuperabundaret ambulans coram Deo. Ego, [f] inquit Deus omnipotens, ambula

f *Geneſ. 17.*

bula coram me: ac si diceret: Vt ambules coram me corde magno, & animo volenti, considera quis sim. Ego Deus omnipotens: quid nomen hoc sibi velit, quid ex omnipotente sperare possis, expende: & inter varios viæ, & vitæ tuæ casus, & euentus, habebis quod abundè gaudeas, & vnde consolatione replearis.

In hoc Dei nomine semper exultauit Abraham, præsertim cùm tentaretur in monte, cui nomen indidit, Dominus videt. Et attende, si non id Apostolus satis apertè declaret, cùm ait: [g] Fide obtulit Abraham Isaac cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones; ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus; hoc est, certissimè credens Deum esse omnipotentem, & non

[g] Ad Hebr. 11.

non esse apud eum impossibile omne verbum: ac proinde hilarem se filij datorem Deo exhibuit.

Sanctum Ambrosium in lumine vultus Dei ambulantem, multa iucunditate perfundebat nomen Bonus, quod soli Deo per se, & natura sua, deberi cōstat ex verbis illis Christi: [h] Nemo bonus, nisi solus Deus.

Luc.18.

Huius ad exemplar, D. Augustinus eiusdem nominis consideratione mirificè delectabatur. [i] Ineffabili, inquit, dulcedine teneor, cùm audio, Bonus Dominus: consideratisque omnibus & collustratis, quæ extrinsecùs video, quoniam ab ipso sunt omnia, etiam cùm mihi hæc placent, ad illum redeo à quo sunt, vt intelligam quoniam bonus est Dominus.

Quale [k] bonum Deus omnis boni bonum, vnde omne bonum, cui non addatur, quid sit, nisi ipsum bonum: non

bo-

bonum simplex, ipsum bonum, quo cuncta sunt bona, ipsum bonum, ex quo cuncta sunt bona.

Sed de his satis: longiùs enim excurrendum esset à proposito, in referendis alijs Dei nominibus, quæ ambulantibus in lumine vultus eius, lætitiæ & exultalionis occasionem præbuerunt.

At, inquires, quandiu in nomine Dei exultabunt, qui ambulant in lumine vultus eius? Respondet Dauid: Tota die, tota vtique vita, donec hodie cognominatur.

Addit deinde: Et in iustitia tua exaltabuntur: Hac re plurimùm gloriabuntur, & excelsis erunt animis, quod sciant se Deum habere iustum atque misericordem, qui arceat mala, bona largiatur, propellat iniurias, beneficia conferat.

Denique, præcipua exultationis & exal-

exaltationis eorum causa est, quoniam gloria virtutis eorum Deus est; gloria, corona, sertum exultationis populo suo, & merces magna nimis.

l Eccl.50. Beatus [l] qui in istis versatur bonis qui, inquam, ambulat in lumine vultus Dei, qui pro luce habet vultum & præsentiam Dei. [m] Sapiens erit semper: sapientiæ dicere poterit, Soror mea es, & prudentiam iustorum non immeritò vocabit amicam suam: [n] Ad omnia valebit; confortabitur in Domino, & in potentia virtutis eius, omnia poterit in eo qui se confortat: contra vitia omnia & pericula munietur: indutus armatura Dei, stare poterit aduersùs insidias & impetus diaboli; ad omnia mandata Dei dirigetur; omnia quæcumque faciet, prosperabuntur. Fructus eius fructus lucis erunt, in omni bonitate, & iustitia, & veritate; quales

m Ibid.

n Ibid.


les in fidelibus Ephesijs ° Apostolus desiderat: quorum omnium una ratio & causa est, quia lux ᵖ Dei vestigium eius est, quia am-bulat in luce Dei.

° Cap. 5.

ᵖ Eccl. 50.



PRA-



PRAXIS DECIMA

EIVSDEM DAVIDIS.

Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper. *Psalm.* 104.

§. I.

In hac vita, quæ futuræ tyrocinium nobis esse debet, Dei facies semper inquirenda.



DIVI Augustini sententia est omnium Sanctorum calculis approbata: [a] Neminem posse idoneum fieri futuræ vitæ, qui se ad illam modò

[a] Aug. in titulum psalmi 148.

dò non exercuerit: ac proinde debent in tyrocinio beatorum exerceri, atque ad eorum formam componi, qui ad eminentissimam illorum sortem & fœlicitatem olim peruenire desiderant.

Qui in illo regno perfecti decoris faciem Dei, sicuti est, videre cogitant & intendunt, omnino necessum est, vt & hic eam sibi præsentem habere studeant, & pro huius incolatus conditione semper intueantur. [b] Beati qui occupantur in bonis, quia de bonis transibunt ad optima: sicut ex aduerso, miseri qui occupantur in malis, quia de malis transibunt ad pessima.

b *Innoc. 3. serm. de septuag.*

Id alta mente repostum habuere Sancti; quorum omnium nomine Dauidem nostrum in æternæ fœlicitatis rudimento se pro viribus exercentem audiamus: Tibi dixit cor

meum,

meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.

Satagentis, soliciti, ardentique desiderio & studio Deum videre quęrentis verba sunt ista; quorum sensus est: Te vnum sincero & intimo corde cogito & inquiro: nec satis sunt quæ in præsentem diem feci, idem identidem faciam: quæ, retrò sunt obliuiscens, ad destinatum persequar, magis magisque quæram faciem tuam semper: quæram quem diligit anima mea: & non conuertar, donec inueniam. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Quid mihi in via Ægypti, vt bibam aquam turbidam? & quid mihi cum via Assyriorum, vt bibā aquam fluminis? Curro ad fontem, desidero fontem, nec alium quàm teipsum; quoniam apud te est fons vitæ, quoniam

niam tu es fons vitæ, fons boni maximus, & [c] flumen beneficiorum, & lumen assiduè coruscans. *c Cyril. catech 6.*

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei! [d] Hoc est quod sitio: venire, & apparere ante faciem Dei. Sitio in peregrinatione, sitio in cursu; satiabor in aduentu. *d Aug. in psal. 41.*

Sed quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam? Vel quis perficiet pedes meos tamquam ceruorum, & super excelsa statuet me? Quando computabor inter filios Dei? Quando mihi dabitur Angelorum choris interesse? Quando Regem omnium sæculorum in decore suo videbunt oculi mei? Quando adimplebis me lætitia cum vultu tuo, Rex meus, & Deus meus? Hoc sitio; satiabor cùm

apparuerit mihi gloria tua: tunc replebitur in bonis desiderium meum.

Expecta, inquis, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. O modicum, quàm longum! modicum quidem & citissimum Deo, ante cuius oculos mille anni tanquam dies hesterna quæ præterijt: sed quàm diutinum & tardum sitientis, amantis, æstuantis animæ desiderio.

Hoc interim spatio, quo differtur tantum bonum, dum curro, dum in via sum, faciem tuam Domine requiram: illam per fidem, per speculum, in ænigmate, per spem & dilectionem, omni quo licebit modo, mihi præsentissimam assiduè contemplabor, donec æternitatis adspiret dies, & inclinentur vmbræ. Et hæc vna sit mihi consolatio, vt incolatus mei tempore non parcam labori, quin huic Inquisitioni perseueranter insistam.

Ne

Ne auertas faciem tuam à me, vt inueniam quod quæro: ne declines in ira à seruo tuo, ne te quærens in aliud incurram: quid enim hac pœna grauius amanti & quærenti veritatem vultus tui? Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Quando enim faciem tuam nisi lumine tuo, nisi gratia tua, nisi misericordia tua, nisi tu adiuues, qui das velle, & posse, & perficere pro bona tua voluntate? voluntatem quidem liberam mihi dedisti; sed sine te nihil est mihi conatus meus: ex te sufficientia mea. A [e] te namque est initium bonæ voluntatis, à te facultas boni operis, à te perseuerantia bonę conuersationis. *e Fulg. epist. 4. ad Probã.* Sic Dauid vir desideriorum ex mente interpretis sui Diui Augustini, & aliorum.

Hanc eandem praxim Dei faciem assiduè quærendi omnibus commen-

dans, ait: Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper. [f] Quid est autem facies Dei, nisi præsentia Dei? sicut facies venti, & facies ignis; quibus & alijs consimilibus, nihil aliud scriptura vult intelligi, quàm earum rerum præsentiam, quarum nominat faciem.

f Aug. in psal. 104.

§. II.

Cum gaudio cordisque lætitia Dei vultus est inquirendus.

QVomodò autem sit illa Dei facies inquirenda, ex ipsis Prophetæ verbis attende.

Imprimis exigitur, vt in gaudio cordisque lætitia quæratur.

Lætetur, inquit, cor quærentium Dominum. Hoc est, vt ait Cardinalis de Vio, ex tanto amore, quòd pariat lætitiam in actu quærendi:

non

non cum tædio, non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim sui inquisitorem diligit Deus. Si tibi in desiderio est animæ vt ostendat se tibi Deus hilariter, voluntariè ei sacrifica, & illum inquire, quoniam bonum est: non ob aliud, inquam, (saltem præcipuè) nisi quia bonum est;[g] amore amoris eius, vt loquitur Augustinus, & quia sic placitum est ante illum.

[g] *In ps. 53. lib. 2. confess. cap. 1.*

In omni obsequio, quod ei præstas, in omni dato, hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Quò delectaberis ampliùs in inquirenda Dei facie, eò perfectiùs illum inuenies, & possidebis. Tantum bonum est Deus, vt melius & felicius sit illum quærere, quàm cæterorum omnium esse possessorem: & ita securus & certus est de inuento Deo, qui Deum in veri-

tate quærit, vt verè non posset eum quærere, si illum minimè iam non inuenisset. Quid igitur lætiori & libentiori animo, quid hilariori vultu præstandum?

Hæc fuit Sanctorum praxis, ex quorum infinito penè numero occurrit admirandus & magnus Antonius, de quo sic ait Diuus Athanasius; qui illum sæpè vidit, & inuisit, & in amicitia eius decoratus est: [h] Habebat in vultu magnam gratiam, & admirabile hoc munus à Saluatore acceperat: Si quis ignarus eius, inter multitudinem monachorum eum videre desiderasset, nullo indicante cæteris prætermissis, ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis gratiam sanctæ mentis intuebatur.

h *In vita S. Anton.*

Nam semper hilarem faciem gerens,

rens, liquidò ostendebat se de cælestibus cogitare, [i] & in terris Cælestium vitam agere, qui exultant lætitia inenarrabili & glorificata, videntes semper faciem Patris.

i *Auctor vitæ S. Pachom.*

Et discipulos instituens, dicebat illis in doctrina sua: [k] Si alacres fuerimus in Domino, nimirum inquirendo & amando, & futurorum bonorum cupido nos succenderit, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere. Vna est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis, & animæ Dominum semper cogitantis iugis recordatio: quæ dæmonum ludos quasi fumum expellens, persequetur aduersarios potiùs quàm timebit.

k *Athan. supr.*

Tanta erat discipulorum Sancti Antonij in inquirenda Dei facie alacritas & lætitia spiritualis, vt teste Ruffino, consortium vitæ & actuum, non cum cæteris mortalibus, sed cum

supernis Angelis habere crederentur, adeò iucundi videbantur secundùm faciem Sanctorum.

1 *Serm.72.* Hinc appositè censet [l] Hugo Victorinus completum fuisse per id temporis vaticinium istud: [m] Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Et [n] Ruffinus ad eadem Antonij tempora refert propheticum illud Isaiæ: [o] Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Quæ quamuis de Ecclesia dicta sint, tamen in Ægypti desertis etiam historica relatione completa fuerunt.

m *Psal.64.*

n *Lib.2. de Vitis PP. cap.7.*

o *Isa. c.35.*

Similia sunt quæ [p] Palladius de Apollo, cuius nomen inter veteres Patres celeberrimum est, ita commemorat: Cùm ad quingentos haberet discipulos, sic eos instituere consueuisse, vt essent semper alacres & læti,

p *In Lausiac.*

læti, ita planè, vt nullam similem in terris lætitiam atque exultationem videre liceret, cuiusmodi inter illos perpetuò erat. Non aliunde sanè, quàm ex eo quòd inquirentes faciem Dei semper, spem certam habebant eum inueniendi, & videndi sicuti est, in perpetuas æternitates.

§. III.

Ardenter, & verè, & in simplicitate cordis, inquirenda semper Dei facies.

AD cordis lætitiam, qua Dei faciem inquirendam esse diximus; diligentiam adiunge: verbum enim quærendi sedulitatem indicat & ardorem. [q] Cùm quæsieris Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris. [r] Nihil siquidem ita Deus expectat, nihil ita quærit, nisi vt sedulè & cum desiderio quæratur.

[q] *Deuter. 4.*

[r] *Bern. serm. 2. de S. Andr.*

Ter-

Tertiò quærendus est qui quæritur. Quod ne dictum sine ratione putes, audi Prophetam monentem: Si [s] quæritis, quærite. Quid est, si quæritis, quærite? [t] In simplicitate cordis quęrite illum. Non aliud tanquam illum: non aliud pręter illum: non aliud post illum.

s *Isai. 21.*

t *Bern. in illud. Hæc est generatio, &c.*

Quærite [u] ipsum: quęrite quid sit amandum propter ipsum: quęrite quomodo sit perueniendum ad ipsum.

u *Rich. Victor. cap. 17. de Incarnat.*

In [x] simplicitate cordis quęrite illum. Simplex natura simplicitatem cordis exquirit. Denique, & cum simplicibus sermocinatio eius.

x *Bern. supr.*

Duplicitatem non amat integritas illa, perfectio illa, illa plenitudo.

Indignum enim est ei, vt inueniendam se prębeat, nisi perfecto eam quęsieris corde. Si maledictus qui facit opus Dei negligenter; qui frau-

du-

dulenter fecerit, hoc est, vt ait [y] S. Ioannes Chrysostomus, qui pectus suũ in prępoſteras cupiditates partitur, quid meretur? y *In ps 118.*

Veritas est Deus, & tales inquisitores desiderat, qui requirant eum in Spiritu & veritate: vt nec pro illo quęrant aliud, nec cum illo aliud; nec ab illo ad aliud conuertantur.

Qui [z] diuinarum rerum amore correptus est, mentem totam Deo consecrat, cui proinde cordis desiderium tribuitur. Facilius est enim cęlum & terram transire, quàm vt sic quęrens non inueniat. z *Chrysost. in psal. 118.*

Quartò prrseuerans esse debet studium illud iuquirendi faciem Dei. Quęrite, inquit, Dominum, & confirmamini; vt non defatigemini animis vestris deficientes. [a] Æternitas est; quæ nisi perseueranter quæsita, minimè inuenitur. a *Bern. supr.*

Sed

Sed quandiu in ista inquisitione perstandum? Quærite faciem eius semper; continuo studio perenni cura & labore opus est. Dices forsan: Si semper quæritur, quando inuenietur? Respondeo primùm ex S. Ioanne Chrysostomo: [b] Cùm Deum semper quærere, sit ipsum sine intermissione cogitare; Deus semper est quærendus, quia sine intermissione est cogitandus.

b In ps. 104.

Respondet secundò idem S. Pater: Qui semper in virtutum cultu proficiunt, ipsius faciem perpetuò quærunt.

Tertia responsio est Diui Augustini: [c] Dictum est, inquit, quærite faciem eius semper, donec ad illam vitam veniamus, vt capaciores non efficiamur: quia ita perfecti erimus, vt iam non proficiamus: tunc enim ostendetur nobis, quid sufficiat nobis.

c Tract. 63. in Ioan.

bis. Hic autem semper quæramus, & fructus inuentionis non sit finis Inquisitionis.

Quarta responsio est eiusdem Sancti Pontificis: Quæramus inueniendum, quęramus inuentum: vt inueniendus quęratur, occultus est; vt inuentus quęratur, immensus est. Vult [d] Deus inueniri, vt quęratur: vult quęri, vt inueniatur. *Ibid.* *d Bern tract. de dilig. Deo*

Quinta item responsio eiusdem: Deus [e] sine fine quęrendus est, quia sine fine amandus. Dicimus enim pręsenti alicui: Non te quęro; id est non te diligo: ac per hoc, qui diligitur, etiam præsens quæritur, dum charitate perpetua, ne fiat absens, optatur. Proinde quem quisque diligit, etiam cùm eum videt, sine fastidio semper vult esse præsentem. Itaque huic inquisitioni, qua significatur amor, finem non præstet inuentio, *e Aug. In psal. 104.*

tio, ſed amore creſcente, inquiſitio creſcat inuenti.

[f] Lib. 15. de Trin. cap 2.

Sextò ex eodem: [f] Quæritur Deus, vt inueniatur dulciùs; & inuenitur, vt quæratur auidiùs. Propter quod ipſe ſub nomine ſapientiæ dicit: [g] Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient.

[g] Eccli. 24.

Multipliciter [h] quæratur, qui nunquam ad plenum inuenitur.

[h] Ricch. Vict. cap. 17 de Incarn.

§. IV.

Etiam in cœlo quæritur facies Dei ſemper.

ET quid mirum, ſi, dum incolatus noſter prolongatur, Dei facies ſine intermiſſione quærenda, cùm etiam quando illam ſicuti eſt viderimus, adhuc erit in perpetuas æternitates inquirenda. Certè Angeli lucis qui ſemper vident faciem

Pa-

Patris, in eam tamen æternùm prospicere desiderant: & sitiunt intueri, & intuentur.

Quomodo, inquis, possunt hæc fieri? Respondet Magnus Gregorius: Ne [i] sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur: & ne sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant sine labore, quia desiderium satietas comitatur; & satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur.

i *Lib. 18. moral. c. 28.*

Atque ita Angeli in Deum prospicere desiderant, non quod non prospiciant; sed quia, vt loquitur D. Thomas, [k] contemplatio diuinæ præsentiæ sic eos beatificat, vt eius semper visa gloria satientur, & semper eius dulcedinem quasi nouam insatiabiliter esuriant. Non ergo mirum videri debet, si nobis cum habitantibus Cedar in hoc caliginoso loco de-

k *Opusc. 63 cap. 3.*

degentibus dicat Rex Dauid, Quærite faciem eius ſemper: cùm præſertim in agnitione Dei proficere, & in eius ſcientia creſcere debeamus: quod in cæleſtem ciuitatem adſcripti non poſsunt. Nec enim in perpetuum perfectiùs Deum videbunt, quàm à primo ſuę beatitudinis limine meruerint intueri.

§. V.

Modus Quærendi faciem Dei ſemper per ea quæ facta ſunt.

SEd à Cęlitibus ad nos redeuntes, adhuc vnam aut alteram Deum ſemper inquirendi rationem nobis conuenientem inueſtigemus. Septimò igitur faciem Dei ſemper quęrit, qui omnibus in rebus potentiam bonita-

nitatem & sapientiam illius contemplatur: potentiam, per bonitatem vniuersa sapientissimè creantem; sapientiam, per potentiam ea benignissimè ordinantem; bonitatem per sapientiam potentissimè conseruantem. Potentiam in creaturarum immensitate manifestatam; sapientiam in ordine & decore, bonitatem in vtilitate.

Hæc & alia inuisibilia Dei, ab ijs qui attendunt & sapiunt, per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Et reuerà [1] ob illam vel maximè causam creata omnia constituta sunt, vt magnitudine, pulchritudine, positura, operatione, ministerio, & alijs omnibus, animum spectatoris commonerent, & ad præstantissimum Opificem Deum inquirendum & adorandum, mentem & intelligentiam excitarent.

[1] Chrysost. in psal. 110.

Rectè ſanè ac ſapienter Doctor Seraphicus admonet [m] nos tranſeuntes eſſe debere, tranſuntes ex hoc mundo ad Patrem: vt à magnitudine ſpeciei & creaturæ, ad ſummum Artificem tranſcendamus, atque ad ſapientiam curramus nos ita benignè vocantem: [n] Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me. Non eſt in ijs quę videntur conſiſtendum: tranſite ex illis ad me.

m In itinerar. mentis in Deum.

n Eccli. 24.

Neque ſolùm increata illa Sapientia nos opificium ſuum demirantes ad ſui contemplationem tranſire & aſſurgere iubet; ſed & ipſæ creaturæ Conditori ſuo iuſtam fidelitatem ſeruantes, nos ad eum religiosè tranſmittunt. [o] Et voce grandi, vt inquit D. Auguſtinus, clamant: Deus nos fecit, per ipſum nos ſumus, ſupra nos eum quære qui fecit nos, qui regit nos; ex quo omnia, in quo omnia.

o Cap. 31. Soliloq.

per

per quem omnia. [p] Omnia ista quæ videtis pulchra, quæ amatis, ipse fecit. Si hæc pulchra sunt, quid est ipse? Sed hæc magna sunt, quantus est ipse?

p Idem in Psal. 84.

Solent plerique creaturas arguere, & calumnijs acriter insectari; fallaces, dolosas, ac perfidiosas appellare; cùm eas sibi ad votum, ad delicias, ad destinatam immoderati animi libidinem occurrentes & arridentes nõ inueniunt: quorum sententia procul sit à me. Ego enim libentiùs Diui Thomæ patrocinio creaturas defenderem, [q] qui ipsas eò fideliores Creatori putat, quò minùs sinunt hominem in seipsis quiescere, vt illum ad suum opificem remittant.

q In cap. 1. epist. 1. D. Petri.

In eandem conuenit sententiam alter Thomas à Villa-noua cùm seipsum alloquens, ait: [r] Omnis creatura, ò anima mea, te pellit à se cùm

r Concion. 2. Dom. 17. post Pentecost.

ignominia, & colaphizat, vt ab ea recedens Deo tuo adhærere coneris. Quasi exprobrando diceret: Quid mihi adhæres miserrima? non sum ego bonum tuum, quod requiris, & quod affectare deberes. Tu tamen nimiùm cæca & insipiens, reluctantem amplexaris, & pellentem te, & cum conuitio, demulces, inuitam retines, fugientique adhæres, & quæ tibi data est in obsequium, etiam nolentem prouehis ad dominium, tanta est vesania tua.

§. VI.

Prudentia Sanctorum opus esse in hac ratione quærendi faciem Dei per creaturas.

NOn omnes capiunt verbum istud, quo mouemur Deum in creaturis inquirere. Dicebat Da-

uid: Delectasti me Domine in factura tua & in operibus manuum tuarum exultabo. Non residebat vir Sanctus in ipsis operibus manuum Dei, sed ex illorum consideratione in Dei contemplationem, admirationem, amorem, & laudem assurgebat, in eoque delectabatur.

Aduerte hic diligenter prophetam non dixisse, Delectauit me factura tua, sed delectasti me in factura tua. Hac ratione generatio quærentium faciem Dei Iacob, ex his quæ videntur bona, ad altissimi Conditoris excellentiam mentem erigere solet, & in ipso potiùs Deo lætari quàm in operibus manuum eius.

At verò, vt mox addit vir Sanctus, Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hęc. Quia cùm sint animales, nec quę sunt Spiritus Dei sapiant, sine iudicio, cogitatio-

nem, & amorem suum rebus infimis addicunt; nec inde magis attendunt quantò speciosior sit speciei generator, qui hęc omnia constituit, quàm equus & mulus, quibus non est intellectus.

Quid deinde porrò? Quod Augustinus fatetur sibi contigisse, cùm & ipse de infinito stultorum numero vnus esset. Audi eum tempori illi maledicentem: [f] Erat tempus quando non cognoscebam te. Væ tempori illi quando non cognoscebam te. Væ cæcitati illi, quando non videbam te. Væ surditati illi, quando non audiebam te. Cæcus & Surdus per formosa quæ fecisti, deformis irruebam. Sic itaque peruertuntur, qui non probant, aut non curant inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspicere. Insipiens enim cor eorum, inde sumit occasionem recedendi

[f] Cap. 31. Solilog.

dendi à Deo, vnde ad faciem eius requirendam, & inueniendam excitari deberet. Propterea & sapientia Dei dixit: [1] Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. [1] Sap. 14.

Quocirca, ne & nos insipientium errore traducti intra creaturarum retia capiamur, studiosè nobis prouidendum. Quidquid auaritiam stimulat, quidquid gulam irritat, quidquid luxuriam inflammat, à sensibus, à recordatione longiùs amouendum.

Præterea iuxta consilium Augustini post errores & stultitiam sapientis, Ne in consideratione creaturarum vana & peritura curiositas exerceatur: sed ex his gradus ad immortalia semper manentia faciendus est.

Huic Paragrapho coronidem ad-

det S.Eucherius, vnus ex Galliæ nostræ Chrysostomis, qui suum Valerianum, immò quemlibet sapere volentem parænetice sic alloquitur:

Malè hactenus amor sparsus, diuinis deinceps reddatur excubijs. Consideret velim arbiter iustus, æquumne sit diligere opus, opifice neglecto; derelictoque omnium Creatore rerum, in rem huius cupiditatibus suis passim atque indifferenter incurrere; cùm vtique Deum oportuisset illicere ad amorem sui, vel per hunc affectum operum suorum. Et nunc homo aduersus indignorum tantùm figmentorum desideria atque officia conuertitur, animisque incongruè dissidentibus appetitor artis, desertor artificis, complectitur speciem, cuius non miratur Auctorem.

§. VII.

§. VII.

Necessitas quærendi faciem Dei semper.

SVpradictis rationibus, adhuc vnam, calamitas quam patimur, appendere compellit: Quærendam videlicet esse faciem Dei semper, quia sicut nihil ita hominem seruat, vt assidua faciei illius inquisitio; sic ex aduerso, nihil sic hominem perfundat ac perdit, quomodo ab instanti illa solicitudine & studio peruigili, vel ad modicum, vel ad momentum deficere, vt in præcedentibus, Dauidis ipsius exemplo declaratum est.

Quapropter mundi rectores tenebrarum harum, nostram perniciem his adoriuntur insidijs: Primùm contendunt, vt de attentiori studio quærendi faciem Dei nonnihil remittamus:

tamus: tum dormitante anima præ tædio; sensim nos eò deducunt, vt abducto longiùs à Dei memoria sensu, in vanitates & insanias falsas respicientes, diligamus vanitatem, & quæramus mendacium: Atque ita, tandem per desideria multa, & inutilia, & nociua, mergamur in interitum & perditionem.

His dolis aduersùs primum generis nostri parentem compositis, eum facillimè, & nos in illo simul perdiderunt. Qua de re Sanctum Athanasium per suum interpretem Nannium præclarè differentē audiamus.

u Orat. cōtr. Gentes.

Quandiu [u] primus homo mentem habuit ad Deum, Deique contemplationem intentam, auersus alienusque fuit à corporis spectaculis. Vbi autem suasu serpentis abstitit à cogitando intelligendoque Deo, seipsum autem considerare occæpit, statim

tim in concupiscẽtias corporeas vterque delapsus est, seque nudos esse cognouerunt: quo cognito erubuerunt. Cognouerunt autem se nudos, non tantoperè quòd amiculis vestiũ carerent, quàm quòd exuti essent diuinarum rerum contemplatione; ac iam deinde animum suum ad contraria transtulerunt. Vbi enim defecerant à desiderio intelligentiaque vnius & veri Numinis, in varias deinde corporis alias atque alias cupiditates præcipites ierunt.

Ex quibus sequitur, ruinam nostram reparari non posse, nisi auersis à corporearum rerum lenocinijs & cupiditatibus oculis, in speculum illud sine macula, dico faciem Dei vbique præsentissimam, eos continenter intentos habere studeamus, vt in nobis imago bonitatis illius denuò renouetur & perseueret.

Fa-

Facies animæ noſtræ ad faciei diuinæ ſimilitudinem condita, nulla poteſt ratione reintegrari, niſi archetypo ſuo iungatur: nec in reparato decore conſeruari, niſi ſuper eam vultus Dei lumen aſſiduè ſignetur: Nemo proſperè mouebitur, nemo fœliciter incedet, niſi præcedat illa Dei facies plena gratiarum, illuminatio & ſalutare vultus noſtri. Nemo ſecurus, niſi in abſcondito faciei illius, in qua velut in turri fortitudinis, à conturbatione hominum, & à furenti dæmonum incurſu protegatur. Vnde beatus Dauid ſic orat. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua.

PRA-



PRAXIS VNDECIMA


EIVSDEM DAVIDIS.

Habitabunt recti cum vultu tuo.
Psalm. 139.

---

§. I.

Habitant recti cum vultu Dei, etiam in præsenti vita.



ÆC Regis Sancti verba non tantùm de futura iustorum cum vultu Dei permansione sunt intelligenda, quando scilicet Regem in decore suo reuelata facie videbunt; sed etiam de illa, quam nunc habent mansione

ſione apud eundem Dei vultum, donec inclinentur vmbræ, & adſpiret dies, de qua dictum eſt: Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia.

Eſt quidem Dei vultus, ſiue, Deus ipſe, [x] locus rerum ac ſpatium, cuſtodia & domicilium omnia conſeruans & continens: [y] eſt pes & fundus, in quo omnia firmantur & recumbunt. [z] eſt patria omnium communis. Soli tamen recti habitare dicuntur apud Deum, ſiue, cum vultu Dei: quia ſoli illi præſentem eius vultum & intuitum vbique ac ſemper attendunt & venerantur. Habitabunt recti cum vultu tuo.

x Arnob. l. 1. contr. Gent.

y Dionyſ. c. 1 & 10. de Diuin. nomin.

z Paulin. epiſt. 56.

Sonat habitandi verbum diuturnam & continuam rectorum cum dicto vultu Dei manſionem: declarat & quodnam ſit eorum opus, quænam occupatio, quales actus; in quibus, quan-

quantum ad affectionem, stabiles residant & commorentur.

§. II.

Proferuntur duæ rationes, propter quas habitandum sit libenter cum vultu Dei.

SI libenter habitant homines, vbi habent amicos, vbi rogantur & inuitantur, vbi epulentur, vbi liberale hospitium, vbi denique pax & securitas; non immeritò recti cum Dei vultu libentissimè commorantur; in quo dictas apud homines residendi causas inueniunt, eò potioribus auctas commodis, quò Deus vniuersa præcellit. 1

Primùm enim, quid beneuolentia Dei præstantius? quid illustrius? quid melius? quid vtilius? Huic amico nulla est comparatio, & non

est

est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Ipse est Deus omnis gratiæ, Deus dilectionis & pacis, Deus perpetuæ & nimiæ charitatis.

Beati qui in amicitia illius decorantur: non ter quaterque tantummodò beati, sed supra modum in sublimitate, supra numeros omnes, supra mensuram bonam & confectam, & coagitatam, & supereffluentem beati.

Excedit[a] certè hæc dignitas naturæ humanæ terminos omnes. An non libentissimè apud istiusmodi amicum amicus mansionem facies?

a *Cyril. Alex. lib. 10. in Ioan. c. 23*

2 Hic cùm bonorum nostrorum non egeat, imò verò, cùm omnes creaturæ eius dulcedinis benedictionibus necessario indigeant, vt & sint, & bene sint, & conseruentur; sic tamen nobiscum agit, ac si à nobis, & à no-

stra

ſtra cum ipſo conſuetudine penderet. Quid enim aliud indicare videntur illæ voces, quibus in Scripturis ſanctis inuitat, admonet, rogat, inſtat, patienter agit, & diutiùs vrget, vt ad eum veniamus, & manſionem apud eum faciamus?

Offert ſe inquirentibus, in vijs oſtendit ſe illis hilariter, præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat, & ait: Quid quæritis? Si deſiderantes reſponderint, vbi habitas; mox amicam diuinæ illius beneuolentiæ vocem audiunt: Venite & videte; vt veniant & videant, & apud eum in abſcondito faciei ſuæ, non vno die, ſed omni tempore, & in perpetuas æternitates maneant verè ciues Sanctorum, & domeſtici Dei, domum habentes Deum.

Sed & quanti amoris eſt, ſtare ad oſtium cordis, & pulſare, & inſtare,

& dicere: [b] Præbe fili mi cor tuum: ſiue, vt reddit Chaldæus Paraphraſtes: pone fili cor tuum ad me.

b Prou. 23.

Quod ipſemet explicans, ita conqueritur apud Sanctam Mecthildem: Nulla [c] me res ita delectat, vt cor hominis, quo tamen rariſſimè vtor. Omnibus enim bonis ſuperabundo, excepto corde hominis, quo ſæpiſſimè fruſtror.

c Lib. 4. reuel. cap. 24.

Sed & grauiùs apud Ieremiam expoſtulat cùm ait: [d] Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me? Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraëli, aut terra ſerotina? Quare ergo dixit populus meus: Receſſimus, non veniemus vltra ad te?

d Cap. 2.

O diuitiæ bonitatis, & longanimitatis, & patientiæ Dei! [e] Fugientes nos inſequeris Domine Ieſu: dorſum vertimus, & in faciem recurris: ſupplicas

e Lib. 2. Reuel. S. Gertrud. ex D. Bern.

plicas & despiceris. Sed nulla prorsus confusio, nulla te potest auertere despectio, quin indefessè semper agas, vt ad illud nos attrahas, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

§. III.

Tertia ratio, cur sit cum vultu Dei libenter habitandum.

INstat prætereà Deus, vt cum vultu suo velimus habitare, paratum offerens iuge conuiuium, quo secum morantes abundantissimè reficiat, & affluentibus ex vbertate domus suæ delicijs mirificè consoletur. Quid enim aliud sibi volunt illa suauissimæ inuitationis verba, [f] Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. [g] Venite, comedite panem meum, & bibite vi-

f Matth. 11.

g Prov. 9.

h *Cantic.5.* num quod miſcui vobis.[h] Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.[i] Guſtate & videte, quoniam
i *Pſal.33.*
k *Pſal.67.* ſuauis eſt Dominus.[k] Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia.

Poſtremò, non meum eſt illud,
l *Iſai.55.* Omnes[l] ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. Quantum capio, quantum ſapio, quid eſt hoc:
m *Greg.Nazian.* qui[m] legit, intelligat. Audiamus hominem, cui totus Oriens ſimilem non habet, hic eum admiratione multa ſic exclamantem.

n *Orat.40.* O[n] ingentem benignitatis celeritatem! ò facilem contrahendi rationem! hoc bonum ſola voluntate venale tibi proponitur: cupiditatem ipſam Deus ingentis pretij loco habet. Sitit ſitiri: bibere cupientibus potum præbet: cùm ab eo beneficium peti-

tur,

tur, beneficio afficitur: promptus est, liberalis ac munificus: iucundiùs dat quàm alij accipiant. Hoc vnum, caueamus, ne ieiuni ac minuti animi notam subeamus, parua Deique liberalitate parum digna postulantes. Beatus ille, à quo, vt ab illa Samaritana, potum Christus poscit, fontemque dat aquæ in vitam æternam salientis. Ac proinde omni cura & studio nobis est prouidendum, ne hac gratia careamus.

Memoriam abundantiæ huius suauitatis quam parauit in dulcedine sua Deus rectis corde, eructans Dauid, aiebat: [o] Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Dominæ! seu, vt legit D. Hieronymus, [p] quàm multa est bonitas tua! [q] Quàm grandis multitudo bonitatis tuæ! [r] Quàm infinita multitudo bonitatis tuæ!

o *Psal.* 30.

p *In suo Psalterio.*

q *In c. vlt. Isai.*

r *In cap. 3. epist. ad Ephes.*

In huius mensæ & suauissimi con-

[f] *Exod. 25.* uiuij figuram,[f] præceperat olim Deus Moysi, vt mensam de lignis setim concinnaret, eamque auro purissimo deauraret; super quam panes propositionis essent in conspectu Dei semper. Deinde Salomon seruans formam à Deo præscriptam, multa illi ad decorem addidit: nam præter eximias cælaturas, gemmas & alia ad ornatum spectantia ab inferiori parte limbi, seu labij, coronam aliam subiecit deorsum pendentem, de qua sic Iosephus: Huic subiecta erat corona per circuitum, omne genus fructuum repræsentans, dependentibus racemis, & spicis emergentibus, & malis punicis insertis: quæ omnia constabant ex lapillis natiuum colorem fructuum referentibus, & auro circùm totam mensam reuinctis.

Vt quid hæc mensa? vt quid ambitus iste spicarum, racemorum, fru-

ctuum?

ctuum? vt quid ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu Dei ſemper?

Hæc quidem erant infirma & egena elementa: indicia tamen apertiſſima iugis illius conuiuij, & ſpiritualium deliciarum, quibus Deus ipſa charitas illos copioſiſſimè reficit, qui cum vultu ſuo per memoriam, & amorem, & obſequium habitant.

Vnde[1] D. Auguſtinus faciem Dei, cum qua recti commorantur, abundantem ſufficientiam appellat. Quin & ipſe Deus per excellentiam in ſacris literis Hebraicè nominatur; id eſt, omnium bonorum & deliciarum plenitudine & ſufficientia ſuperabundans, vt alibi dictum eſt. *1 In pſ.139.* *Prax.2.5.4.*

Da amantem, da ſapientem ea quæ Dei ſunt, da virum ſpiritualem, da quærentem quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram: & hoc conuiuium,

has epulas & delicias intelligit. Animalis autem homo, qui sola terrena sapit, cui Deus venter est, non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.

Si talem ad dictam mensam inuites, nihil efficis: eris illi, cui loqueris, barbarus, & ille tibi barbarus.
u Prou. 18. Non [u] recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris, quæ versantur in
x Eccl. 21. corde eius. [x] Verbum sapiens displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum.

§. IV.

Aliæ duæ rationes, quæ idem suadeant.

INquiret fortè quis ex deliberantibus habitare cum vultu Dei: Estne apud illum locus spatiosus ad
y Cap. 3. manendum? Respondet Baruch: [y] O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus

gnus

gnus est, & non habet finem; excelsus & immensus. Quasi dicat, cùm ipse Deus immensus sit, immensa quoque debet esse domus eius; quæ tamen absque æstimatione minor est illo cuius est domus. [z] Omnem locum & omnem creaturam diuina manus complectitur. [a] Vniuersitas cæli palmo Dei tenetur, & vniuersitas terræ pugillo eius concluditur. Nullus sine Deo, neque vllus non in Deo locus est.

z Cyril. Alex. lib. 1. in Ioan.

a Hilar. 1. de Trin.

Et vt diuinus Dionysius ait, [b] Magnus appellatur Deus, secundùm propriam sibi magnitudinem, quæ magnis omnibus se communicat, & omni magnitudini extrinsecùs superfunditur, & supra expanditur, omnem complectens locum, omnem excedens numerum, omnem transiliens infinitatem. Et sicut omne quod est, ab essentia Dei manat, & omne

b Cap. 9. de diuin. nominib.

tem-

tempus, omnisque durationis species ab eius æternitate; ita & omne spatium, omnisque locus ab eius immensitate dimanat.

Vide ergo, quantæ sit amplitudinis ad manendum locus apud Deum: simulque considera, nullum alium tibi conuenientem locum posse reperiri quam ipsum Deum. Quidquid enim cælorum ambitu concluditur, quidquid Deo minus est, arctius est & angustius, quàm vt animæ ad diuinam similitudinem conditæ sufficiat. In vno & solo illo, cuius magnitudinis non est finis, residere, quiescere, & supra votum satiari potes; in illo, inquam, qui solus & vnus est, hominis requies opulenta, tabernaculum fiduciæ, & paradisus benedictionis.

Hinc sequitur quarta ratio, cur constanter atque perpetuò sit habi-

can-

tandum cum vultu Dei; quod videlicet sit apud illum pax & securitas, immò ipse sit pax nostra. Sed quæ pax? Pax Dei, pax super pacem, pax & abundantia pacis, quæ exuperat omnem sensum. In hac pace erit locus tuus, vel, si malis, hæc pax erit locus tuus, & in huius multitudine pacis abundè delectaberis: nec erit qui exterreat.

De hac pace & securitate sic ait qui expertus fuerat: [c] Tu es, Domine Deus meus, delectatio rectorum, & meritò: quies enim valida est apud te, & imperturbabilis vita. [d] In omnibus quæ percurro, non inuenio tutum locum animæ meæ, nisi in te. Ego [e] si mihi alium locum elegero, saluus esse non potero. Non ero saluus, nisi in te: nisi tu fueris requies mea, sanari non poterit ægritudo mea. Quid munitius, cùm ad illum

c Aug. c. 35. medit.

d Lib. 10. confess. c. 40.

e In ps. 70.

lo-

locum confugeris? Dic mihi, quos aduersarios formidabis? Quis insidiabitur, & perueniet ad te? Elige certè homo, si inueneris, munitiorem. Ita D. Augustinus.

Sed & Diuus Bernardus eadem sententia, Beatus, inquit, beatus planè, qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Quid ei nocere poterit eorum quæ sub cælo sunt, quem Deus cæli protegere & conseruare voluerit?

f Genes. 19. Defendit olim [f] Lot hospitij iure eos qui ingressi fuerant sub vmbra culminis sui, contra petulantem Sodomitarum iniuriam & violentam libidinem. [g] Senex item quidam de monte Ephraim, qui peregrinus habitabat in Gabaa, nefarijs Gabaonitarum conatibus obstitit, vt Leuitam, qui ad se diuerterat, à simili proca-

g Iudic. 19.

cita-

citate & ignominia tutaretur.

Quid verò tu non ſperabis ab Omnipotente, ſi manſionem apud eum facere, ſeu cum vultu eius habitare in animum induxeris. Omnino abſcondet te in abſcondito faciei ſuæ in die malorum, dextera te ſua teget, & brachio ſancto ſuo te defendet; adeò vt poſſis illi cum regio Pſalmiſta cantare: [h] Miſericordia mea, & refugium meum, ſuſceptor meus, & liberator meus. h *Pſal.* 143

In arcibus etiam munitiſſimis huius mundi, licet ſit qualiſcumque ſecuritas à conturbatione hominum; deſunt tamen ſubinde plurima, quæ ab inibi ſecurè concluſis deſiderari poſſent. Verùm nihil in hac cum Dei vultu habitatione tibi deſuturum ſuſpiceris, vt ſupra ex nomine Saddai declarauimus. Et vide, amabo, qua re apud ineffabile bonum, bonum

num beneficum, bonum bonorum omnium creatorem indigeres? Apud eum manens, in plenitudine commorateris, & abundantia perfrueris, timore malorum sublato.

§. V.

Recti sint, qui desiderant habitare cum vultu Dei.

CVmulatè puto satisfactum sciscitantibus de commodis, quæ reperiantur in habitatione cum vultu Dei. Ipsi iam viderint, quid ab eis desideretur, vt domesticis illius mereantur annumerari.

Quid, inquies, exigit Deus? Audi diuinum à Dauide responsum: Habitabunt recti cum vultu tuo. Rectus est Deus, & rectum vbique requirit, nec nisi rectos, rectos, inquam, corde desiderat, qui secum habi-

habitent, & quibus tanquam domesticis communicet de bonis suis; sic enim scriptum est: Benefac Domine bonis, & rectis corde.

Certè Dauid à prauorum conuictu & societate sic abhorrebat, vt diceret, Non adhæsit mihi cor prauum, hoc est, Diuo Augustino interprete, cor tortum, cor non rectum. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum. Innocentes & recti adhæserunt mihi: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Si igitur ita Dauidis animus à peruersis alienus erat, vt nihil omnino commercij cum eis habere vellet; quantò magis Deus, æquitas ipsa, & virtutis regula, prauos & distortos à facie sua proijciet? Odio sunt ei impius & impietas eius, Quæ enim par-

participatio obliqui cum recto? aut quæ societas lucis ad tenebras? quis concentus æquitatis cum iniquitate? &, vt loquitur S. Augustinus, [i] distortum ad rectum quando coniunges? Si in pauimento æquali ponas lignum curuum, non adiungitur, non cohæret, non aptatur pauimento. Pauimentum vbique æquale est; sed illud curuum non aptatur æquali. [k] Ita & cor, quandiu prauum est & distortum, non potest collineari rectitudini Dei, & non potest in illo collocari, vt hæreat illi & fiat rectum. Sic enim scriptum est per Prophetam ipsi Deo dicentem: [l] Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Constat ergo rectos esse oportere, qui contubernium habere Dei statuerunt.

i In ps. 44.
k In ps. 32.
l Psal. 5.

Quæ res, qui sint recti corde? Respondet D. Thomas eos dici rectos

corde,

corde, qui tendunt intentione in Deum.

Respondet S.Bernardus, [m] illum rectum corde dici, qui & rectè in omnibus sentiat, & à recto quod senserit, in nullo dissentiat. Respondet secundò, Curuitatem animæ esse, quærere & sapere quæ sunt super terram: proinde [n] eò rectam esse animam, quò apperens est supernorum: quæ verò non quærit, nec sapit quæ sursum sunt, sed quæ super terram, non planè esse rectam, sed curuam.

m *Serm. 24 in Cantic.*

n *Serm. 80. in Cantic.*

Respondet Iustus Orgelitanus Episcopus: [o] Illi recti sunt, qui non amore creaturæ captiui tenentur; sed, sicut rectos decet, Deo auctori cum dilectione fortissima adhærent, iuxta illud, [p] Recti diligunt te.

o *In cap. 1. Cantic.*

p *Cantic. 1.*

Respondet Magnus Basilius, [q] rectum corde eum, qui animum retinet neutrobique vergentem, sic vt

q *Psal. 7.*

neque excedat, neque desit; qui ad medium dirigitur virtutis.

r In ps. 77. Respondet S. Augustinus,[r] illos esse rectos corde, qui Deum propter
s In ps. 93. Deum quærunt:[s] qui hoc volunt,
t In ps. 32. quod vult Deus:[t] qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei; & si eos perturbat humana fragilitas, diuina consolatur æquitas. Quamuis autem corde mortali priuatim aliquid velint, quod suæ interim caussæ, vel negotio, vel præsenti necessitati conueniat; vbi intellexerint & cognouerint aliud Deum velle, præponunt voluntatem melioris voluntati suæ, & voluntatem Omnipotentis voluntati infirmi, & voluntatem Dei voluntati hominis.

Aliquid proprium velle, difficile est vt non tibi contingat: sed statim cogita, qui sit supra te: illum supra te, te infra illum: illum Creatorem,

te

te creaturam: illum Dominum, te seruum: illum omnipotentem, te infirmum: & corrigens te, subigensque voluntati eius, ac dicens, Verùm non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater; eris rectus.

Voluntas [u] Dei est, vt aliquando sanus sis, aliquando vt ægrotes. Si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei; & quando ægrotas, amara est voluntas Dei, non recto corde es. Quare? Quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed vis curuare ad tuam. Illa recta est, sed tu es curuus: voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad te, & rectum habebis cor. Bene est in hoc sæculo? benedicatur Deus, qui consolatur. Laboratur in sæculo? benedicatur Deus, qui emendat & probat; & eris recto corde, dicens: Benedicam Domi-

[u] *In ps. 55.*

num in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

x In ps. 93. Recti [x] corde sunt, qui sic inueniuntur, quomodo inuentus est Iob, qui ait, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Ecce rectum cor. Iterum, in graui vulnere quid dixit vxori, quam propterea reliquerat diabolus, & non occiderat, vt ipse haberet adiutricem, non vt maritus consolatricem. Meminerat enim quia per illam Euam deceptus erat Adam, & necessariam sibi putabat hanc Euam: Accessit ad Iob illa tanquam Eua, sed Iob melior fuit in stercore victor quàm Adam victus in paradiso. Quid enim illic respondit mulieri? Vide cor paratum, vide cor rectum. Ait illa, Dic aliquid in Deum, & morere: Et enumerauit omnes ærumnas ipsius,

ſtus, vel ſuas. Et ille fixo corde in Deo, tanquam luminare in firmaméto, habitãs corde in libro Dei, Locuta es, inquit, tanquam vna ex inſipiëtibus mulieribus. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, & mala non tolerabimus? Quia fixum cor in Domino, ideò rectum. Quia enim rectus eſt Deus, quando in illo figis cor forma tibi fit, vt ſit tibi cor rectum. Fige ergo cor tuum in illo, & rectum cor erit. Ita D. Auguſtinus; cui, & alijs, quos retulimus, boni teſtimonij Patribus aſſentiens Beda Venerabilis, pronunciat illos dici rectos corde, qui [y] cor ſuum ita ſecundùm voluntatem Dei complanant, vt nihil factum ab ipſo eis diſpliceat, & quidquid patiuntur, iuſtè ſe pati opinentur. y *In pſ. 32.*

Denique, vt obuia recti ſignificatio ſonat, Rectus eſt qui ad terrena

non incuruatur, qui ad temporalia non inclinatur, qui extra diuinæ voluntatis & legis lineam minimè diuertit, qui aduersis non frangitur, qui ad superiora totus erigitur.

Qui recto tramite sic incedit, sicut rectam, ita & valdè compendiosam viam sequitur. Quemadmodùm enim linea recta est omnium breuissima, ita qui rectus est corde, breui curriculo perfectionis metam attingit, per continuatam cum Dei vultu habitationem.

§. VI.

De suaui rectorum cum Dei vultu contubernio.

SVspicari fortè quispiam posset hanc rectorum cum Dei vultu mansionem iniucundam propter attentiorem mentis solicitudinem, qua pro-

prouidendum est, ne vel à rectitudine deflectamus, vel aliquid inuisum diuino conspectui contingat.

Sed amputat timorem istum vox ipsa Rectus, quam si ad Germanam exigas originis Hebraicæ proprietatem, agnosces dictionem seu radicem יָשַׁר sonare quid suaue, placidum, facile, amænum. Et inde conijcies veras delicias in recti cordis æquitate contineri: ac propterea rectum corde periucundam atque suauissimam cũ Dei vultu & societate vitam agere: immò & futuræ, quam præstolamur, quietis præludijs frui.

Quod si pro fragili præsentis vitæ miseria quidpiam Dei facie minus dignum admiserimus: nouit ipse figmentum nostrum, [z] nouit infirmitatem nostram. Nouit quid fecerit, quomodò lapsum sit, quomodò reficiendum sit, quomodò adoptandum,


z *Aug. in Psal.102.*

quomodò ditandum sit. Deuios & de via iniquitatis redeuntes amantissimè suscipit.

a Rich. à S.Vict. de prepar. ad contempl. cap. 76.

Disce [a] ergo ibi habitare, & mansionem facere, & qualicumque mentis euagatione abstractus, illuc semper redire. Absque dubio, per multum vsum quandoque vertetur tibi in oblectamentum; in tantum, vt absque vlla laboris difficultate possis apud eum assiduus esse. Quin immò pœna potiùs tibi sit alibi, quàm apud eum moram aliquam facere.

PRA-



PRAXIS DVODECIMA SANCTORVM ELIÆ, ET ELISÆI PROPHETARVM.

Viuit Dominus Deus Israël, in cuius conspectu sto. 3.Reg.17.
Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto. 3.Reg.18. } ELIÆ;
Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto. 4.Reg.3. } ELISÆI;

§ I.

Perfectio Eliæ supra modum mirabilis ex continua statione ante vultum Dei.



AGNVM illud Prophetarum lumen Elias Thesbites, non alia via, quàm assiduitate studij diuinæ præsentiæ, ad illustrem illam vitæ Sanctimo-

ctimoniam peruenit, quam nemo poterit vnquam admirari ſatis.

Illius non tantummodò ſolemne iuramentum, ſed &[a] ſpecialis ac frequentiſſimus loquendi modus erat: Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto. Hæc illi conditio, hæc vitæ ratio, hominis nimirum ante vultum Dei omni tempore conſiſtentis. Erat quaſi vnus ex [b] ſeptem Angelis ante Deum in perpetuas æternitates adſtantibus.

a *Alph. Toſt.*

b *Tob. 12.*

Hac exercitatione victor paſſionū, nec vllis captus illecebris, omnem iſtam ſecundùm corpus habitationem cæleſtis puritate conuerſationis obduxerat; mentem regens, carnem ſubijciens, & regia quadam auctoritate caſtigans. Hoc inſtituto fide plenus extitit, deuotione ſummus, in laboribus fortis, & aduerſus perſecutiones inuicto animi robore conſtantiſ-

stantissimus. Inde excellenti præditus ingenio, industria solers, in sancta meditatione assiduus indeficienti mentis intentione, quæ sursum sunt, sapiebat & quærebat, non quæ super terram.

Ex hac praxi factus est norma iustitiæ, sanctitatis speculum, pietatis exemplar, doctor Israelis, magister insipientium, sal terræ, & orbis lumen.

Consuetudinem cum Deo habens, ac mente Domino exercituum consentanea præditus, illatas ei contumelias ferre non potuit. Hinc illæ voces: [c] Viuit Dominus, in cuius conspectu sto: si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei verba. [d] Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filij Israël, altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio. Hinc loquebatur de testimonijs

c 3. *Reg.* 17.

d *Ibid. c.* 19.

nijs Dei in conſpectu Regum, & non confundebatur. Et cùm Achab in occurſum ei veniſſet, & dixiſſet: Tune [e] es ille, qui conturbas Iſraël? Reſpondit non minùs conſtanter, quàm ab ipſo Rege criminante in ipſum conuitia iactata fuerant liberè: Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſti mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. Indiderat illi Deus, in cuius conſpectu ſtabat, frontem ſicut adamantem, & ſilicem, ſicut poſteà [f] Ezechieli; vt duram & adamantinam frontem pertinaci inimicorum fronti aduerſam opponeret, & iniurias in diuinum honorem ab ipſis commiſſas perſequeretur & vlciſceretur.

e *Ibid. c. 18.*

f *Ezechiel. 3*

His potiſſimùm de cauſis ait Eccleſiaſticus, [g] Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum eius quaſi facula ardebat. Et reuera, quomodo ante

g *Cap. 48.*

& pro-

& prope ignem illum maximum perpetuò consistens non totus arderet? quomodo non totus foris & intus ignis efficeretur?

Denique ex constanti illo ante vultum Dei statu, quem ab ineunte ætate, immò & ab incunabulis erat habiturus, ei positum est Eliæ nomen; quod latinè redditum idem est ac Deus Dominus, aut Deus fortis.

Ex futuri præsagio vocatus est nomine Domini Dei, ad cuius similitudinem se virtutis vbertate formaturus erat. Nulla verò alia ratione ad Dei similitudinem se composuit, quàm diuino conspectui, tanquam veræ lucis filius, continenter assistens, & ardens, non illo igne consumptore bonorum, sed bonæ voluntatis auctore.



§. II.

§. II.

Ea potissimùm perfectionis regula discipulos Elias imbuebat, vt & ipsi ante vultum Dei stare consuescerent: quod & S. Antonius diligenter obseruauit.

INter nobiliores ignis proprietates, illa insignis est, quod (vt ait Diuinus Areopagita) [h] in qualibet suscipiente materia suæ maiestatis potentiam indicet, affatimque omnibus locupletissimam sui participationem præbeat. Huic quidpiam simillimum in nostro Propheta excelluit; qui diuini honoris & amoris zelo exæstuás, eo ipso, quo incensus erat ardore cunctos incendere conabatur: quod in sacris Regnorum Annalibus videre licet & admirari. Præsertim verò, vbi collectis in vnum discipulis in monte Carmeli (vbi Monasticæ profess‑

h Cap. 15. de cœlest. Hier.

fessioni dedit initium) studuit, iuxta formam à Deo sibi traditam, ad absolutæ sanctitatis apices eos erudire. Huius enim primarius canon erat: Vt ante illum ignem maximum, Deum dico, in cuius ipse conspectu stabat, seipsos perpetuò sisterent, eisdem quibus ardebat ipse flammis incendendos.

In ijs Eliæ discipulis princeps fuit Eliseus filius Saphat de Abelmeula, cui ad præceptoris exemplar familiare fuit ex abundantia & bono thesauro cordis sui dictitare: [i] Viuit Dominus i 4. *Reg.* 3.
exercituum, in cuius conspectu sto: hoc est, quem vt præsentissimum semper in mente habeo, reuereor, colo, & amo, eique per omnia placere contendo, æquè ac Magister meus, à quo sic sum institutus. Tales habuit Elias suæ æmulos & imitatores disciplinæ.

Nec

Nec ab illius æuo defuere successores, qui huius Principis vitæ sanctioris exemplo coram diuinis oculis perpetuò consistere studerent: maximè verò admirandus ille & toto orbe conspicuus Antonius, qui proinde magni [k] Eliæ atque Elisæi necnon Sancti Ioannis Baptistæ dictus æmulator, vitam cælestium gessit in terris amore virtutis.

k Auctor Vitæ S. Pachom.

Quod ne gratis assertum putetur, certissimæ fidei testem profero magnam illam Ægypti, immò totius orbis lucem Athanasium, qui ita de Antonio per interpretem loquitur: Semper [l] tanquam in principijs constitutus, ad perfectum diuini metus desiderium concitabatur. Nouisque cupiens augere præterita, meminerat Eliæ Prophetæ dicentis: Viuit Dominus, cui adsto [m] hodie ante ipsum. Et differebat, Cur hodie esset appositum:

l In Vita S. Anton.

m Ita etiā legit Chrysost. homil. 3 in Iob, & Anast. Nicen. Q. 31. in sacr. script.

ſitum: quia non computabat Elias præteritum tempus; ſed tanquam quotidie in certamine conſtitntus, talem ſe præbere cupiebat, qualem ſciebat dignum eſſe Dei conſpecti- bus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius.

Igitur Antonius ſecum reputans, oportere Dei famulum ex inſtituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud ſpeculum vitam ſuam debere componere, haud longè à Villa conſtituta ſeceſſit &c. *Hæc philoſophia*, hæc praxis hæc doctrina præſtantiſſimi illius religioſorum antiſtitis, Sanctorum Eliæ atque Eliſei æmulatoris.

Quantus verò ſanctitatis cumulus ex illa perſeueranti coram Deo ſtatione Beato Antonio & eius diſcipulis acceſſerit, citatus in teſtem Athanaſius integro volumine proſequitur. Cuius compendium dici poteſt illud

quod de Antonio ſcribit D. Ioannes Chryſoſtomus; [a] Talem vitam prorſus oſtendit, qualem leges Chriſti requirunt. Et Ruffinus: Placuit Antonius Deo ſupra cunctos mortales.

a Homil. 8. in Matth.

Porrò tanta erat (vt iam ex eodem Ruffino [o] retulimus) diſcipulorum Antonij ſanctitas, vt conuerſationem cum Angelis habere crederentur. Non alia ſanè de cauſa, quàm quòd proximam beatis illis mentibus, ac propemodùm eandem vitæ rationem agerent, ſemper videntes (per fidem tamen, per ſpeculum & in ænigmate) faciem Patris, qui in cælis eſt.

o Prax. 10.

§. III.

In iuſtitia & timore ſtandum ante vultum Dei.

PLura hoc in loco de ratione ſtandi in conſpectu Dei referri poſſent:

sent: verùm satis erit ad institutum, si celebrem illam Ecclesiastici sententiam attendamus: [p] Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. [p] *Cap. 2.*

Hæc [q] est namque perfectio disciplinæ, inquit Abbas Igniacensis, tam in mente, quàm in corpore, vt proponentes Dominum in conspectu nostro semper, semper vbique maiestati æternæ, quæ nos inspicit & iudicat, sine intermissione cum metu & reuerentia assistamus, fide ac iugi deuotione. [q] *Guerric. serm. 1. de SS. Petro & Paul.*

Hæc fides vigil, non ficta, non dissimulatrix; ipsa est quæ vel facili compendio ad perfectionem perducit: quæ grauitatem disciplinæ, sobrietatemque modestiæ, tam interiori quàm exteriori nostro tribuit; & velut in disciplina famulantium

Domino ſemper aſſiſtere facit: vt intentiſſimè & indeclinabiliter obſeruantes nutus eius, quid velit, quid iubeat, quàm celerrimè deuotio noſtra obediat. Ita Guerricus.

Eandem rationem ſtandi cum metu & tremore ante vultum Dei multis antè ſæculis docuerat Baſilius Magnus in hunc modum: [e] Si quis coram principe aliquo ſtat, & ipſum alloquitur, magno cum metu ſtat, & cùm corporis extrinſecùs, tum mentis etiam intrinſecùs attẽtos oculos tenet, periculi metu. Quanto tandem maiore cum metu trepidationeque cenſendum eſt oportere nos ſtare in in conſpectu Dei, tota mente in vnum illum intenta, neque vſquã aliò: cùm ipſe non hominis partem illam modò, quæ foris apparet, vt homines faciunt; ſed illam etiam quæ intus occulta, oculorum aſpectum fal-

[e] Cap. 1. Conſtit. Monaſtic.

fallit, clarissimè peruideat.

Non deerit fortè hic qui dicat: Ego à peccato debilior factus, id à meipso impetrare non possum, quin subinde, ac sæpiùs animo ac mente distrahar: Spiritus meus, Spiritus vadens & non rediens. [f] Quanta aguntur in corde humano, quemadmodum ipsæ plerumque orationes impediantur vanis cogitationibus, ita, vt vix stet cor ad Deum suum, & vult se tenere vt stet, & quodammodo fugit à se, nec inuenit cancellos, quibus se includat, aut obicet quosdam, quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdam motus. Vnde inuenimus in Scripturis Dei Dauid orantem & dicentem: [g] Inueni Domine cor meum, vt orarem ad te. Inuenire se dixit cor suum, quasi soleret ab eo fugere; & ille sequi quasi fugitiuum, & non posse comprehendere;

f Aug. in Psal. 85.

g 2. Reg. 7.

& clamare ad Dominum, Cor meum dereliquit me. Quid igitur faciendum illi qui corde firmo ante vultum Dei consistere desiderat, & conatur, nec potest? Respondet Diuus Basilius:[u] Enitere quantum potes, & ipse tibimetipsi vim affer, & coram Deo stare perseuera, mentemque tuam in illum defixam tene, ipsamque ad seipsam aduoca. Si ita feceris, ignoscet tibi Deus; quoniam non ex contemptione, sed ex infirmitate, eo modo, quo conueniret, coram Deo stare non vales. Dic proinde illi cum Augustino:[x] Ex ægritudine defluo; cura, & stabo: confirma, & firmus ero. Iocunda animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Et quomodo eam leuaui? Quomodo potui, quomodo tu vires dedisti. Toleras me, quia tu suauis es Domine ac mitis, & multùm misericors.


u Loco citat.
x In ps.85.

ricors. Non enim ſolùm miſericors, ſed & multùm miſericors. Abundat enim iniquitas noſtra, abundat & tua miſericordia.

Quæ licet ſpeciatim de ratione conſiſtendi coram Deo tempore orationis dicta ſint pro noſtra conſolatione & ſalute; certum tamen eſt, ad praxim continuam reduci debere, iuxta illud: [y] Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: præſertim cùm Chriſtus, quem ſcimus nobis à Deo veniſſe magiſtrum, dixerit: Oportet: [z] ſemper orare, & non deficere. Ex quibus directè & neceſſariò concludendum eſt, oportere nos ſemper cum metu & tremore in conſpectu oculorum Dei ſtare, & orare, atque ita ſalutem noſtram operari.

y *Pſal.* 15.

z *Luc.* 18.



§. IV.

De præparatione ad tentationem cum prædicto timore necessaria illis, qui decreuerunt stare in conspectu Dei.

GRaue timori pondus adiunxit Ecclesiasticus, cùm post illa verba, sta in iustitia & timore, subdidit: Et præpara animam tuam ad tentationem. Accessisti ad seruitutem Dei. Feliciter. Conseruare cœpisti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium. Perfice quod incæpisti. Sta in iustitia & timore super custodiam tuam sta, & fige gradum ad munitionem. Iustificationem quam cæpisti tenere, non deseras, paratusque sis mori potiùs quàm Dei leges præuaricari. Persiste velut rupes immobolis contra spiritus procellarum quæ imminent, & quæ te

mox pertinaciter adorientur, & concutere ac subuertere nitentur. Præpara animam tuam ad tentationem.

Quisquis[a] Deo coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præparetur. Tandiu enim aliquis diabolum contra se pugnantem non sentiet, quandiu opera illius exercere voluerit. Qui verò illum reliquerit, & Christum sequi elegerit, necesse est, vt illum patiatur infestum, cui iusto iudicio voluerit præponere Deum.[b] Intelligamus, quantò studiosiores pro salute nostra fuerimus, tantò nos vehementiùs ab aduersarijs impetendos. Diabolus habens iram magnam, non cessabit te ad casum impellere, &, si possit, supplantare gressus tuos. Ipse enim est Spiritus tempestatis, Spiritus nequam, & ventus turbinis veniens ab Aquilone, qui irruere solet

a Aug. serm. 93. de tēp.

b Leo serm. 1. Quadrag.

à re-

à regione deserti. Hic concutere tentabit quatuor angulos domus tuæ, vt funditus euertatur.

Quapropter obserua te quæso: esto firmus in via Domini: nam si non in timore illius tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. [c] Hæc porrò Sanctis est causa tremendi ac metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati, deserantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ.

c Leo serm. 8. de Epiph.

Vigilant [d] enim tentatoris insidiæ, vt vbi proficit deuotio, subrepat elatio, & vt homo de bono opere in se potiùs quàm in Domino glorietur. Quantò ergo excellentiùs in mandatis Dei quique proficiunt, tantò maiores habent causas formidinis & tremoris: ne de ipsis probitatis augmentis mens sibi bene conscia, & laudis auida, in superbiæ rapiatur excelsus, & fiat immunda vanitate, dum

d Ambros. epist. 84.

dum ſibi videtur clara virtute.

Experto crede Bernardo, cuius hęc verba fideliſſima ſunt & vera: [e] In veritate didici, nihil æquè efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere. [f] Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, ſiue, vt legit Chryſoſtomus, [g] beatus qui timet omnia propter pietatem: quæ eſt nobiliſſima timoris ſpecies. Nam per eiuſmodi metum, non tam pœnas & ſupplicia pro delictis infligenda, quàm ipſa delicta timemus, quatenus pietatem violant, & diuinam maieſtatem offendunt.

e *Serm. 54. in Cantic.*

f *Prou. 28.*

g *Hom. 55. in Geneſ.*

Timor iſte virtutum cuſtos eſt, & inter tentationum procellas anchora cordis, baſiſque ſolidiſſima, in qua hominem vt columnam ante oculos Dei perſiſtere oportet. Hac ratione

eri-

erimus per omnia securi: nam Deus
h *Isai. 66.* dixit: [h] Ad quem respiciam, nisi ad
pauperculum, & contritum Spiritu,
i *Chrysost. supr.* & trementem sermones meos. [i] Respiciam, hoc est, mea cura dignabor,
manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, & vbertim in eum meam
liberalitatem profundam. Et rursus:
k *Eccli. 33.* Timenti [k] Dominum non occurrent
mala, sed in tentatione Deus illum
conseruabit, & liberabit à malis. Et
l *Chrysost. hom. 53. in Ioan.* quemadmodùm [l] quercus altiùs demissis radicibus, nullius venti viribus
sternitur, ita animam diuino confixam timore nullus tentationum ventus euellet.

m *Cyrill. Alex. lib. 2. in Isai. cap. 16.* Permaneamus [m] itaque in timore Dei, sic enim supernæ misericordiæ
gratiam lucrifaciemus, peccatum ac
cupiditates vincemus, & diaboli tyrannidem parui admodùm ducentes,
laudatam ac probatissimam vitam
rectè


rectè instituentes, ad brauium supernæ vocationis perueniemus.

Huius doctrinæ summam expressit Concilium Tridentinum, cùm ait: Qui [n] se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in Vigilijs, in eleemosynis, in orationibus, in oblationibus, in ieiunijs & castitate. Formidare enim debent, scientes quòd in spem gloriæ, & nondum in gloriam renati sunt, de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: [o] Debitores sumus non carni, vt secundùm carnem viuamus. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

[n] *Sess. 6. cap. 13.*

[o] *Ad Rom. 8.*

PRA-



PRAXIS DECIMA TERTIA,

SALOMONIS.


In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipſe diriget greſſus tuos. *Prou. 3.*

---

§. I.

Solida & certa ratio proſperè in omnibus agendi.

a Tob. 5.



GGRESSVRVS[a] olim Tobias iunior iter in Rages Medorum, pro recuperandis decem talentis, quæ pater ſuus Gabelo inibi demoranti mutuùm ſub chirographo dederat; anxius admodùm fuit, viam ignorans, qua

qua pergere, & eò peruenire posset. Verùm iussu parentis egressus, vt fidum ducem itinerisque peritum inquireret, simul ac limine pedem extulit, peropportune & ad votum occurrit illi Angelus, ea specie, eoque habitu, vt videretur strenuus adolescens, accinctus, alacer, & ad capessendam viam expeditus. Is salutatus à Tobia, & interrogatus, respondit se esse Israëlitam genere, & sæpè spatium confecisse, quod est à Niniue vsque ad Medos: fuisseque aliquoties in Rages Medorum, & cum Gabello contribule suo aliquando commoratum. Quibus auditis, lætus supra modum Tobias, remque adeò suis optatis accommodam demirans, parenti renunciat: qui benè sibi omnia de adolescente ominatus, filium suum, remque totam, cuius gratia proficiscendum erat, illi maiorem in

mo-

modum pacta mercede commendat. Cumque fidem ſuam Angelus, æſtimatus adoleſcens, ſeniori prolixè ſpopondiſſet, & omnia ſecunda de filio, de profectione, deque mandato negotio ſperare ſuaſiſſet, in viam ſe dat cum cliente ſuo; atque ſicut prædixerat, cuncta proſperè ad voluntatem & adeò ſupra conceptam ſpem, euenerunt, vt nihil felicius expectari vel exoptari potuiſſet.

b *Tob.12.* Hæc itinere confecto commemorans [b] apud ſeniorem Tobiam iunior, cùm de præmio benemerenti duci iuſtè numerando ſimul deliberarent, ait: Pater quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius? Me duxit & reduxit ſanum, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmonium ab ea ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, meipſum

ſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

Quis ſimilem rebus ſuis proſperitatem, quis pares negotiorum exitus non optaret? Quis iter aggreſſurus, eundem, aut quempiam alium de loco habitationis gloriæ Dei principem non expeteret comitem, ductorem, & in peregrinatione familiarem ſolatium? Quis cæcus ademptam luminum aciem non cuperet tam facili ſibi negotio redintegrari, quo ſeniori illi Tobiæ?

Quis vitam in honorabili connubio, & immaculati thori fædere viuere proponens, coniugem adeò bene moratam, & tot auctas commodis nuptias non exoptaret? Quis debita cum tanta fide, & ad primam poſtu-

lationem sibi mox persolui non auerret? Quis denique felicia sibi omnia & cumulatissimè secunda prouenire; quis casus suos tam fortunata coronide concludi non desideraret?

Certè si quis rationem viamque nosset, & indicare vellet, qua homines prosperos rerum cum tempore fluentium euentus consequi possent; is ab omnibus adiretur, consuleretur audiretur, adeò prudentes & prouidentes filij huius sæculi in generatione sua sunt.

Cæterùm, quod pro secundo rerum labentium & euanidarum cursu, felicique prouentu maiorem in modum expetitur, id pro maximi momenti negotijs, & gratuitò, & facili compendio docet Salomon, cùm ait. In omnibus vijs tuis cogita Deum: & ipse diriget gressus tuos.

Nemo, reor, tam rudis, tam retu-

sæ

sæ mentis, & sacrarum literarum ignarus, qui vias hoc in loco de itineribus, quæ solis pedibus corporis conficiuntur, intelligat. Familiare siquidem est Scripturæ diuinitùs inspiratæ, viæ nomen vsurpare pro viuendi ratione, seu instituto, & consuetudine, in qua quis versatur, & quam assiduè calcat & terit iteratis studiorum & actuum gressibus. Cuius rei non alia videtur ratio conuenientior, quàm quod præsens vita via sit adeò perennis, vt nec quiescentibus liberum sit, vel ad momentum, cæptam à natiuitate semitam remorari.

In omnibus igitur vijs suis cogitare Deum, est nunquam à cogitatione Dei feriari. O præclaram, & apertam, & simplicem, & directam bene viuendi viam! In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipse diriget gressus tuos, diriget in conspectu suo viam

tuam, diriget te in semitam rectam, gressus tuos diriget secundùm eloquium suum, diriget te in veritate sua. Apud ipsum est sapientia &, fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam. A prosperitatis sponsore, cuius verborum principium veritas, cuius, natura bonitas, cuius voluntas potentia, qui attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter; quid prosperitatis, quid felicitatis non sperandum? Diriget gressus tuos, quibus ad æternitatem ambulas.

Pulchrè autem dicitur, & ipse diriget gressus tuos. [c] Quia non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei sine offensione seruare vestigium. [d] Licet millies enitamur, nihil tamen prorsus rectè agere possumus, nisi superno auxilio adiuti. [e] Omne verbum bonum, & omne opus sanctum

c *Ambros. in psal. 36.*

d *Chrysost. homil. 56. in Genes.*

e *Ambros. epist. 84.*

ctum donum est Spiritus Sancti, sine quo nihil rectè agitur. Quis enim sine auxilio gratiæ fructum potest afferre iustitiæ. [f] Verùm sicut nisi illo subsidio fruamur, nihil vnquam possumus rectè agere: ita nisi quod nostrum est attulerimus, non poterimus supernum auxilium obtinere. Demus igitur operam, vt & nostra afferamus, & supernum fauorem alliciamus: vt & ex nostro studio, & ex Dei benignitate virtutes nostræ quotidie crescant, multaque superna fruamur gratia. [g] Cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei; vt illam excitantem, iuuantem, locupletantem, & quotidie prouehentem, vigilanter & sobriè subsequamur, in omnibus vijs nostris Deum cogitantes & inuocantes, vt ipse gressus nostros dirigat. De quibus plura in sequentibus.

f Chrysost. supr.

g Ambros. supr.

§. II.

Quanti sit momenti cogitatio: Et quomodo Deus in omnibus vijs nostris cogitandus.

OMnia [h] opera vel mala, vel bona à cogitatione procedunt. In cogitatione quisque innocens, in cogitatione quisque reus est, propter quod scriptum est: Cogitatio sancta seruabit te. Et alibi, In cogitationibus impij interrogatio erit.

h Aug. con. 24. in psal. 118.

Est cogitatio sicut radix in arbore, à qua dependet arbor vniuersa. Sicut enim à radice stipes, rami, folia, flores & fructus: sic à cogitatione, tanquam ab originali radice, & opus, & omnes operis circunstantiæ procedunt. Quod Ruspensis Antistes Fulgentius hac breui quidem, sed dilucida gradatione demonstrat: Vis [i] nosse, vbi thesaurizas? attende quid

i Serm. de Confessor.

quid amas. Vis nosse quid amas? attende quid cogitas? Ita fiet, vt thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum indicio tuæ cogitationis intelligas.

Itaque [k] nullum est opus bonum, cuius non sit in mente cogitatio: [l] neque potest fieri, vt habeat facta mala, qui habet bonas cogitationes: facta enim de cogitatione procedunt. Eò autem præstantiora & amplioris meriti erunt opera, quò fuerint nobiliores & sanctiores intimi mentis sensus & motus. Et vnde illi digniùs nobilitari poterunt, quàm si ad Dei considerationem & obsequium conferantur, & impendantur?

k *Aug. in psal. 67.*
l *In ps. 148.*

Volens igitur sapientissimus Paræmiastes nos bene agere, & diuites fieri in bonis operibus, iisque thesaurizare fundamentum bonum in futurum, vt apprehendamus veram

vitam, non potuit excellentiorem nobis viam demonstrare quàm assiduũ de Deo cogitandi studium, nec accommodatiorem doctrinam tradere, quam illam: In omnibus vijs tuis cogita illum, seu, vt Hebræa vox cum affixo ו׳ דְּעֵהוּ sonat, cognosce eum: & ipse diriget gressus tuos; atque ita quæcumque facies prosperabuntur.

Sic autem in istiusmodi cogitatione ordinatim & cum vtilitate maiori poteris exerceri.

Primùm si mens tua versetur in perenni recordatione Dei vbique præsentis, omnia videntis omnia intelligentis. Verbum enim, Cogito, vt ait festus, frequentatiuum est à Cogo: atque adeò hìc innuit, non semel atque iterum, sed sæpè ac sæpiùs Deum cogitatione recolendum: quod, vt ex præcedenti-

bus

bus identidem dictum est, maximum est ad mores solidis virtutibus informandos incitamentum.

Deinde cogitans & agnoscens Deū esse Conditorem ac Dominum tuum, de obedientia illi continuè præstanda mediteris. Dicit enim Scriptura: Quæ [m] præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Non certè vt in sola cogitatione & mera theoria resideas: sed vt memor sis mandatorum ipsius ad faciendum ea. Illa namque tantùm cogitare propriè dicimur, quæ nos vi ac pondere suæ considerationis ad aliquid præstandum quasi cogunt. Vnde S. Isidorus Hispalensis nomen [n] cogitationis à cogendo fluxisse affirmat.

m Eccl. 3.

n L. 1. Sent. cap. 15.

Prætereà in omnibus vijs tuis cogitabis & cognosces Deum vt oportet, si oculus tuus fuerit simplex, si rectæ intentionis obseruantissimus,

quæ

quæ peragenda tibi fuerint, ad vnius Dei gloriam & eius sanctissimæ voluntatis beneplacitum actu referre contendas. Quod totius vitæ spiritualis fundamentum & decor, initium & finis omnium virtutum.

Porrò vt in agendis à Domini tui voluntate non aberres, vide ne quid vnquam eo inconsulto moliri, sed nec vel incipere ausus fueris. [o] Sine me, inquit, nihil potestis facere. [p] In hominis voluntate, nihil bonæ cogitationis oboriri certum est, nisi quod beneficio gratiæ præuenientis infunditur; nihil in melius augeri, nisi quod subsequentis iuuamine roboratur; nihil bene consummari, nisi quod eadem operante atque opitulante perficitur. Proinde continuum eiusdem gratiæ adiutorium frequentia orationis & bonæ operationis studio deposcendum.

o Ioan. 15.

p Fulg. lib. 2. de verit. prædest.

Quo-

Quocirca Dauid frequentissimè postulat à Deo dirigi.[q] Dirige me, inquit, in veritate tua, & doce me: nam[r] per meipsum non noui nisi mēdacium.[s] Dirige me in semitam rectam.[t] Opus manuum nostrarum dirige. Item,[u] Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Non dixit absolutè, vt animaduertit Chrysostomus,[x] doce me voluntatem tuam; sed doce me facere voluntatem tuam: hoc est, ad ipsa facta me deduc: superna enim ope, & cælesti doctrina opus est, vt gradiamur per viam quæ ducit ad virtutem.

O[y] confessio, ò præscriptio! quoniam, inquit, Deus meus es tu. Si non me docueris, faciam voluntatem meam, voluntatem propriam,[z] quæ est nefas pessimum, insanabilis languor, abiectio gratiæ, gladius bis acutus, subuersio cordis humani, & indicium

q *Psal. 24.*
r *Aug. ibi.*
s *Psal. 26.*
t *Psal. 89.*
u *Psal. 142.*
x *Ibid.*
y *Aug. ibid.*
z *Laur. Iustin. cap. 9. lib. de Obed.*

dicium perditionis æternæ.

Absit à me, vt sic agam, absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam: doce me facere voluntatem tuam.

a *Psal.* 118. Et in alio psalmo: [a] Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas! [b] Vbi audis, Vtinam, inquit Augustinus, vocem optantis agnosce: & agnita voce optantis, depone superbiam præsumentis. Quis enim se dicat optare, quod sic habet in arbitrij potestate, vt nullo indigens adiumento id possit efficere? Ergo si optat homo quod præcepit Deus; vt det ipse quod præcepit, rogandus est Deus. A quo enim optandum est, nisi ab illo, à quo Patre luminum omne datum optimum, & omne donum perfectum, Scriptura teste, descendit?

b *Aug. ibid.*

Huic concordant voces Prophetarum, præsertim Ieremiæ dicentis:

Scio

Scio [c] Domine, quia non est hominis via eius, nec viri, vt ambulet, & dirigat gressus suos: hoc est, explicante Diuo Hieronymo, [d] Intelligo Domine, ex te pendere viam hominis qui sit ad felicitatem venturus, & huius vitæ errores euasurus, & pœnas atque ærumnas effugiturus.

c *Cap. 10.*

d *Epist. ad Ctesiph. aduers. Pelagian.*

Non enim ad hoc sufficit humani arbitrij infirmitas, quæ semper ad peiora trahit; sed [e] operante Spiritu Dei iuuatur arbitrium, non aufertur: & hoc agit gratia, vt voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circunsepta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus suis, sed per opem miserantis medici curata reualescat, regenti gressus suos obtemperet, & per efficaciam gratiæ dirigentis feliciter incedat, & delectetur, sicut in omnibus diuitijs.

e *Ambros. epist. 84.*

Vide igitur quàm tibi necessarium sit, in omnibus vijs tuis cogitare Deum, & attendere dicenti, Oportet[f] semper orare, & non deficere: quod apposita comparatione sic explicat Beatus Ephrem.

f *Luc. 18.*

Similis[g] est Monachus viro ex alto demisso, qui funem excelso interuallo pendentem arripit, & se illi appendit, & indesinenter pro auxilio ad Dominum clamat; sciens se, si defecerit, vsumque manus vtriusque perdiderit, præcipitem illicò ruiturum & moriturum. Quod non de religioso tantùm, sed & de quolibet saluari desiderante intelligendum est; siquidem non solis Monasticem professis, sed & Christianis omnibus illam tonitru quouis terribiliorem sententiam Paulus intonat: [h] Cum metu & tremore salutem vestram operamini.

g *Tract. de Amor. Dei.*

h *Ad Philipp. 2.*

Deus

Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Cum metu & solicitudine versari solemus in eo quod ab aliena gratia dependet, ne fortassis eam socordia, vel ingratitudine nostra amittamus.

Hinc edoceris, vt in ijs quæ rectè gesseris, des gloriam Deo, nec dicas vel in corde tuo: [i] fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi præstiterunt: sed recorderis Domini Dei tui, qui tibi vires præbuerit & gratiam, & à quo dirigente gressus tuos declinasti à malo, & fecisti bonitatem. [k] Si proficimus, inde alimur: si stamus, inde subsistimus: si recidimus, inde reparamur. Ac proinde ad continuam gratiarum actionem illi referendam inuitamur. [l] Hoc enim est maximum sacrificium, hæc perfecta oblatio, hoc fiduciæ nostræ ad Deum argumentum.

i *Deuter.* 8.

k *Ambros. epist.* 84.

l *Chrysost. homil.* 9. *in Genes.*

De-

Denique vt paucis absoluam. Maximè necessarium esse Deum in omnibus vijs suis præsentem cogitare destinantibus, vt in omni rerum euentu, ei constanter innitantur; & in bonitate de illo sentientes, molesta quæuis & aduersa, animo non solùm humili, moderato & patienti; sed etiam, quod in eis est, hilari, & planè voluntario, de manu paternæ illius bonitatis excipiant. Via hæc Laboriosa est & acerba, sed plana fiet, & amæna vocabitur. si Deum in ea tuum ducem cogites. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas, in quibus non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculū.

§. III.

Hæc praxis quotidie manè renouanda.

AD faciliorem dictorum praxim non parùm iuuabit si singulis die-

diebus Dominus poſſideat te in initio viarum tuarum, antequam quidquam facias à principio diei: ſi, inquam, expergefactes à ſomno, & quaſi rediuiua poſt ſoporem alacritate ſurgens, [m] cogitationum tuarum ortus atque principia diuinis conſecres holocauſtis, vt apud Caſſianũ Theonas loquitur. [n] Sapiens cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur.

[m] *Coll.21. cap.26.*

[n] *Eccli.39.*

Huius induſtriæ momentum eximiè commendant Patres pro ſapientiæ & meritorum laude ſuſpiciendi. In primis Baſilius optimo iure dictus magnus, ſed maximi cognomine dignior. Is in regulis fuſiùs diſputatis, [o] Primi, inquit, animi ac mentis noſtræ motus conſecrentur Deo, neque vllius rei curæ aditum ad nos ante demus, quàm nos in cogitatione

[o] *Ad interr.37.*

de Deo oblectauerimus, sicut scriptum est, [p] Memor fui Dei, & delectatus sum. Neque corpus priùs ad functionem muneris alicuius moueamus, quàm illud fecerimus, quod dictum est, [q] Orabo ad te Domine, manè exaudies vocem meam: manè adstabo tibi. Et in epistola ad S. Gregorium Theologum: [r] Ecquid beatius, quàm hominem in terra concentum angelorum imitari? ineunte statim die in orationes ire? in hymnis & canticis Creatorem venerari? Exinde sole iam lucescente, conuerti ad opera, nusquam sine oratione? denique canticis, tanquam sale, condire actiones?

[p] *Psal. 76.*
[q] *Psal. 5.*
[r] *Epist. 1.*

Et D. Ambrosius, [s] Cùm diluculò, inquit, surgimus, ante omnes actus sæculi debemus actus habere pietatis: debemus priusquam procedamus de cubiculo, gratias agere Saluatori, qui nos

[s] *Serm. 43.*

nos quiescentes & dormientes in lectulis custodiuit. Debemus surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus in signo facere Saluatoris, in quo omnium rerum est tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cæperit, vitæ fructum consequetur æternæ. Qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad cælum vsque perueniet. [t] Primitias vigiliarum tuarum Christo dicato; primitias actuum tuorum Christo immola.

t *Lib 3. de Virgin.*

An [u] nescis homo, quod primitias tui cordis & vocis quotidie Deo debeas? Sic ille Christianum instituens. Qui ne videatur indulgere tibi, vt in multam dormias lucem, sufficereque putes, si quacumque libuerit hora, cubitu surgas, & experrectus primitias cordis & oris Domino dedices; adsis, quæso, mente his quæ S. Doctor adiungit. [x] Occurre, ait, ad so-

u *Serm. 19. in psal. 118.*

x *Ibid.*

lis ortus, vt te oriens inueniat iam paratum, ne lumina tua madido adhuc sopore mergentia, primus diei fulgor exagitet. Præueniamus orientem solem, occurramus ad eius ortus, antequam dicat: Ecce adsum. Vult præueniri sol iustitiæ, & vt præueniatur, expectat; studia deuotionis tuæ desiderat experiri. Manè festina ad Ecclesiam: defer primitias pij voti; & posteà, si vocat sæcularis necessitas, non excluderis dicere: Præuenerunt oculi mei manè meditari verba tua: & sic securus procedis ad actus tuos. Quàm iucundum inchoare ab hymnis & canticis, à beatitudinibus quas in Euangelio legis! Quàm prosperum vt te Christi sermo benedicat, & dum recantas Domini benedictiones, studium alicuius virtutis assumas, vt etiam in te benedictionis diuinæ meritum recognoscas!

Ea-

Eadem mente S. Ioannes Chrysostomus ait, [y] cùm lectulo surgimus, anteuertere solem oportet Dei cultu, & magno cum timore genua flectentes, precationi operam demus, ac beatitudine nos ipsi dignos, Deo colendo, reddamus. Age verò quomodo solem aspicies, non antè illum veneratus qui oculis tuis lucem solis dulcissimam profert?

y *Homil.* 1. *de precat.*

Beatus item Laurentius Iustinianus, [z] Omnes, inquit, Christi serui, cuncti Deo placere cupientes, primordia diei & actionum conentur Altissimo consecrare, quatenus secutur opera à suo non declinent principio. Vnde mox vt à somno euigilant, semper cor sursum erigere contendant. Prima vox, prima cogitatio, primus affectus diuinam resonet laudem, ignitam ad Deum dirigat supplicationem; & illi se syncero cor-

z *Lib. de discipl. monast. cap.* 10.

de committant, qui valet potenter de periculis imminentibus liberare. Mũdissimo namque Domino mundissimum debet offerri sacrificium, non terrenis fædatum cogitationibus, nec obcænis imaginationibus coinquinatum.

Huius exercitationis vim atque præstantiam B. Ephrem expertus, certò comperit, & literis memoriæque mandauit, quòd [a] si surgens è lecto, primorum motuum tuorum initia ab oratione duxeris, aditus peccato in animam non patebit. Quod intelligens inuentor omnis malitiæ, suis fraudibus præuenire contendit, vt primitiarum nostrarum optima quæque prior ipse decerpat & auferat. Vt enim notat S. Abbas montis Synaì, Est [b] è spiritibus (haud dubium quin ex angelis satanæ) præcursor dictus, qui nos è somno experrectos statim exci-

a De Orand. Deo.

b Clim. grad. 26.

excipit, & primitias cogitationum nostrarum inquinat. Offer Domino diei tui primitias, & eius erunt qui anteuerterit. Dignum, inquit, auditu sermonem mihi quidam Dei seruus retulit, se videlicet ex primis diei auspicijs totius diei statum conijcere seu præscire.

Denique vt cum B. Ambrosio concludam, [c] Diem à Deo incipiamus, & in ipso finiamus. Cùm vespera diem claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere. Hoc autem vt faciamus, non solùm ratione, sed etiam admonemur exemplis. Nonne enim videmus minutissimas aues, cùm illucescentem diem aurora producit, in nidorum cubiculis varia dulcedine personare, & id studiosè agere priusquam procedant, vt creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant: & quem-

c *Lib. 2. de Abrah. c. 5. serm. 43.*

admodum vnaquæque earum quoniam confeſſione nequit, modulis prodat obſequium, ita vt videatur ſibi deuotiùs gratias agere, quæ dulciùs perſonauit: hoc etiam peracto diei curſu ſimiliter facere? Quis igitur non erubeſcat ſenſum hominis habens, ſine pſalmorum celebritate diem claudere, cùm ipſæ volucres Dei laudem modulata cantilena pronuncient?

Imitare ergo minutiſſimas aues, manè & veſpere Creatori gratias referendo. Et ſi es deuotior, imitare luſciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies ſola non ſufficit, nocturna ſpatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens, operi tuo adde nocturna curricula, & inſomnem ſuſcepti laboris induſtriam pſalterij ſerie conſolare. Si ita veſpere & mane & meridie Deū

cum

cum laude cogitaueris, prosperi erunt ipso dirigente gressus & actus tui, beatus es, & bene tibi erit.

§. IV.

Dauid in hoc studio præstantissimus.

NOn aliunde doctrina hæc hausta videtur, quàm ex Dauidis fontibus, cui quotidianum erat præuenire solem ad benedictionem Dei & eum ante lucis ortum adorare. Media [d] nocte, inquit, surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ. [e] Dies ipsos meditationibus præueniebat: Vigilabat ille diluculo: non expectabat, vt grauatos somno oculos lux infusa perturbaret. Vigilabat ille, & ipsum redeuntis lucis ortum orationibus operiebatur, nunc Prophetarum dictis occupatus, nunc Psalmorum hymnis inten-

d *Psal.* 118.

e *Hilar. ibid.*

ten-

admodum vnaquæque earum quoniam confeſſione nequit, modulis prodat obſequium, ita vt videatur ſibi deuotiùs gratias agere, quæ dulciùs perſonauit: hoc etiam peracto diei curſu ſimiliter facere? Quis igitur non erubeſcat ſenſum hominis habens, ſine pſalmorum celebritate diem claudere, cùm ipſæ volucres Dei laudem modulata cantilena pronuncient?

Imitare ergo minutiſſimas aues, manè & veſpere Creatori gratias referendo. Et ſi es deuotior, imitare luſciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies ſola non ſufficit, nocturna ſpatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens, operi tuo adde nocturna curricula, & inſomnem ſuſcepti laboris induſtriam pſalterij ſerie conſolare. Si ita veſpere & mane & meridie Deũ

cum

cum laude cogitaueris, prosperi erunt ipso dirigente gressus & actus tui, beatus es, & bene tibi erit.

§. IV.
Dauid in hoc studio præstantissimus.

NOn aliunde doctrina hæc hausta videtur, quàm ex Dauidis fontibus, cui quotidianum erat præuenire solem ad benedictionem Dei & eum ante lucis ortum adorare. Media [d] nocte, inquit, surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ. [e] Dies ipsos meditationibus præueniebat: Vigilabat ille diluculo: non expectabat, vt grauatos somno oculos lux infusa perturbaret. Vigilabat ille, & ipsum redeuntis lucis ortum orationibus operiebatur, nunc Prophetarum dictis occupatus, nunc Psalmorum hymnis inten-

d *Psal.* 118.
e *Hilar. ibid.*

tentus, nunc Patriarcharum & Sanctorum gestis negotiosus.

O Regem sanctitate maiorem quàm potestate! Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu pietatis & deuotionis plenus sit? Cùm esset Rex tanti nominis, tam sublimi clarus imperio, [f] cùm innumerarum curarum tanquam fluctibus circunfunderetur, ac præthereà bellica certamina suscepisset, non modo lucente die supplices orationes Deo adhibebat; sed etiam intempesta nocte, gallorum cantum minimè expectans, vsque adeò Dei effectoris sui desiderio flagrabat, vsque adeò alacri & prompto animo illius auxilium postulabat.

f *Chrysost. in psal. 118. v. 147.*

Studium orandi non tantùm illi præcipuum, sed & primum erat; neque solùm dum esset Rex in accubitu suo, præsentis Dei memoriam con-

seruabat, ne quid improuidam mentem turbare posset & inquinare; sicut ipse testatur: [g] Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam: verùm & de mediæ noctis silentio & quiete somnnm abrumpens, & à palpebris excutiens, de cubili surgebat ad confitendum Domino, ad laudes eius celebrandas, & vt auditam faceret illi misericordiam suam. g. *Psal.* 118.

Principium antelucanæ meditationis huius Sancti Regis erat de sanctitate Dei; nec id aliunde quàm de verbis eius agnosco. Manè, inquit, astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Id mihi stabili lege decretum, vt primo mane ante lucem consurgens, me tibi præsentem exhibeam. In illo autem silentio matutino, antequam turba negotiorum regni pulset regiæ

meæ

meæ fores, importuniùs obstrepens, vt ijs, ne desim officio, attendam, primùm considerabo te sanctissimũ, cui nihil inuisum magis quàm peccatum: ac proinde cùm Sanctus sis in omnibus operibus tuis, imitationem tuæ sanctitatis à nobis exigere, sicut scriptum est in lege Moysi: Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum.

Ea consideratione, tanquam fundamento, præmissa, videbat Dauid auxilium sibi à Domino postulandum, vt cælestis benedictionis munere, proximæ lucis horas ac momenta totiusque vitæ residuum sanctissimè traduceret. Porrò quibus verbis & affectibus eam deprecaretur gratiam, ex Psalmis abundè colligi poterit: in quibus nihil eo genere postulationis frequentius inuenies. Cuiusmodi illud est, quod post decre-

cretum adſtandi manè Deo ait: Domine deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam; ſeu, vt habetur in Hebræo, dirige in conſpectu meo viam tuam. Sed vt notat Theodoretus, [h] vtraque pium ſenſum habēt. Siue enim noſtra via dirigatur in cōſpectu Dei, non aberrabimus; ſiue via Domini ante nos dirigatur, ipſam ambulabimus, illamque promptè curremus. h *Ibid.*

Porrò quis huius orationis ſenſus ſit, ſequentia Chryſoſtomi verba declarant: [i] Iuſtitiam hic dicit vniuerſam virtutem. Et rectè dixit, Tuam iuſtitiam. Eſt enim etiam hominum iuſtitia, quæ ex externis legibus proficiſcitur, quæ nihil habet perfectum & abſolutum, & conſtat ex humanis cogitationibus. Ego autem, inquit, tuam peto iuſtitiam, quæ à te delata i *Chryſoſt. ibid.*

eſt, quæ deducit in cælum, & auxilium, vt hanc iuſtitiam mihi concilìem. Rectè autem dixit illud, Deduc me: præſens enim vita via eſt, quæ vt à manu ſuperna deducatur, opus habet. Opus habemus ſuperno auxilio, vt indicet, confirmet & deducat. Multæ enim ſunt viæ quæ diuertunt: propterea dexteram Dei teneamus. Multi, inquit, conſpirarunt inimici volentes greſſus meos diuertere, & in errorem abducere, & in aliam viam ducere. Quia ergo tales ſunt inſidiæ, tales inuaſiones, ipſe me deduc: dirige in conſpectu tuo viam meam: fac vt ambulem coram te per viam rectam, per viam veritatis quam elegi. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum quia ipſam volui.

His affinis eſt illa oratio: Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum;

tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. Quem versiculum S. Hilarius iuxta Dauidis mentem egregiè sic illustrat: Sciens [k] vndique sibi iniustitiæ dominationes imminere, orat vt gressus sui dirigantur, non secundùm sæculi vias, non secundùm humanam gloriam, non secundùm corporis voluptates, sed secundùm eloquium Dei. Si nihil impedimenti vsquam occurreret, si aduersantes sibi non vndique adessent, suis ipse viribus in ea quæ agere vellet, confirmaretur. Sed vbi insidiæ sunt, vbi bellum est, opus est potioris auxilio, vt non in se dominetur omnis iniustitia. Non vt à se absit, sed, ne dominetur sui, orat. Scit per tentationes ad gloriam perueniri. Dominationem iniustitiæ Propheta metuit: tentationem verò eius non recusat. Dirigendos autem esse à Domino gres-

k *Hilar. ibid.*

gressus suos secundùm eloquia sua, meminit, ne iniquitas qua tentatur, potestatem possit habere dominandi. Nimium esset hic diutiùs immorari in similibus recensendis & explicandis, quæ passim obuia sunt & nota, & manifestam faciunt Prophetæ sancti pietatẽ; qui medijs noctibus exurgens, solitus erat votiuis orationibus diuinam opem promereri, vt dies sanctè, sicut decet sanctos, transigeret. Nouerat enim quanti referret præuenire solem ad benedictionem Dei, & ad lucis ortum, iustitiæ Solem Patremque luminum adorare, illi statim à lecto seipsum sistere, illi immolare primogenita, hoc est, bonorum operum primordia, cui, vt ait Nazianzenus, [l] nihil tam proprium est, quàm de omnibus bene mereri.

l *Orat. 26.*

Quoniam, [m] inquit, cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogi-

m *Psal. 75.*

cogitationis diem festum agent tibi. Hoc est, Si primi cogitationum ortus tibi Deus conserentur, & puritas intentionis à luce prima, seu, ante lucem tibi sacra perseueret, quod exinde sequetur, id est totius diei series, in tui nominis amorem, venerationem & gloriam expendetur. Os lingua, mens, sensus, vigor, confessionem, laudes, inquam, tuas personabunt.

Quemadmodum autem Deus solet implere splendoribus illorum mentes, qui ad ortum surgentis auroræ, immò & ante lucem ad eum accedunt, iuxta promissum dicentis. Accedite ad eum, & illuminamini: Sic in contrarium, horrendam illis caliginem princeps tenebrarum effundit, qui ad Deum lucis de luce vigilare minimè soliciti, ad vanitates & insanias falsas, ad desi-

deria multa inutilia & nociua, ad ea quæ non conueniunt, ad iniquitatem quam fortè meditati sunt in cubili suo, ad opera denique tenebrarum, animo & cogitatione se conuertunt.
K cap. 3. De quibus Sophonias ait: [K] Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas, siue, vt ex Hebræo reddit Sanctes Pagninus, omnia opera sua. Atque ita cùm malè diem inchoauerint, peiùs agitant, & prosequuntur, at pessimo tandem fine concludunt.

Et quid aliud esset expectandum ab ijs, qui statim à somno experrecti, totius diei massam fermento malitiæ & nequitiæ contaminant, & inficiũt? Quid luminis & bonitatis in eorum operibus, quorum dextros oculos ne viderent cœcum. tortuosus ille co-
l 1. Reg. 11 luber, cuius vmbra fuit olim [l] Naas Ammonites, eruit. Noluerunt intelli-

telligere vt bene agerent. Quid inde? [m] In tenebris, inquit Iob, quasi in luce ambulant; siue, vt loquitur Diuus Augustinus, [o] in tenebris est eorum habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant: & de tenebris euntes in tenebras, nesciunt vbi corruant.

m cap. 34.

o cap. 34. Solil.

§. V.

Vnde tantùm discriminis oriatur, vt alij ad Deum de luce vigilent; alij verò minimè.

NOn multum hic desudandum: plana quippe, & obuia huius differentię ratio, quàm Dauid in capite Psalmi sexagesimi secundi satis indicat. Cùm enim dixisset: Deus Deus meus, ad te de luce vigilo; huius mox sedulitatis suæ causam subiungens, ait: Sitiuit in te anima mea. Sitis ergo animæ ad Deum, vis ar-

dens eius amoris, vehemensque studium Deo per omnia placendi, & obsequendi, sanctum Regem excitabat, & instanter vrgebat, vt cùm primùm dilucularet, mentem manusque ad cœlum eleuans, lucis ac diei primitias Deo lucis, & luminum Conditori dedicaret.

Cur autem id innumeri minimè curent, immò fastidiant, & vt Apostoli verbis vtar, cur non probent habere Deum in notitia, & tunc illius cum pietate recordari; est quia etiam ipsi siti æstuant, sed siti planè priori contraria. De qua Diuus Augustinus, qui ea quondam enectus penè fuerat, citatum Dauidis locum explicans, ait: Omnis qui sibi vult aliquid præstari, in ardore est desiderij: ipsum desiderium sitis est animæ. Et videte quanta desideria sint in animis hominum. Alius desiderat

rat argentum, alius desiderat possessiones, alius desiderat hereditates, alius amplam pecuniam, alius multa pecora, alius domum magnã, alius vxorem, alius honores, alius filios. Videtis desideria ista quomodo ardent in cordibus hominum? Ardent omnes homines desiderio, & vix inuenitur qui dicat: Sitiuit tibi anima mea. Hæc ille in vtraq; sorte pragmaticus.

Itaque pro qualitate sitis, id euigilans quisque cogitat, meditatur, intendit, proponit, & exinde prosequi & assequi laborat cuius æstuanti feruet desiderio. Qui viam veritatis non elegerunt, sed vanitatis; qui prauitatem cordis sui sequi, qui statuerunt oculos suos declinare in terram, qui post concupiscentias suas ire decreuerunt, qui à propria voluntate nolunt auerti, quomodo pri-

ma luce ad Deum vigilarent; quomodo illum quærerent, quem inuenire, cuius vocem audire, cuius sãctissimæ voluntati parere recusant? quomodo rebelles lumini ad Deum, vt illuminarentur, accederent? Quæ societas luci ad tenebras? Qua ratione Deo dicerent: Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas edoce me; qui nec vias eius intelligere, nec nec in lege eius ambulare volunt?

Libenter, vt reor, consurgerent in nocte, in principio vigiliarum, & diluculò venirent ad Deum si suis immoderatis affectibus eum fauentem scirent, si ad cupiditatum suarum prauitatem inclinandum sperarent. Cùm verò dicat iustus, & sanctus Dominus: [p] In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij: arrogantiam, & superbiam, & viam prauam detestor: quæ posset esse

p prouerb. 8

par-

participatio iustitiæ cum iniquiatte? Quæ conuentio Christi ad Belial?

Quandiu profectò quis non diligit cordis munditiam, non habebit amicum Regem: quandiu viam iniquitatis à se quis non amoueret, nec est in lege Domini voluntas eius, nihil aliud expectare potest, quàm tremendum illud. [q] Non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. O verbum asperum! Quis ab auditione ista mala non timebit? Quid inde prosperitatis, cùm videlicet homo sibi ipsi, desiderijs, & adinuentionibus suis fomite peccati sulphuratis dimittitur cùm Dei lumine non dirigitur, cùm Dei dextera non tenetur, cùm eius efficaci gratia non adiuuatur?

q *Psal*. 80.

§. VI.

Nihil nisi Deo consule, & dirigente prosperum.

EX dictis perspicuum est, omnia quę inconsulto Deo præsumũtur & geruntur, non solùm prodesse nihil, sed & infelicissimos exitus habere, & ea etiam quæ homines sibi salutaria putant, Deo nolente verti in perniciem. Vt homines qui suo tantùm consilio, sua tantum terrena & animali sapientia, suo tantùm auxilio nixi, res aggrediuntur, & moliuntur, experimento suo, & non mediocri malo sentiant atq; probent, cuius dementię, & temeritatis, quàm & insolentię arrogantiæ fuerit, rerum omnium Conditorem, Dominum atque moderatorem, à quo est omnis sapientia, consiliorum suorum participem efficere noluisse. Verissimè

enim Sapiẽs ait: Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Discursus ferè omnes nostri. & ratiocinationes, admixtam habent formidinem de opposito. Et si verum est, non esse sapientis dicere: Non putabam, quot sapientes numerabimus? quotus est, vel ex sapientissimis, qui non subinde cogatur illud vsurpare. Non putabam? Vniuersale est, quod non tantùm potentia, sed & actu pluribus, immo & omnibus fermè videtur inesse mortalibus.

Quàm multis reciderunt in deterius excogitata consilia! quàm frequenter hominum sensu & expectatione aptissimè prouisa, cursum interiecto obice non tenuerunt!

Intellectus[b] noster tam perspicax est ad ea quæ sunt manifestissima, quàm vespertilionum oculi ad meridiani

b *Arist. 2. Metaph. t. 1*

ridiani Solis lumen fixiùs intuendũ. Neque ſolùm diſcurſus noſtri, vt ſic, ſeu, vt noſtri, ſunt in ſpeculatiuis imbecilles, ſed etiam in practicis; vt euentus ipſi teſtantur: res enim ſubinde, & frequentiùs accidere ſolent longè ſecus, & animo deſignatæ, & expectatæ fuerant. Et quid mirùm, cùm ſint cogitationes mortalium, prouidentiæ mortalium, cogitationes mortales, prouidentiæ mortales, cogitationes timidæ, & incertæ prouidentiæ?

Perſuaſum omnino nobis ſit, quod quemadmodum hic Mundus inferior omnibus in rebus à ſuperiori, hoc eſt, à cœleſti regione pendet (illius enim vi, omnia gignuntur, aluntur, conſeruantur, & ad iuſtam maturitatem perueniunt) ſic vita, ſalus, dignitas, ſanctitas, atque omnis felicitas, omne deniq; cuiuſ-

cumq.

cumq; generis bonum, ab illo summo rerum omnium Principe, & moderatore ita manant, vt citra eius opem, nihil prosperum & salutare in hominum vita contingat.

Væ[c] filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me; & ordiremini telam, & non per Spiritum meum. Filios desertores attrectat eos, qui deserto vel oblito Deo ad humana remedia confugiunt, qui Deum in agendis non consulunt, sed humano tantum ingenio negotia suscipiunt, & aggrediuntur; quod perinde est, & telas aranearum texere, magno studio, & solicitudine se cruciare, & euiscerare, nec inde quidquam moliri, quàm quod momento facillimè rumpitur, & perditur.

c *Isai.* 30.

Inite[d] consilium, inquit per Isaiã; & dissipabitur: Loquimini verbum

d *Cap.* 8.

&

& non fiet. Et per Malachiam :[e] Isti ædificabunt, & ego destruam : quia [f] Nisi Dominus ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.[g] Omnia vana sunt, Deo omnium conditore minimè concurrente. Qui legit, intelligat, nihil Deo aduersante securum.

e cap. 1.
f Psal. 126.
g Theodoret. ibid.

Et quamuis subinde cuncta videantur ex animi sententia fluere, & secundis ad optatum voluntatis portum ventis procedere : in momento tamen, in ictu oculi,[h] in tranquillitate tempestas orietur. Ad modicum, &[i] ad præsens laxat Deus habenas, sed posteà adstringet : Noli gaudere ad piscem, qui in esca sua exultat : nondum traxit hamum piscator. Nam iam ille habet hamum in faucibus, & quod tibi videtur longum, breue est, & omnia ista citò transeunt.[k] Cùm dixerint, pax

h Hiero in c. 1. Ion.
i Aug. in Psal. 96.
k 1. Tess. 5.

&

& securitas, repentinus eis superueniet interitus, & non effugient. Quoties liberum est admirari; & exclamare;[l] Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. *l Ps. 72.*

Sic [m] Adoniæ contigisse sacri Regum Annales referunt, qui videns non procul abesse supremum patris diem, regios sibi spiritus assumpsit, & quod mente conceperat, ambitiose prædicabat, dicebatque audacter & liberè, Ego regnabo. Itaque cùm nihil de consulenda Dei voluntate solicitus, ad Israelitici regni fastigium aspiraret, adhibuit ad illud prorsus immaturum coniurationis consilium Ioab, & Abiathar, hunc in sacris, alterum in re bellica Principes: quorum opera, cum iam Rex acclamatione solemni, ab ijs qui partes eius adiuuabant, renunciatus esset *m 3. Reg. 1.*

ſet, remque planè confectam putaret; eadem die, & regio nomine priuatum, & auxiliaribus copiis, quæ in eius cauſam conſpirauerant, nudatum, ac manifeſtæ perduellionis
n 3. Reg. 2. reum ſe vidit, [n] & poſt aliquantò, iuſſu Salomonis, meritas Bananiæ gladio pœnas exoluit. Cùm dixerint pax & ſecuritas, repentinus eis ſuperueniet interitus.

o 4. Reg. 14. Non minùs inſipienter [o] Amaſias Rex Iuda elatus immoderatè, quòd Idumæos vno congreſſu, Deo proſperante, fudiſſet, ſic ea victoria de poteſtate mentis exiuit, vt velut ebrius, ſibi nouos ſucceſſus fingeret, & victorias maiores. Quas adeò certa expectatione breui futuras, & quaſi poſitas in manu credebat, vt Ioas regem Iſrael illo tunc longè potentiorem vltrò laceſſeret: Veni, inquiens per nuncios ſuos, & videamus

mus nos. Cui cùm respondisset Ioas, vt suas vires expenderet, quæ infirmiores erant, quàm quæ possent belli, ad quod prouocabat hostem, pondus sustinere; eumque humaniter admonuisset, vt minùs magnificè de se sentiens, otio, quandiu liceret, frueretur & pace. Non acquieuit Amasias verùm in sententia pertinax, venit quàm optimè armis instructus, certamen intulit: sed cùm minimè consuluisset Deum victoriæ prosperitatisque sponsorem, in conflictu superatus, ingentem sibi, populoque suo cladem, & regiæ ciuitati suæ turpissimam ignominiam intulit.

Videtur etiam Iosias [p] eiusdem regni septimus ab Amasia Princeps, non quidem in directa prædictorum serie omnino reponendus; attamen pace tam sancti Regis dixerim, insignem

p 4. Reg. 23

gnem ſapientiæ paſſus eſt eclipſim, cùm illi excidit os Domini interrogare, prius, quàm Ægyptiorum Regi Pharaoni Nechao contra Aſſyrios properanti armatus occurreret. Hortabatur eum Ægyptius percunctáter, ne ſibi moleſtus eſſe pergeret, quando ſibi cum illo nihil eſſet negotij; ſed tota illa belli moles Aſſyrius peteret, hoſtem communem. Perſtitit tamen in ſua mente obſtinatò Ioſias, quod illi fuit exitio: nam in primo congreſſu cum Ægyptijs, dum agit incautiùs, à ſagittarijs confixus occubuit in Mageddo.

Sed inter inſipientes, & arrogantes [q] Ioſephum Zachariæ filium. & Azariam numerãdos nemo ſanè cõtradixerit; qui audientes res bene geſtas, & prælia Iudæ, ac fratrum eius, quos Deus in belli ſacri Duces elegerat, decreuerunt ſibi facere

[q] 1. Machab. 5.

nomen

nomen, & gloriam præliando comparare. Quare non inquisita Dei sententia & voluntate, à Machabæo se segregarunt, & sine consilio, immò & contra eius consilium, ad certamen temerè properantes, existimarunt fortiter se facturos. At verò singulari Dei præsidio (quem à se nimia sui confidentia abalienarant) deserti citò, & vnà die, turpissimè victi ceciderunt, & cum eis de populo Israel ad duo millia.

Similibus ad rem præsentem confirmandam exemplis Scripturæ redundant. Sed, si placet, ne meminerimus priorum, & antiqua ne intueamur. Quàm multę huius veritatis luctuosæ & miserabiles tragędię passim oculis exhibentur? Quot insperatæ orbitates? Quot improuisa charorum funera? Quot rei familiaris iacturę? Quot bella atque dissidia?

Quot infaustæ nuptiæ? Quot fœdissimè violata matrimoniorum fœdera? Quot sinistra consilia? Quot infatuata, & dissipata, quæ tamen prudentissimè correpta, & maturè decreta reddebantur? Quot perplexæ lites, & sinuosæ explicationis, quæ pistrino forensi diu, & permolestè versato, exitum non habent? Quot pollutæ dolis pactiones? Quot in adeptis muneribus, & offitijs molestiarum periculorum, & damnorum examina, cum tamen sensus, & cogitatio hominis cuncta in illis tranquilla, & ad votum feruentia sibi finxissent? Quot ad decus, & amplitudinem aspirantes, sempiternam nomini suo labem adepti, cum ignominia, & dedecore perierunt? Quot suscepti labores, & conatus non solùm irriti, sed etiam optatis, & expectationi sinistrè respondentes? Quot rerum

euer-

euersiones? Quot postremò Mundi calamitates?

Quæ ferè omnia inde ducunt originem, quòd miseri mortales, non attendentes[r] prosperitatem hominis in manu Dei esse; eo inconsulto, & oblito, humana tantùm sapientia, quę stultitia est apud Deum, rerum momenta meditantur: negotia falsis affectuum suorum ponderibus expendunt: de rebus arduis pro desideriorum insania iudicant atq; decernunt; easque humanis tantùm consilijs nixi suscipiunt & moliuntur: atque ita à Deo auersi, fortunæ ludibrio relinquuntur.

r Eccli. 10.

Hos vt cœcos, & amentes redarguit Sanctus Iacobus, cùm ait: Ecce nunc qui dicitis: [s] Hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrũ faciemus, qui igno-


s Cap. 5.

 ratis

ratis quid erit in craſtino. Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Quomodo autem de negotijs ſit cogitandum & loquendum, ſubdit: Dicatis ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud. Conſilium dat, vt ante omnia dicatur, Si Dominus voluerit: vt primùm probemus quæ ſit volùtas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Deinde vt memiuerimus nos habitare domum luteam, quæ breui caſura eſt: terreſtri autem noſtra domo huius habitationis diſſoluta, aliò demigrandum, in domum videlicet æternitatis quam vt in cœlis habeamus, nulli parcendum labori. Eſſe quidem de bonitate Dei, vt tantum bonum aſſequamur; id tamen etiam à nobis innocenti ſtudio promerendum. Sic proinde vtendum hoc Mũdo, tan-
quam

quam eo non vtamur: futura præsentibus, diuina terrenis, perpetua breuibus anteponenda, nihil magnū re, quod paruum tempore. Deniq; in sempiternum æuum esse thesaurizandum. [t]Ideò enim Christiani facti sumus, vt semper de futuro sæculo, & de æterno præmio cogitemus, & plus pro anima quàm pro corpore laboremus. Quod vt beatè nobis contingat, sic vitam Dei consilio moderemur, vt nihil audeamus nisi de eius sententia decernere, nihilq; omnino nisi ex eius imperio, consilio, & præscriptione moliri. Itaque non aliunde concludo, quàm vnde duxi principium: In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipse diriget gressus tuos.

t *Naz. in sent. Aug. serm. 136. de temp.*



PRAXIS DECIMAQVARTA VTRIVSQVE SANCTI TOBIAE SENIORIS, ET FILII.

Omnibus diebus vitę tuæ in mente habeto DEVM. *Tob.* 4.

---

§. I.

Tobias pater assiduam Dei memoriam sibi perquàm familiarem filio commendat.




VPREMVM sibi diem imminere ratus Tobias, ingenuo & obsequenti filio, cui nomen suum imposuerat, mandata præscripsit tanto digna parente:

rente: quorum præcipuum, & breuiarium fuit istud: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum. Quibus verbis adhortabatur, ne Deum vnquam à sua memoria pateretur excidere,

Nihil suadebat bonus pater filio, cuius ab ipso præclarum non haberet exemplar; à quo plus habet viriũ quodcumque mandatum, quàm à quantumcumque graui atque copiosa dicendi, & imperandi forma. [a] Nihil est enim doctore illo frigidius, qui verbis duntaxat philosophatur: neque enim hoc doctoris est, sed histrionis, & hypocritæ. [a] *Chrisost. homil. 1. in Act.*

Dei memoriam in corde fixam atque firmatam venerandus illle senex habuerat omni tempore, & eam vt regulam de cœlo delapsam ad optimę conuersationis actus obseruarat. Cupiens verò vnicum, & dilectissimum



PRAXIS DECIMAQVARTA VTRIVSQVE SANCTI TOBIAE SENIORIS, ET FILII.

Omnibus diebus vitę tuæ in mente habeto DEVM. *Tob.* 4.

---

§. I.

Tobias pater assiduam Dei memoriam sibi perquàm familiarem filio commendat.

SVPREMVM ſibi diem imminere ratus Tobias, ingenuo & obſequenti filio, cui nomen ſuum impoſuerat, mandata præſcripſit tanto digna parente:

rente: quorum præcipuum, & breuiarium fuit istud: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum. Quibus verbis adhortabatur, ne Deum vnquam à sua memoria pateretur excidere,

Nihil suadebat bonus pater filio, cuius ab ipso præclarum non haberet exemplar; à quo plus habet viriũ quodcumque mandatum, quàm à quantumcumque graui atque copiosa dicendi, & imperandi forma. [a] Nihil est enim doctore illo frigidius, qui verbis duntaxat philosophatur: neque enim hoc doctoris est, sed histrionis, & hypocritæ.

[a] *Chrisost. homil. 1. in Act.*

Dei memoriam in corde fixam atque firmatam venerandus illle senex habuerat omni tempore, & eam vt regulam de cœlo delapsam ad optimę conuersationis actus obseruarat. Cupiens verò vnicum, & dilectissimum

ſibi filium non vitæ duntaxat, ſed & morum ſuorum, & virtutum ſuperſtitem relinquere, eandem perfectionis normam maiorem in modum illi commendat, & qua ſecundùm ſanctæ & à Deo conditæ legis inſtituta, certiſſimè dirigeretur. Neque hoc primùm loco vir ſanctus documentum iſtud filio tradidit, quem ab infantia timere Deum docuerat, & abſtinere ab omni peccato.

Porrò cùm ſciret etiamſi cætera parentum documẽta, & monita procedente tempore nonnunquam obliuione deterantur; quæ tamen ægro ſpiritu, & exanimata voce capulo proximi commendant parentes, excidere non ſolere: & illa eadem, quia poſtrema, & pretioſiora parentibus, plus in poſterorum mentibus habere ponderis. Hæc, inquam, conſiderans Tobias, ſupremi officij ſui eſſe

cen-

censuit, filium ad vitæ integritatem his præcipuè verbis erudire: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum.

§. II.

Quàm iustum sit hoc mandatum obseruare.

O Doctrinam salutarem! o diuinam sapientiam! o mandatum desursum descendés, aureis literis in omnium cordibns insculpendum! ò solidissimum probitatis, & pietatis, ac virtutis omnis fundaméntum. [a] Hæc est illa pietas ad omnia vtilis, ad quam Paulus dominicorum oraculorum promus condus Timotheum institutionis suæ filium vult exerceri. Quid enim aliud est pietas, nisi vt ait Diuus Bernardus, [b] iugis Dei memoria, continua intentionis actio ad intelligentiam eius, & inde-

a 1. ad Timot.4.

b Epist. ad fratres de mont. Dei.

defessa actio in amorem illius?

Nec immeritò vir sanctus perpetuitatem in hac exercitatione desiderat. Vt enim Theologus Nazianzenus ait, [c] Non tam sæpè respirare, quàm Dei meminisse debemus; immò, si hoc dici potest, aliud nihil quàm hoc faciendum.

c Orat. 1. de Theol. & orat. de cura pauper.

Si quis hoc tecum fœdus iniret, vt quandiu ipse beneficijs te prosequeretur, tu illius recordareris, satisne sanæ fores mentis, si eam tibi commodam conditionem mox, & libenter non admitteres? At [d] Deus continenter nobis benefacit, in esse conseruans, & necessaria ministrans. [e] In ipso viuimus, & mouemur, & sumus. Cur ergo illum non semper in mente habeas? immò verò cur illius perpetuò obliuisceris, sine quo non esses? Siquidem quo temporis momento à te oculos auerteret, protinus

d Idem ib.

e Act. 17.

tinus

tinus abires in nihilum. Sicut enim hominis species considerantis vultũ natiuitatis suæ in speculo, mox vt ab eo se abducit, non comparet: Ita si rerum Deus tenax vigor respicere nos desineret, in nihilum, vnde nos in lucẽ protulit, illicò recideremus.

Quocirca sicut ille tui semper recordatur benefaciens de cœlo, sic & perennis illius memoria ex animo tuo, ne vel ad momentum, si fieri potest, vnquam elabatur. [f] Obserua, & caue nequando obliuiscaris Domini Dei tui. f Deuter. 8.

Id vnicè curabat Diuus Augustinus, qui & dilectionis præceptum ea de re datum esse censet, vt Dei bonorum omnium opulentissimi largitoris perpetuò recordaremur. Sic enim Deum alloquens ait: [g] Domine Deus meus iussisti in lege tua, vt diligam te toto corde meo, tota anima g C. 18. Soliloq.

mea,

mea, tota mente mea, tota fortitudine mea, & totis viribus meis, & etiam ex intimis medullis cordis mei, omnibus horis, & momentis, quibus fruor bonis misericordiæ tuæ: quoniam semper perirem, nisi quia semper regis me; semper morerer, nisi quia semper me viuificas, & omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla hora est, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non vtar, sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos, in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea. Sic ille qui & alibi explicans maximum, & primum mandatum quod Apostolus plenitudinẽ Legis appellat, [h] Diliges, inquit, Deũ ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, vt omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intelle-

h L. 1. de Doctr. Chri. cap. 22.

tellectum in illum conferas, à quo habes ea ipsa quæ confers. Cum autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ nostrę partem reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re frui velit; sed quidquid aliud diligendum venerit, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit.

Hic obiter animaduerte [i] mandatũ diuini amoris pluribus verbis inculcari propter cordis nostri duritiam, sicut fieri solet in robore, aut quolibet alio duriore ligno, cui infigendus est clauus. Nam propter ligni duritiem, non totus clauus statim intromittitur; sed crebra eaque valida percussionè intrare cogitur, donec totus infigatur ad votum percutientis. Istud ergo præceptum dilectionis quasi clauus est nostris cordibus infigendus: ac propterèa dicit Deut:

i Balduin. apud Tilm. in allegor. super Deut.

Dili-

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et altiùs, ait: Et ex tota anima tua. Et vt vlteriùs penetret, ſubdit: Et ex omnibus viribus tuis. Et vt ad interiora intima perueniat, nouiſsimè adiungit: Et ex omni mente tua. Nimis hoc mandauit, quod voluit cuſtodiri nimis.

Si igitur nullum inſtans, ſi nihil cordis noſtrì, ſi nihil mentis, nihil animæ, nihil virium nobis liberum concreditur, & vacare debet ab amore Dei, conſequens eſt, vt ſine intermiſsione in mente habeatur. Actus amoris ex præſenti cogitatione dilecti profluit; & tandiu perpetuanda dilecti cogitatio, quandiu dilectionis exercitatio continuanda.

Modus

§. III.

Modus variandi memoriam præsentis Dei pro varietate perfectionum eius.

MEmento Creatoris tui secundùm multitudinem magnitudinis eius. Multitudinem magnitudinis hic intelligo attributa, seu perfectiones Dei: pro quarum varietate Dei recordans, imbecillitati tuæ consules, vt in illa exercitatione fastidium non sentias.

Memento igitur misericordię Dei, vt in illum sperans, non confundaris. Memento iustitiæ, & æquitatis, vt nunquam peccato consentias. Memento altitudinis diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei; vt sancto timore confixus, ab incomprehensibilibus iudicijs eius timeas. Memento supremi dominij, vt iustum esse agno-

scens

ſcens hominem ſubditum eſſe Deo, & mortalem, non altum de ſe ſentire, humilieris ſub potenti manu eius, & voluntatem Domini tui facias corde magno & animo volenti.

Memento tremendæ voluntatis eius; vt illam vbique reuerearis, nec audeas coram illa, quod me preſente non auderes. Memento conſpectus oculorum eius, obſeruantis omnes ſemitas tuas, & veſtigia pedum tuorum conſiderantis, cunctoſq; greſſus tuos dinumerantis; vt ſolicitus ambules cum Deo tuo.

Memento bonitatis, & perpetuæ charitatis, quæ te dilexit, & attraxit miſerans; vt vices amoris, quantas poteris pro modulo rependas. Memento benignitatis, & beneficentię; vt tu, qui miſer es, & miſerabilis, & pauper, & cœcus, & nudus, frequenter eum inuoces: vt aperiat tibi manum

num suã, & te benedictionibus cæli desuper, benedictionibus ex Sion impleat. Memento prouidentiæ, vt omnem solicitudinem tuam in illũ proijciens, cui de te cura est, sub vmbra alarum eius spaties, donec transeat iniquitas.

Memento suauitatis, & dulcedinis eius, vt eum semper esurias, & sitias. Memento veritatis, vt credas: memento summę pulchritudinis, vt ad eius æternam contemplationem adspires: memento infinitæ perfectionis, vt & semper laus eius sit in ore tuo, & ad illus imitationem contendas; sicut scriptum est: [i] Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. Atque ita de alijs diuinis perfectionibus, quarum singulę varias rationes habendi in mente Deũ tibi suggerent, quarum vsu & fastidium adimes, & miris in Deum affectibus, i *Ad Eph. 5*

k Psal. 76. & ardoribus oblectaberis; adeò vt & tibi cum Dauide dicere liceat, [k] Renuit consolari anima mea: memor
l Ibi. fui Dei, & delectatus sum. Hoc est, vt Beatus Augustinus ait: [l] Tantum tædium me sic terrenorum occupauit, vt contra omnem consolationem se clauderet anima mea. Memor fui Dei, & delectatus sum.

§. IV.

Quantum malum sit obliuio Dei.

HIs igitur, alijsque modis, faciliorē tibi viam parabis ad iugem Dei memoriam, qui tui absque intermissione recordatur, qui te in manibus suis descripsit: qui proinde hoc à te amoris, & honoris desiderat, & exigit, vt nunquam eius obliuiscaris. Contemnere videtur Deum perpetuò sui memorem, perpetuò se respicientem, perpetuò benefa-

nefacientem, qui per incuriam non recordatur illius. Vt enim obseruat rectè, & sapienter Diuus Thomas:[a] Obliuio paruipēsionis est euidens signū, cùm ea infingamus memoriæ, quæ magis æstimamus.

[a] 1.2.q 47. a.2. ad 3.

Si Deus thesaurus tuus est, si Deus cordis tui, si totus tibi desiderabilis, si omne bonum tuum, si verè dicis: Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? in illo sanè debet esse cor tuum. Porrò vbi cor, ibi dilectio: vbi autem dilectio, ibi grata dilecti memoria: vbi illa, ibi solicitudo, studiumq. ei ex amore placendi, & obsequendi: quæ solicitudo sinceræ pietatis mater est, solidarumque virtutum fœcundissima parens.

Contra verò, ex obliuione Dei, vitiorum & scelerum omnium soboles.[b] Sicut enim (vt docet S. Basilius

[b] L. 1. Paral. c.18.

apud Damaſcenum) fieri non poteſt, vt quiſpiam à recta via deflectat, niſi animus ipſius Dei obliuione prius laborarit: ita vbi illa ſedem animæ præcipuam occuparit, Deique timorem ex arce deturbarit, tanquam à peſsimo quodã dæmone in præceps actus, ſic fertur in omne vitium.

c c. 8. [c]Oblitus eſt Iſrael, inquit Oſeas, factoris ſui: quid inde? Et ædificauit delubra [d] (in excelſis: totos colles, & montes, & vmbroſas arbores, Baal & aſtaroroth, & alijs dijs conſecrans. Oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & creatore contempto alium ſibi finxit Dominum.) & Dauid: [e]Non eſt Deus in conſpectu illius, ſeù, vt ex Hebræo vertit Diuus Hieronymus, non eſt Deus in omnibus cogitationibus eius; hoc eſt: Sine Dei recordatione ſunt omnes cogitationes eius. Quid tum? Inqui-

d Hierony. ibid.

e Pſal. 9.

quinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Studia eius, cogitata, dicta, factaque immunda sunt, & prophana. Nihil enim Sancti, nihil religiosi, nihil quod mundum purumque sit, aut cogitat, aut cupit, aut loquitur, aut facit.

Obliuio Dei tyrannicè dominatur animæ tanto furore, vt ne ratio quidem opitulari queat. [f] Tria sunt quæ animæ dominantur, antequam ad magnam mensuram perueniat, & hæc in mente non sinũt habitare virtutes: Captiuitas, Pigritia, & Obliuio. Atqui harum regina est obliuio.

f Esai. Abb Orat. 7. de virtutib.

Hęc enim pugnat cum homine, & conatur opprimere omnes eius bonas cogitationes; atque ita malorum omnium affert occasionem, quotidie destruit ea, quæ ab hominibus ædificantur. [g] Obliuio Dei

g Theodoret. in Ezech. sect. 3.

Dei est causa impietatis.

h Basil. respons. ad inher. 6. Regular. fus.

[h] A Dei memoria abstractus in eo assuescit, & iudicia eius condemnat obliuisciturque; quo neque maius ei, neque capitalius malum vllum potest accidere.) Sic viæ omnium, qui obliuiscuntur Deum. Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum: ne tandem aliquando vobis eueniat, quod ait: Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui viuens oblitus est Dei.

Ab illa tremenda prorsus animaduersione longiùs abesse cupiens Diuus Augustinus, dicebat Deo: [i] Ex quo Domine, didici te, non sum oblitus tui. Vbi enim inueni veritatem, ibi inueni Deum meum ipsam veritatem, quam ex quo didici, non sum oblitus. Itaque ex quo didici te, manes in memoria mea

i lib. 10. confess. c. 24

mea, & illic te inuenio, tùm reminiscor tui, & delector in te. Hæ sunt Sanctæ deliciæ meæ, quas donasti mihi misericordia tua respiciens paupertatem meam.) Sic ille veritatem dicens in Christo, non mentiens, testimonium sibi perhibente conscientia in Spiritu Sancto.

O doctissime Sanctorum, & Doctorum Sanctissime, cui secundus es, aut quis sibi secundus in continua recordatione Dei, in ardore dilectionis, in studio pietatis? Et quis posset similiter sic gloriari sibi? Quis ita Deo fidelis in omni domo eius? Confundantur hic, & erubescant valde velociter, qui Dei obliuiscuntur diebus innumeris. Sed & quàm paucorum est hæc vox Philocomi Presbyteri apud [k] Palladium. Non memini me vnquam animo à Deo meo recessisse.


k In Lausiac. c. 113.

Huius doctrinæ summam expressit Concilium Tridentinum; cùm ait: [l] Qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore, & tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, in elemosynis, in orationibus, in oblationibus, in ieiunijs, & castitate. Formidare enim debent, scientes quòd in spem gloriæ, & nondum in gloriam renati sunt, de pugna, quæ superesset cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: [m] Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

l Sess.6. c. 13.

m ad Rom. 8.

PRA-



PRAXIS DECIMAQVINTA


EORVNDEM, SENIORIS NIMIRVM

TOBIAE ET FILII.

Omni tempore benedic DEVM, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. *Tob.* 4.

§. I.

DEVS omni tempore benedicendus.



VM Tobias, de quo supra dictum est, perpetuam Dei memoriam dilecto sibi filio commendasset, eidem paulò mox iniunxit, vt omni tempore Deum benediceret. Non enim siccam & inertem Dei recordationem commendabat, sed cum

cum laude & iugi benedictione coniunctam, iuxta illud Euangelici Prophetæ: [a] Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei; hoc est, ne ad momentum à laude Dei cessetis.

[a] *Esai. 32.*

Omnino debent continuis Dei laudibus seipsos dedicare, quibus decretum fuerit omnibus diebus vitæ suæ in mente habere Deum. Aliud quippe ab altero neutiquam disterminari potest. Cùm statuisset psalmorum concẽtor prouidere Dominum in conspectu suo semper, coniunctim decreuit & istud: Per singulos dies benedicam tibi. Benedicam Dominum in omni tempore; Semper laus eius in ore meo. Laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, quandiu fuero.

[b] Hoc est imprimis pij animi, se hymnis, & laudibus Dei consecrare.

[b] *Chrisost. in psal. 144.*

re. Turpe enim fuerit, vt homo, qui eſt compos rationis, & omnibus, quæ videntur præſtantior, ſit creatura in Dei laudibus inferior: Non ſolùm autem turpe, verum etiam abſurdum, Quomodo autem non abſurdum? ſiquidem ipſa quotidie, atque adeò ſingulis horis emittit Domino glorificationem. Cœli enim, inquit, enarrant gloriã Dei; & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.

Sol & Luna, & varius aſtrorum chorus, & pulcherrimus ordo cæterorum omnium, ſuum prędicat Opificem. Qui eſt ergo his omnibus præſtantior, ſi hoc non faciat, quomodo erit is dignus vlla venia? aut quamnam poterit afferre ſui defenſionem, cùm qui ideò factus eſt, vt

Deo

Deo placeat, & regnum futurum consequatur, eius quidem nullam ducat rationem, sed negotijs secularibus curisque mundanis se implicet.

§. 2.

DEVS tum propter se, tum propter beneficia nobis collata omni tempore benedicendus.

PRæcipua ratio benedicendi Deum, est, quia magnus Dominus, & laudabilis nimis, hoc est; c propter excellentem eius gloriam, dignissimus est, qui laudibus, encomijs, & hymnis celebretur. Non autem solùm laudabilis, sed laudabilis nimis. Cùm autem quàm sit laudabilis, verbis non posset Dauid exprimere, subiunxit: Et magnitudinis eius non est finis.

c. *Chrysost. in psal.* 144.

Hæc [d] inquam Dei prima, & præci-

d *Hisac. in psal.* 144.

cipua laudatio est, quod nihil in se mediocre, nihil circumscriptum, nihil emensum, & magnitudinis suæ habeat & laudis. Virtus eius opinione non clauditur, locis non continetur, nominibus non enunciatur, temporibus non subditur; arctus ad id sẽsus noster est, ingeniũ hebes, sermo mutus est. Finem magnificentia eius nescit, & aliquam emetiendi se opinionem immensa magnitudo non patitur.

Magnitudinis eius nõ est finis; ac propterea oportet eum tantùm gloria afficere, & laudare, idque supra omnem modum, propter hanc infinitam, & incomprehensibilem essentiæ magnitudinem.

Secundò propter summa eius in nos beneficia, quorum alia communia sunt, quæ toti naturæ contulit Opifex omnium; alia priuata, seu

cu-

cuiusque propria, ac plerosque latentia, quibus nos quotidie, & continuò imprudentibus sæpè nobis & nescientibus afficit. De quibus tùm in sexta Praxi nonnulla designauerimus, de communibus hoc in loco restat agendum.

Si igitur vacare libet, & in illam mentis aciem paululùm intendere, si vel ea incipias enumerare, in ineffabile beneficiorum pelagus illides, vt ait Chrysostomus, & videbis quot nominibus benignissimo Deo sis obnoxius: atque ita dices admirans cum Gregorio Nyssenæ vrbis, imo & orbis luminari: [f] Quis mihi terrã substrauit? Quis pecuniam solertia atque industria naturam humidam fecit? Quis præfert mihi faciem solis? Quis emittit fontes in conuallibus? Quis parauit omnibus alueos, per quos decurrant? Quis mihi bruto-

[f] Orat. 1. de Orat. Domin.

torum animalium ministerium subiecit? Quis me, cùm puluis inanimis essem, vitæ pariter & mentis participem fecit? Quis hoc lutum ad imaginem figuræ diuinæ formauit? Quis imaginem diuinam per peccatum in me confusam, ad pristinum rursus decorem reduxit? Quis me pulsum paradiso, & ligno vitę priuatum, & in barathrum vitę materialis demersum, ad pristinam traxit beatitudinem? Hæc ille.

Quibus simillima tibi subiunges S. Ioannes Chrysostomus, ait: [g] Tuũ est cœlum, tuum est firmamentum, Sol laternarius tuus, Luna ancilla tua, Stellæ faces tuæ, aer nutritius tuus, tuaque omnia, quę in aere versantur. Tua est terra, tuum mare, quæque in eis sunt cuncta. Tuus Mundus, Ecclesia tua, tuum altare, tuum Sacrificium, tui Angeli,

[g] *Homil de fil. prod. Tom. 5.*

geli, tui Apoſtoli, tui Martyres, tua præſentia, tua reſurrectio, tua immortalitas, tua incorruptio, tuum regnum cœlorum. Omnia quæ cernuntur oculis, quæque mente percipiuntur, ſunt tua.

Neque minùs iſta te beneficia moueant, quod etiam cœteris offeruntur: non enim ex ijs quidquam inde tibi minuitur, aut decedit, ſiue naturæ, ſiue gratiæ munera conſideres. Finge animo te vnicum orbis incolam: An à ſole plus luminis, plus caloris, aut virtutis exigeres, vel optares, quàm nunc, cùm vnus ex innumeris eum diuina prouidentia tibi beneficum experiris.

Et de parta per Chriſtum gratia & redemptionis beneficio, attende quomodo loquatur Apoſtolus. [h] In fide inquit, viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro

c ad Galat 2.

me.

me: [i] Quid ais, ò Paule, inquit Chrysostomus, dum communia propria tibi venditas, quæque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Tu paulò antè dicebas: [k] Qui proprio filio suo non pepecit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et Euangelista: [l] Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. Quin & vnigenitus ipse dicit: [m] Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Non igitur pro se, sed pro omnibus. Quomodo ergo proprium appellas commune beneficium?

i In c.2. ad Gal.& Homil.24. in Genes.

K ad Rom. 8.

l Ioan.3.

m Ioan.12.

Profectò, inquit, ei gratias debeo, quasi me solum dilexisset. Nam licet pro omni hominum genere sacrificium ab eo sit oblatum, par est, vt quisque nostrum non minùs gratias agat Christo, quàm si ob ipsum

ſum ſolum obtuliſſet. Neque enim recuſaturus erat, vel ob vnum tantam exhibere diſpenſationem, adeò ſingulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem vniuerſum.

a Paulin. Epiſt. 31. Quocirca [a] omnis noſtra ratio in præceptis, & laudibus Altiſſimi occupata eſſe debet: illi omne quod loquimur, omne quod viuimus, cum perpetua actione gratiarum repēdi, cuius opere, & munere loquimur, & viuimus.

Pergens olim Iacob in Meſopotamiam, & proſperos itineris ſui, & peregrinationis ſucceſſus è cœlo deſiderans, his precibus, & votis

o Geneſ. 28 Deo ſe conſtrinxit: [o] Si fuerit Dominus mecum in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſque fuero proſpe-

ſperè ad domum patris mei : erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quē erexi in titulum, vocabitur domus Dei : cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

p Petebat Iacob non diuitias, non abundantiam, nihil pretioſum: Sed panem, & veſtem, & hanc ad contegēdum corpus, illum verò in neceſſarium alimentum, promittebat autem & ſua Domino. Vide iuſti gratitudinem; vide mentem piam, ac religioſam. Erit mihi, inquit, Dominus in Deum : nouo titulo, religiſiori cultu, peculiaribuſque Sacrificijs ei deſeruiam, Si mihi panem, & veſtimentum dederit:

p *Chryſoſt. hom. 54. in in Geneſ.*

Namque illo mihi ſemper Deus, illius aram.

Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus,

Eum quē hactenus colui vt omnipo-

nipotentem, colam deinceps vt misericordem, & singularem benefactorem.

Vide huc per comparationem beneficiorum minoris ad maius, quæ magnificentià diuinæ liberalitatis in se profudit abundè: expende rationes dati, & accepti, considera quam animi gratitudinem præstiteris, & in te redundantem Dei bonorum effusionem admirans, dic animæ tuæ: Quantum debes Domino meo? Quid faciam tibi ò custos hominum? Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?

q Ægid. minor in sent. [q] Videmus mendicos miris efferre laudibus illos, à quibus etiam parum accipiunt. Quales ergo nos oportet esse erga Deum nostrum. Vnum [r] hoc ad retributionem eorũ, quæ accepimus, habemus, vt per ora-

r Nyss. orat. 1. de orat. Dom.

ra-

rationem pariter, & gratiarum actionem benefactorem, remuneremus.
[f] Hoc maximum beneficium, hæc perfecta oblatio, hoc fiduciæ nostræ ad Deum argumentum. De quare operæ pretium erit Beatum Hieronymum audire in hunc modum præclarè disserentem.

f *Chrysost. Rom. 9. in Genes.*

[t] Gratias agamus Deo; quod nobis sol oritur, dies currit, nox mutatur in requiem, splẽdore lunæ tenebre temperantur, & ortu occasuque stellarum tempora mutantur, & redeunt: quòd nobis seruiunt pluuię, terra parturit, elementa famulantur: quòd tantæ animalium varietates, vel ad vehendum, vel ad operandũ, vel ad vescendum, vel ad tegmen, vel ad exemplum, vel ad miraculum datæ sunt: Et ad extremum, quòd nati sumus, quòd subsistimus, quòd in mundo, quasi in quadam domo

t *Hierony. in c. 5. ad Ephes.*

potentissimi patris familias procurationem gerimus, & totum quidquid in mundo est, nostri causa intelligimus procreatum. Specialiter verò, quando in Dei beneficia, quæ nobis accedunt, gratulamur: in omni tempore, & pro omnibus Deo gratias referamus. Et non tantùm pro his quæ bona putantur, sed etiam quæ nos coarctant, & contra nostram veniunt voluntatem, in Dei præconium mens læta prorumpat, & dicamus: [u] Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus redeam: sicut placuit Domino, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

u Iob. 1.

Christianorum propria virtus est, etiam in his quæ aduersa putantur, referre gratias Creatori. Si domus corruerit, si amantissima vxor & filij, vel captiuitate, vel veneno, vel naufragio interempti sint: Si diuitias

pro-

proscriptione perdimus, si sanitatem innumerabiles morbi, & semper expectanda miseris podagræ debilitas fregerit.

Qui sibi sanctiores videntur, solent Deo referre gratias, quod de periculis, vel de miserijs liberati sūt. Sed iuxta Apostolum hæc virtus est maxima, vt in ipsis periculis atque miserijs Deo gratiæ referantur, & semper dicamus: Benedictus Deus: minora me scio sustinere, quàm mereor: hæc ad mea peccata parua sunt, nihil mihi dignum redditur. Hic animus Christiani est: hic crucem suam tollens, sequitur Saluatorem, quem nec orbitas, nec damna debilitant. Ita Hieronymus in spiritu Dei loquens.

Et certè vt Diuus Ambrosius ait: [x] Non magnum est, si tunc Domino gratias agas, quando in prosperis, *x In psalm. 118. Serm. 7. v. 7.*

& ſecundis es: Sed ſi tunc adhæreas Chriſto; quando te perſecutor exagitat; quando aliqua procella perturbat[y] Quid magnum facimus, ſi quando in ſecundis ſumus, laudamus Deum: quando in diuitijs ſumus, quando nullis vexamur iniurijs? Illud eſt magnificum, ſi ſubiectus iniurijs, contumelijs, iudicium Dei laudes: Si vexatus ægritudine, iudicia Dei prædices: Si te inopia non reuocet, quo minus laudes iuſtitiam Dei.

y ibid. Serm 10. v. 3.

Hanc diuinam philoſophiam accuratè filio commendabat meritorum, & virtutum plenior, quam dierum Tobias dicens: Omni tempore benedic Deum.

Nec aliud quàm praxim ſuam docebat: ſic enim de eo legimus: Cùm[z] ab inſtantia ſua ſemper Deũ timuerit, & mandata eius cuſtodierit,

z Tob. 2.

rit, non est contristatus contra Deũ, quod plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Vade & tu fac similiter.

Ego cum Theologo Nazianzeno [a] inter eos nomen meum profiteor, qui verbum illud probant, quod nos die, ac nocte iubet meditari, vespere, & mane, & meridie narrare, & benedicere Dominum in omni tempore; siue, vt verbis [b] Moysis vtar, dormiamus, siue consurgamus, siue iter faciamus, siue quid aliud agamus: atque ipsa recordatione ad puritatem informari.

Porrò, ne quis hac in parte desit gratiæ Dei, & officio benedicendi Deum in omni tempore, grauem, & fortem Diui Basilij Magni sententiam meditationis tuæ libra ponderandam offero. [c] Quandocumque, in-

a Orat. 33.

b Deuter. 6

c In Reg. fusior. resp. ad interr. 2.

inquit, mecum ipſe Dei beneficia conſidero, terribilis me quidam cum mentis conſternatione horror inuadit, metuentem videlicet, ne ſi aliud agendo in rebus futilibus ac vanis animum occupauero, à Dei charitate deiectus, Chriſto dedecori ſim. Qui enim aſſiduè nunc ſuis nos artificijs circumuenire, & mundialis iſtius vitę illecebris ineſcans, omni conatu efficere ſtudet, vt datorum nobis à Deo beneficiorum, Deique ipſius memoriam ex animis noſtris reuellat, is, vbi hinc migrauerimus, cum animarum noſtrarum exitio nobis inſultans, vehementiſſimeque inſectans, contemptionem Domino noſtram contumelioſè exprobrabit, contumaciaque ac defenſione ab ipſo noſtra, gloriandi materia aduerſus illum vtetur: quòd videlicet, cùm nos ipſe neque crearit, neque
pro

pro nobis mortem subiecit, sibi tamen, spretis contemptisque Dei præceptis, obsequentes habuerit. Equidem istam ego futuram aduersus Dominum cõtumeliosam exprobrationem ac dedecus, & insolentem hostis gloriationem, grauiora esse statuo, quàm ea, quæ sunt in gehenna supplicia; materiam videlicet nos aduersario Christi gloriosiùs sese aduersùs efferendi extitisse, qui reconciliandæ nobis causa salutis, & mortuus sit, & resurrexit, cui etiam vel hac gratia maiorem in modum debitores sumus.

Hæc meditare: in his esto: & apud teipsum diuinæ bonitatis diuitias tibi concessas agnoscens, à iudicijs iustitiæ Dei metue, si pro ratione bonorum vitam omnem in continua illius benedictione, & laude non expanderis.

§. 3.

§. 3.

Quì fieri possit, vt Deus omni tempore benedicatur.

AT, inquies, videtur istud prorsus impossibile: quomodo enim semper in hominis ore Dei laus esse poterit? Respondeo nullũ tibi tempus præterire quin laudes Deum, si omne propositum tuum, & omnes tuas actiones intento studio perficias ad præscriptum illud, virtutis ab Apostolo commendatum: [a] Siue comeditis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite.

Cæterum ad generalis huius Apostolici canonis praxim distinctius te format, & explicatius instruit Sanctus Basilius his verbis: [b] Accumbens mensæ, ora: esitans panem, largitori gratiam rependito: Suffi-

ciens,

a 1. Cor. 10.

b Homil. in Iulitt. Marty.

ciens, firmansque infirmam corporis vires vino, eius fac memineris, qui hoc te dono impertiuit ad inferendam cordi tuo lætitiam, & ad multiplicium infirmitatum non mediore solamen. Præterijt edulij sumendi necessitas? caue, te prætereat eius memoria, cuius liberali beneficio ventrem explesti. Tunicam indueris? Gratias agito benigno datori. Amiciris pallio? fac in te augescat intẽtior erga Deum charitas, qui integumenta gratuitò largitus est hyemi ætatique accommoda, quibus & vita conseruetur, & obueletur turpido. Tibine dies expletus abijt? Illi referto gratiam, qui solem quidem nobis nihil tale commeritis indulsit in diurnæ operationis ministerium; ignem verò contulit illustrandæ nocti, vtque subseruiat reliquis vitæ commoditatibus. Ipsa

rur-

rursus nox alias ad orationem suggerere possit conciliareue occasiones. Etenim si quando in cœlum suspexeris, cum in eximiam syderum pulchritudinem oculorum aciem defixeris pressiùs, visibilium supplica Domino, vniuersorum longè optimo artifici procide Deo, & cole eũ, qui cuncta hæc in sapientia condidit. Vbi omnigenum animantium naturam in somnum resolutam, ac depressam perspexeris, supplex procidens adora rursus eum, qui nos nec cogitantes, aut certè inuitos indulgentia soporis à continenti laborum assiduitate relaxat, & alleuat, perque exigua quietis refocillationem, vigorem addit corpori, viresque instaurat. Itaque ne tu mihi noctem, seu peculiarem, ac solertam temporis partem totam addixeris sopori, nec patiare vitæ totius dimidium,

dium, nullo tuo vſu, tibi præripi, dum ſtupido, & inſenſili ſomno lenteſcis: quin tu potiùs ipſam tibi diſpertitor noctem in ſomnum atque orationem.

[c] Sanè ad eum modum, quiuis bonarum rerum ſtudioſus poteſt iuxta Apoſtolicam adhortationem cuncta facere ad Dei gloriam: ita vt facta, dictaque eius omnia, omniſque ſpiritualis operatio vim laudis habeant, & vita ipſa dici, & eſſe promereatur continens quædam, & indiuulſa laus, & benedictio Dei. *c Idem in pſal. 32.*

Addamus, ſi placet, & aliam ex Diuo Auguſtino methodum ſupradictæ praxi conſimilem. [d] Tota die, inquit, Deum laudare quis durat? Suggero remedium, vnde tota die laudes Deum, ſi vis. Quidquid agis bene age, & laudaſti Deum. Quando cantas hymnum, laudas *d In pſalm. 34.*

Deum:

Deum: lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cantando, discedis vt reficiaris, noli inebriari, & laudasti Deum. [e] Si pro his quæ manducas, & bibis, & ad refectionem corporis sumis reparationemq; membrorum, gratias agis ei, qui tibi præbuit mortali, & fragili ista supplementorum solatia, cibus tuus & potus tuus laudat Deum. [f] Discedis vt dormias? Noli surgere ad malefaciendum, & laudasti Deum. [g] Non te excitet à quiete mala conscientia tua, & innocentia somni tui laudat Deum. [h] Non te excitet cogitatio flagitij tui: non te excitet depositio furti: non te excitet condicta forte corruptio. Innocentia tua, etiam in dormiente, vox est animæ tuæ Dominum benedicentis. [i] Negotia agis? Noli fraudem facere,

e In psalm. 146.

f In psal. 34

g In psalm. 146.

h In psalm. 102.

i In psalm. 34.

re, & laudasti Deum. Agrum colis? noli litem mouere, & laudasti Deum. In innocentia operum tuorum prępara te ad laudandum Deum tota die.

[k] Non solùm vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua. *k In psalm 146.*

Cùm [l] voce cantaueris, silebis aliquando: vita sic canta, vt nunquam sileas. *l Ambr. l. 2 de Cain & Abel. c. 9.*

Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament passiones tuæ, clamet sanguis tuus sicut Sancti Abel.

Non [m] cesses bene viuere, & semper laudas Deum. Tunc desinis laudare Deum, quando à iustitia, & ab eo, quod ei placet, declinas. *m Aug. in titul. psalm 148.*

Compendio Paragraphum hunc absoluet Doctor Angelicus, dicens: [n] Benedicere Dominum in omni *n In psalm. 33.*

Deum: lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cantando, discedis vt reficiaris, noli inebriari, & laudasti Deum. [e] Si pro his quæ manducas, & bibis, & ad refectionem corporis sumis reparationemq; membrorum, gratias agis ei, qui tibi præbuit mortali, & fragili ista supplementorum solatia, cibus tuus & potus tuus laudat Deum. [f] Discedis vt dormias? Noli surgere ad malefaciendum, & laudasti Deum. [g] Non te excitet à quiete mala conscientia tua, & innocentia somni tui laudat Deum. [h] Non te excitet cogitatio flagitij tui: non te excitet depositio furti: non te excitet condicta forte corruptio. Innocentia tua, etiam in dormiente, vox est animæ tuæ Dominum benedicentis. [i] Negotia agis? Noli fraudem face-

e In psalm. 146.

f In psal. 34

g In psalm. 146.

h In psalm. 102.

i In psalm. 34.

re,

re, & laudasti Deum. Agrum colis? noli litem mouere, & laudasti Deum. In innocentia operum tuorum prępara te ad laudandum Deum tora die.

[k] Non solùm vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua.

k In psalm 146.

Cùm voce cantaueris, silebis aliquando: vita sic canta, vt nunquam sileas.

l Ambr. l. 2 de Cain & Abel. c. 9.

Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament passiones tuæ, clamet sanguis tuus sicut Sancti Abel.

Non [m] cesses bene viuere, & semper laudas Deum. Tunc desinis laudare Deum, quando à iustitia, & ab eo, quod ei placet, declinas.

m Aug. in titul. psalm 148.

Compendio Paragraphum hunc absoluet Doctor Angelicus, dicens: [n] Benedicere Dominum in omni

n In psalm. 33.

tempore, est facere bonum in omni tempore. His ampliùs Lector amice ne requiras.

§. 4.

A Domino gressus & viæ nostræ dirigi debent.

SOlitudini benedicendi Deum in omni tempore orationis studiũ Tobias adiunxit. Omni tempore, inquit, benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Viarum nomine actiones designãtur:[o] quia sicut gressibus corporeis ab vno termino ad alium peruenitur, ita gressibus actionum nostrarum, ex hac vita peruenitur ad futuram. Quapropter vt illæ rectæ sint, assiduis orationibus à Domino flagitãdum, cùm non tam labore nostro, quàm Dei pietate rectæ fiant.

o Greg. 2. moral. c. 4.

[p] Licet millies enitamur, nihil tamen

p Chrysost. hom. 58. in Genes.

men prorſus rectè agere poſſumus, niſi ſuperno auxilio adiuti, Nam, vt Sanctiſſimè docet [q] Concilium Tridentinum, in hominis licet ſit poteſtate, vias ſuas curuas, & malas facere; rectas tamen, & bonas haud poteſt facere ſine diuina gratia. [r] A vero lumine, quod illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum, bona voluntas datur, vt homo in Deum credat, Deumque fideliter diligat. Ipſe in nobis bonam voluntatem præparat: ipſe nobis bonæ voluntatis initium donat: ipſe in nobis operatur, non ſolùm vt velimus, verum etiam vt quod bene volumus, faciamus. Et nemo eandem voluntatem bonam vſque in finem poterit obtinere, niſi fuerit eadem miſericordia ſubſequente ſeruatus.

q *Seſſ. 6.*

r *Fulg. l. 1. de verit. prædeſt.*

[ſ] Hæc eſt Patrum doctrina, Apoſtolicis inſtitutionibus tradita, quam

ſ *Idem l. 2.*

Græci, Latinique Pontifices vno sẽper tenuere consensu, scilicet, in hominis voluntate nihil bonæ cogitationis oboriri, nisi quod beneficio gratiæ præuenientis infunditur; nihil in melius augeri, nisi quod subsequentis iuuamine roboratur: nihil bene consummari, nisi quod eadem consummante, atque opitulante perficitur.

t Idem Epist. 4. ad Prob. c. 2.

[t] Nec putemus sic Deum authorem boni operis existimandum, tanquam in ipso tantùm creationis exordio sic Deus naturæ humanæ boni operis facultatem dederit, vt ipsius adiutorio desistente, sola per seipsum possit humana natura quodcumque bonum velle, seù facere: cùm hoc, nec in ipso primo homine potuerit sola implere conatu proprio quando nedum fuit vitiata peccato. Quomodo ergo infirma sine iuuamine

mine mederi sospitatem suam reparare poterit, quæ dum sana esset sospitatem suam custodire nequiuit?

[u] Magnum est diuinę gratiæ adiutorium atque beneficium, vt illuminata mens, hominis semper cogitet, & præuentam se gratuita gratia, & indesinenter adiuuandam virtute diuina. Atque ita fiet, vt Deo largitori bonorum omnium atque custodi seipsum homo competenter humilians, & gratias incessanter agat, & orare non desinat. Gratias agat, quia præuentus est, vt conuerteretur auersus, vt illuminaretur cæcus, vt acciperet fidem incredulus. Oret autem, vt sanetur languidus, & adiutorio gratiæ confortetur infirmus.

u *Idem lib. 2. de verit. prad.*

Ex tota igitur voluntate petat, vt accipiat; quærat, vt inueniat; pulset, vt aperiatur ei. Quod nullate-

nus faciet, si voluntatem accipiendi, & inueniendi, & intrandi non habet. Nec tamen in eo, quod petens accipit, quærens inuenit, pulsans ingreditur, suis viribus assignet petendi, quærendi, & pulsandi officium. Quia licet homo voluntariè petat, pulset, & quærat, nunquam petens accipere, quærens inuenire, pulsans intrare poterit, nisi sanctam priùs voluntatem acceperit ab eo [x] qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate, hoc est pro suo beneplacito.

x ad Philip. 2.

[y] Ille autem certus est bonæ voluntatis profectus, si ea, quę accipit à Deo, ita vigilante soliciteque custodiat, vt custodiæ diuinæ adiutorium frequentia orationis, & studio bonæ operationis exposcat. [z] Sicut enim, nisi illo subsidio fruamur, nihil vnquam possumus rectè agere:

y Fulg. supra.

z Chrysost. homil. 58. in Genes.

re: ita nisi quod nostrum est attulerimus, non poterimus supernum auxilium obtinere. Demus igitur operam, vt & nostra afferamus, & supernum fauorem alliciamus: vt & ex nostro studio, & ex Dei benignitate, virtutes nostræ quotidie crescant, multaque superna fruamur gratia.

[a] Cælestibus mandatis obediens, quantum adiuuatur homo diuinitus voluntarijs nisibus elaboret. Quòd verò in labore non desinit, quòd rectis gressibus currit, quòd bene certat, quòd fidem seruat, non suæ virtuti deputet, sed dono gratiæ in se ac secum operantis assignet. Labori Sancto Studium bonæ voluntatis impendat: quæ voluntas tunc bona est, si studium suum diuinæ largitatis munus esse non ambigat.

a *Fulg. l. 1. de veritat. prædest.*

§. 5.

Continua oratione à Deo postulandum, Vt vias nostras dirigat.

NOuerat hanc necessitatem, & indigentiam nostram Tobias, filio præscribens, vt vias suas à Deo dirigi postularet. Vbi animaduerte Sanctum illum Seniorem idem commendare, quòd posteà Deus ipse locutus est nobis in filio, dicens: [b]Oportet semper orare, & non deficere. Quod Diuus Ambrosius sic explicat: [c] Impensè, & frequenter monuit orandum, non vt fastidiosa continuetur oratio, sed vt assidua frequenter effundatur.

b *Luc. 18.*

c *l. 1. de Cain & Abel. c 9.*

Deinde orat omni tempore, qui modo iam designato Deum omni tempore benedicit. Porrò vtrumque Tobias à filio desiderat, vt continuæ benedictionis, & orationis

nis exercitatione , iugem Diuinæ præſentiæ memoriam & faciliùs aſſequeretur , & ſolidiùs firmaret atque conſeruaret.

Non expreſſit filio venerabilis ille ſenex ſpecialem orationis formulam , qua peteret à Deo vias ſuas dirigi . Si quis tamen aliquam hic deſideret , qua ſimilem gratiam precetur, occurrit initium Pſalmi ſexageſimi noni , Deus in adiutorium meum intende : quod & ad præſentis vbique Dei memoriam animis noſtris infigendam , & ad viarum noſtrarum directionem obtinẽdam plurimum conferre Sancti cenſuerunt . Et certè viſum eſt Spiritui Sancto & organo eius Dauidi, geminam hanc vtilitatem dicti Pſalmi titulo indicare & polliceri : Sic enim inſcribitur : Pſalmi Dauid in rememorationem ; ſiue , vt vertit Diuus Hie-

Hieronymus, ad recordandum. Rememoratio autem seu recordatio, vt Sanctus Hilarius ibidem obseruat, ei competit, qui se incidere in obliuionem eius, à quo vel auxilium, vel veniam expectat, pertimescit: & sui ad salutem commemorationem fieri desiderat.

Quapropter versiculum istum perquam nobis esse familiarem optat [d] Abbas Isaac apud Ioannem Cassianum, eumque præclara, & amplissima commendatione sic illustrat.

d Coll. 10. c. 10.

Erit ad perpetuam Dei memoriã possidendam hęc inseparabiliter proposita vobis formula pietatis: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Hic namque versiculus non immeritò de toto scripturarum excerptus est instrumento. Recipit enim omnes

nes affectus, quicumque inferri humanæ possunt naturæ, & ad omnem statum, atque vniuersos incursus, propriò satis & competẽter aptatur.

Habet siquidem aduersùs vniuersa discrimina inuocationem Dei, habet humilitatem piæ confessionis, habet solitudinem atque timoris perpetui vigilantiam habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præsentis, semperque astantis præsidij. Qui enim iugiter suum inuocat protectorem, certus est eum semper esse præsentem.

Habet hic versiculus amoris, & charitatis ardorem, habet insidiarum contemplationem, inimicorumque formidinem, quibus perspiciens semetipsum die noctuque vallatum, confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari.

Hic

Hic versiculus omnibus infestatione dæmonum laborantibus inexpugnabilis murus est, & impenetrabilis lorica, ac munitissimus clypeus. Iste in acedia, & anxietate animi collocatos, seu tristitia, vel cogitationibus quibuscumque depressos, salutis remedia desperare non patitur; ostendens illum, quem inuocat, inspicere iugiter nostra certamina, atque à suis supplicibus non abesse. Iste non in spiritualibus successionibus cordisque lætitia constitutos admonet, extolli penitus non debere, nec inflari de prospero statu, quem sine protectore Deo retineri non posse, testatur dum non solùm eum semper, sed etiam velociter, vt sibi auxilietur implorat.

Iste, inquam, versiculus vnicuique nostrum in qualibet qualitate degenti necessarius, & vtilis inueni-

uenitur. Nam qui ſemper, & in omnibus deſiderat adiuuari, manifeſtat, quod non tãtũ in rebus duris, ac triſtibus, ſed etiam in ſecundis ac lætis pari modo Deo egeat adiutore; vt quemadmodum ex illis erui, ita in iſtis faciat eum commorari, in neutro ſciens humanam fragilitatem ſine illius opitulamine ſubſiſtere.

Huius verſiculi oratio, in aduerſis, vt eruamur, in proſperis, vt ſeruemur ne extollamur, inceſſabili iugitate fundenda eſt. Huius, inquam, verſiculi meditatio in tuo pectore indirupta voluatur. Hunc in opere quolibet, ſeu miniſterio, vel in itinere conſtitutus, decantare non deſinas. Hunc & dormiens & reficiens meditare. Hæc volutatio cordis, velut formula tibi ſalutaris effecta, non ſolùm illæſum ab omni

dæ-

dæmonum incursione custodiet, sed etiam cunctis te vitijs terrenæ contagionis expurgans, ad illas inuisibiles theoricas cęlestesque perducet, atque ad illum ineffabilem ac perpaucis expertum prouehet orationis ardorem.

Hunc versiculum meditanti tibi somnus irrepat, donec ineffabili eius exercitatione formatus, etiam per soporem eum decantare consuescas. Hic tibi expergefacto primus occurrat, is te euigilante cogitationes anticipet vniuersas. Iste te de tuo surgentem cubili curuationi genuum tradat, atque illinc deinceps ad omne opus actusque deducat.

Hic te omni tempore prosequatur: hunc meditaberis secundùm præcepta [e] Legislatoris, sedens in domo, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Hunc

e *Deuter.6.*

scri-

scribes in limine, & ianuis oris tui hunc in parietibus domus tuæ ac, penetralibus tui pectoris collocabis: ita vt hæc ad orationem procumbéti sit tibi accliuis decantatio; & exinde consurgenti, atque ad omnes vsus vitæ necessarios incedenti, fiat erecta & iugis oratio.

Vide ibidem plura specialium expressa in huius versiculi commendationem, quibus vtilissimam eius memoriam, & recitationem esse demonstrat. Vt autem huius doctrinę summam breuiter perstringamus, hic versiculus asiduè in omni loco, tempore, noctu, interdici; in prosperis, in aduersis, in omni negotio spirituali, in omni temporalium rerum administratione, in omni tentatione pronuntiandus, mente, & ore versandus repetendus; quemadmodum & de signo

cru-

crucis, quod cum hoc versiculo adhiberi solet, ait Tertullianus: [f] Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.

f *Lib. de coron. militis, c. 3.*

Porrò quamuis celeberrimum hunc Dauidis versiculum Abbas ille Sanctus Isaac sic, vt nihil supra, commendare videatur, & sic optandum, vt ab omnibus qui vias suas à Deo in veritate dirigi cupiunt, frequentissimè & cum sensu pietatis recitetur; omninò tamen præferenda est [g] oratio de magisterio Domini veniens: [h] quæ omnia vota, & desideria Sanctorum præcellit, omnia dicta Prophetarum, & melliflua verba psalmorum, & canticorum pleniss-

g *Aug. Serm. 29. de verb. Dom.*
h *Thom. Kemp. c. 5. Enchirid.*


nissimè continet. Omnia necessaria petit, Deum summè laudat, Deo animam coniungit, & de terra ad Cælum leuat. [i] Hanc ante omnia dicamus: quia sine dubio libenter orationem exaudit, quam ipse pro ineffabili sua benignitate instituit. Exaudit, inquam, si [K] non nudis verbis, sed probis potiùs actionibus dirigitur. Vide enim quemadmodum diuinissimus vir Dauid, secundùm innocentiam suam iudiciũ de se ferri postulet: & pietatis plenissimus Ezechias pietatem suam ac religionẽ Deo supplicem offerat: & Viduæ Ioppenses mulieris defunctæ virtutes, ac præclaras actiones ad operandum adhibeant. Si ad eumdem modum precationem tuam explicas, ad Deum rectà contendet, ac iustitiam tuam tanquam lucem educet, & iudicium tuum tanquam

i Cæsar Arelat. homil 33.

K. Isid. Pelus. Epist. 386. l. 1.

meridiem: erit ſplendor eius ſuper te, & opera manum tuarum diriget. Splendoris Dei tui beneficio intelliges vniuerſa quæ facis, & quocumque te verteris: Benedictus eris tu ingrediens, & egrediens.





PRAXIS DECIMA SEXTA

IESV FILII SIRACH.

Qui timent DOMINVM, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſantificabunt animas ſuas. *Eccli. 2.*

§. I.

Sanctitas primarium Dei attributum.



IVINVS Areopagita in ſuo dd. Diuinis nominibus opere [a] ſapienter admonet, vt Deo ſanctitatis nomen tanquam omnium digniſſimum, & pretioſiſſimum primò deuoueamus, & conſecremus. Eſt enim Sanctitas primarum, & nobi-

a c. 13.

lissimum attributum Dei, summam illius munditiam, & omnimodam perfectionem designans.

Est Deus in omni Sanctitatis genere Sanctissimus, magnificus in Sanctitate veritatis. Sanctus est in omnipotentia, Sanctus in magnitudine, Sanctus in Sapientia, Sanctus in misericordia, Sanctus in dilectione, Sanctus in iustitia, Sanctus in prouidentia: & vt semel & simul innumera complectar, Sanctus est in omnibus operibus suis.

Vox illa,[b] Sanctus sine additamento, simplicem, & minimè compositum, excellentem ac Sacro-sanctum diuinæ naturę à cæteris distinctæ statum indicat. Illud verò, Sanctus Sanctorum eiusmodi significat Sanctimoniam, quæ cæteris omnibus antecellat, & quæ minimè sit cum illis componenda.

b *Iobius l. 6. de Verb. incarn. c. 24 & 25. apud Phot.*

His

His de causis, qui Deum maximè laudare volunt, Sanctum nominãt. Sic duo illi Seraphim, quos vidit Isaias, [c] clamabant alter ad alterum, seu, hic ad hunc, vt Hebræa sonant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, summam Dei munditiam nominis huius repetitione prædicantes. Neque lex solùm, sed perpetuo Sacrum istud Trisagion præconio decantant, sicut scriptum est [d] de quatuor mysticis animalibus, quæ in medio, & in circuitu diuinæ Sedis vidit Sanctus Ioannes Euangelista. Requiem inquit non habebant die, ac nocte; hoc est, [e] interprete Damasceno, hæc erat ipsorum requies: non enim ex perenni Dei Sancti laude laborem, sed quietem sentiunt.

c c.6.

d Apoc.4.

e l.1. de fide c.16.

Diuus Dionysius canticum istud, quod ad magnificentiam gloriæ Sãctitatis Dei, beatæ illæ mentes in-

perpetuas æternitates decantant, appellat laudatissimam Theologiam, & reuerentiæ ac Sacratioris intelligentiæ plenam; vt planè videatur hæc esse prima Dei laus, & confecta benedictio, Sanctum eum agnoscere, considerare, contemplari, admirari, adorare, dicere, laudare, & imitari. Vnde Sanctus Ambrosius ait: [f] Omnia hæc, quæ Sancta credimus, illam solam prædicant Sanctitatem, Cherubim, & Seraphim, indefessis vocibus laudant, & dicũt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: & cùm hoc dicunt, Deum prædicant. Nos quoque nihil pretiosius inuenimus, quo Deum prædicare possimus, nisi vt Sanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius est Deo, inferius Domino. Sic ille secundùm sapientiam datam sibi desuper.

[f] *l. 3. de Spirit. Sanct.*

§. 2.

§. 2.

Ad imitationem Diuinæ Sanctitatis contendere debemus.

QVO dicta superiori paragrapho de Sanctitate Dei colliment, non difficile fuerit intelligere ei, qui titulum capitis huius attenderit. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Parum est, & propemodum nihil, Deum Sanctum scire, & dicere, nisi & ad Ideam Diuinæ Sanctitatis nos pro vocibus componere studeamus.

Et attende, si non ipse Sanctus Sanctorum, suæ Sanctitatis imitationem à suis exigat. [g] Sanctificamini, inquit, & estote Sancti, quia ego Sanctus sum Dominus Deus vester. Seruorum est in omnibus, quoad pos-

g *Leuit* 11. 19. & 20.

possunt, dominum suum referre, in ijs præsertim, quæ dominus diligit, & in eo potiora videntur. Cùm ergo Deus præcipuè Sanctitatem diligat, suos vult Sanctitatis ornamento decorari.

Si Sanctitatem, vigente Lege Mosaica, quæ vmbram tantùm habebat futurorum, & quæ proindè nihil ad perfectum adducebat, ita Deus commendauit, & exquisiuit; quàm potiori iure sub gratia noui testamenti, in Lege perfecta libertatis, sanctitatem in nobis desiderat, qui non accepimus spiritum seruitutis, iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater, in quo sic orare debemus, Pater noster, qui es in Cælis.

h Greg. Nyss orat. 2. de orat. Domin

[h] Cùm Dominus nos docet vt patrem Deum in oratione dicamus, sublimem, & altam instituit, & præscri-

scribit vitam. Non enim mentiri nos veritas docet, vt dicamus nos esse, quod non simus, & appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributum non sit. Sed vt dum incorruptum, & iustum, & bonum patrem nostrum dicimus, vitę integritate propinquitatem referamus, eamque veram esse ostendamus. Quasi [i] filij Dei agere, & conuersari debemus, vt id nos esse, quod dicimur, spirituali actu probemus.

i Chromat. Aquileiens. in c. 5. Matth.

[K] Vide quanto nobis opus sit apparatu; quasi vita, quanto & quali studio, vt ad Deum dicere audeamus, Pater. [l] Scrutare seipsum ex cuiusmodi conuersatione ad Deum accedas; expende num dignus sis, qui Deum Sanctum voces Patrem. Per santificationem in Sancti familiam asciscimur. Si Sancti filius esse cupis, sanctitas te in filium adoptet.

K Nyss. supr.

l Basil. in Psal. 28.

tet. In omni conuersatione Sanctus sis, vt ambules dignè Deo, qui
m ad Ephes 1. [m] nos elegit in Christo ante Mundi constitutionem, vt essemus Sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate.

n Petr. Chrysol. Serm. 68. [n] Terram nesciat, amorem carnis ignoret, nihil in se vitijs licere permittat, qui Deum Patrem Cælestẽ repetit ad naturam: vt qui se filium Dei credit, actu, vita moribus, honestate tanto generi respondeat; ne iterum ad terrena descendens, ad ipsam tanti genitoris tendat iniuriã.

Serm. 67. [o] Age vt viuendo sanctè, sancto respondeas Patri. Dei filium ille se probat, qui vitijs non obscuratur humanis, qui diuinis virtutibus elucescit.

Basil. supr [p] Hanc gloriam Dominus requirit ab ijs, qui in se credunt, & adoptionis gratia sunt dignati. Filius

enim,

enim, inquit, glorificat Patrem. Et: Si pater ſum ego, vbi eſt gloria mea? Et Dauid, [q] Afferte Domino filij Dei, afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius. [r] Quomodo autem nos, qui terra, & cinis exiſtimus, magno Domino gloriam afferimus? quomodo & honorem? Gloriam quidem per bona opera; cùm opera noſtra ſplendore probitatis irradiarint hominum oculis, ſic vt perſpectis operibus noſtris, homines glorificent patrem noſtrum, qui in Cælis eſt. Sanè per Sanctimoniam poteſt quis afferre gloriam Deo. [ſ] Tales denique in omni vita nos præſtemus, quales requirit huiuſce nominis excellentia. Si plura in hanc ſententiam deſideras, Gregorium Nyſſenum conſule, qui duplici tractatu de profeſſione, & perfectione

q Pſal. 28.

r Baſil. ſupr.

ſ Nyſſ. de perfecta Christian. form.

Chri-

Christiana præclarè, & sapienter disseruit; & quantam sanctitatem requirant, dilucidè, & luculenter explicauit.

§. 3.

Quid sit esse Sanctum, seu, in quo sita sit Sanctitas.

QVÆ generatim dicta sunt de sanctitate, ad quam eniti debemus, clariori luce indigent, vt quid sit esse Sanctum, quidue ad adipiscendam Sanctitatem veritatis exigatur, pleniùs appareat. Age igitur, Sanctos, qui nobis istud explicent, adeamus, illos præsertim, quibus aperuit Deus sensum, vt intelligerent scripturas.

t c. 12. de diuin. nom. [t] Sanctitas, ait Dionysius Areopagita per suum interpretem Ambrosium Camaldulensem, est ab omni scelere libera, perfectaque, &

peni-

penitus incoinquinata munditia.
Qua definitione, quidquid de summa perfectione, & veritate sanctitatis dici potuit, Diuinus ille Galliarum Apostolus absoluit. Nam tribus illa conditionibus constare debet. Prima est, vt nulla vel leuissimi sceleris labe polluatur. Secunda, vt ille flos puritatis atque illibatus innocentiæ candor nullo vnquam tempore labefactari possit. Tertia, vt sit quoque niueus ille decor pulcherrimis aliarum virtutum depictus coloribus, non aliter quàm cælum stellis, monile auro, & gemmis, aut etiam prata floribus, quæ intuentium oculos mira voluptate reficiunt. His ille legibus sanctitatem definiuit omnibus numeris absolutam.
[u] Possumus & à Chrysostomo Domini interrogare sermonem. Et ille:

u *Homil. 1. in Epist. ad Ephes.*

San-

Sanctus est, qui est particeps fidei, qui est immaculatus, qui vitam habet in quam nulla cadit reprehensio. Sed non absolutè, hoc est, non quoquomodo quærit Deus sanctitatem, & vt nulli simus affines reprehensioni; verum vt coram ipso tales appareamus. Sunt enim sancti, & immaculati, sed qui sic existimantur ab hominibus, qui sunt similes sepulchris dealbatis, qui pellem; tantùm habent ouium, sed non querit tales: verùm quærit sanctitatem, quæ est in conspectu oculorum eius.

Vt autem non opinemur perfectionem sanctitatis in vna declinatione à malo positam, addit os illud aureum: [x] Non propterea statim puri efficimur, si nihil impuri attingamus; sed ad hoc, vt sancti simus, aliud prætereà requiritur, nempe vt

x homil. 13. in 2. ad cor.

vt studium atque industriam, vt animi attentionem ad pietatem adhibeamus. Pietas autem à Sanctis [y] Augustino, & [z] Bernardo paucis definita, est Dei cultus, vnde omnia rectè viuendi dicuntur officia.

y *Epist.* 92.
z *Serm.* 4. *de Natiuit. Dom.*

Hugo Victorinus pietati duplex membrum assignat cùm ait: Pietas est ex benignæ mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix assertio, & diuini cultus religiosa deuotio. Et hæc de sanctitate, quam Deus à nobis exigit ex mente Chrysostomi:

Audiamus & maximum in exponendis Scripturis Doctorem Hieronymum, quid etiam ipse dicat. Eius sententia hæc est: [a] Inter sanctum, & immaculatum hoc interest; quod sanctus, & immaculatus quoque potest intelligi; immaculatus verò, non statim & Sanctus: paruuli quippe immaculati sunt, quia

a *In c.* 1. *ad Ephes.*

quia integro corpore nullum fecere peccatum: & tamen non sancti, quia sanctitas voluntate, & studio comparatur. Et quòd immaculatus dici potest ille, qui peccata non fecit; sanctus autem is est, qui virtutibus plenus sit, iuxta illud, quod in Psalmo scribitur: [b] Qui ambulat sine macula, & operatur iustitiam. Et in Cantico Canticorum, [c] Tota speciosa es proxima mea, & macula non est in te.

b psal. 14.
c Cant. 4.

His assentitur Gregorius Magnus, dicens: [d] Cor Domino præparat (haud dubium quin vt Sanctus sit) qui mentem non solùm ad immunda cogitatione separat, sed etiam cogitationum sanctarum, ac virtutum fulgoribus illustrat; vt veluti abiectis, & comminutis idolis, se Dei templum efficiat. Item alibi: [e] Sanctificatio corporis pudicitia est, sanctifi-

d l. 1. in 1. Reg. c. 5.
e l. 6. c. 3.

ctificatio mentis charitas, & humilitas.

Diuus Augustinus breuiarium sanctitatis in vna charitate constituens, ait: [f] Ille iustè, & sanctè viuit, qui rerum integer æstimator est. Ipse est autem, qui ordinatam dilectionem habet: ne aut diligat, quod non est diligendum, aut non diligat, quod est diligendum, aut ampliùs diligat, quod minùs est diligendum, aut æquè diligat, quod vel minùs, vel ampliùs diligendum est, aut minùs vel ampliùs, quod æquè diligendum est. Sic ille, qui plenitudinem legis cæterasque virtutes in ordinata illa dilectione complexas intelligit, atque adeò quidquid ad hominem sanctitatis insignibus exornandum desiderari posset. Vt enim idem Dauidicum illud explanans, Psallite Deo nostro in cithara,

f l. 1. de doctrin. Christian. c. 27.

g *In psalm. 146.* ait: [g] Nulla virtutum chorda rupta sit, tota virtutum chorda concinat: Psallite Deo nostro in cithara. Cithara multas chordas habet: si vna rupta fuerit, sonus reddi non potest. Sanctitas ex integra causa: malum ex quolibet defectu. [h] Nulla est perfectio in vna parte esse sublimem, in alia esse prostratum: in vna parte fulgere, in alia vitiorum caligine occupari.

h *Basil. admon. ad fil. Spirit.*

i 2.2.q.81. a. 8.

[i] Beatus Thomas Angelico suo more, & lumine veritates expendēs, vult sanctitatem à religione non distingui secundùm essentiam, sed solùm ratione. Nam religio dicitur secundùm quòd exhibet Deo debitum famulatum in his, quæ pertinent specialiter ad cultum diuinum; sicut in sacrificijs, oblationibus, & alijs huiusmodi. Sanctitas autem dicitur secundùm quòd homo se dispo-

spo-

ſponit per bona quædam opera ad cultum diuinum pertinentia. Ac proinde, ſanctitas ex mente Doctoris Angelici dicitur, per quam mens hominis ſeipſam, & ſuos actus applicat Deo. Firmitas etiam exigitur ad hoc, quod mens Deo applicetur. Applicatur enim ſicut vltimo fini, & primo principio. Huiuſmodi autem oportet maximè immobilia eſſe.

Denique ad confirmationem eorum, quæ de ratione ſanctitatis antè retulimus, ita concludendum videtur cum Beato Thoma Valentino præſule: K Sanctus eſt Deus: ſanctum quoque ſit templum eius: Sanctum cor, ſanctum corpus, ſancta lingua, ſancta vita, ſancta conuerſatio; omnia ſancta: nulla inuida cogitatio, nullum deſiderium ſæculare, nullum verbum ſcurrile, nullus motus lubricus, nullus viſus im-

K Serm. de dedic.

pudicus, nullus vnquam actus inordinatus, in eo, qui se Deo dedicauit, appareat.

Plura potuissent de sanctitate, quam sanctus sanctorum à nobis exquirit, hic coaceruari: verùm abundè sufficiunt hi veri boni testimonij septem.

§. 4.

Corollaria de praecedentibus Sanctorum dictis consequentia.

EX Doctrina Sanctorum Patrum, qui nobis iam locuti sunt verbum Dei, sequitur primò, de ratione formali sanctitatis esse munditiam, quae planè necessaria est [a] vt mens Deo applicetur. Cum verò mens humana inquiretur ex hoc, quod inferioribus rebus coniungitur, sicut qualibet res ex immixtione peioris sordescit, vt ar-

a Thom. su. pr.

gentum ex immixtione plumbi; oportet, quod ab illis abstrahatur, ad hoc, vt supremæ rei possit coniungi: neque enim sine munditia Deo potest applicari. Vnde ad Hebræos dicitur: [b] Patrem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum. b c. 12.

Secundò requiritur, vt Deo semper adhæreat, qui sincero, & ardentis sanctitatis desiderio tenetur. Constans & forma debet esse sanctitas: videtur enim habitum quendam designare, qui longa tandem bene agendi consuetudine inualuerit. Nam quemadmodum is, qui semel in culpam lapsus est, non debet flagitiosus vocari: quo nomine ille solus famosus habendus est, qui sceleribus assueuerit: ita nec ille quidem sanctus appellari debet, qui semel atque iterum, opus dignum

laude gesserit; sed qui diuturno, quodam vsu, atque constantia, inculpatæ, atque innocentis vitæ fidem fecerit, & qui ab ipso Deo, eiusque conspectu, amore, & imitatione, ne ad momentum (si fieri potest) saltem aduertente volentèque animo diuellatur.

Dices, & quis poterit sanctus esse, si id omnimo ad sanctitatem desideratur, cùm charitas proximo debita nos identidem ab hoc vno necessario seuocet, & cogat vt solicitissimus, & turbemur erga plurima?

Respondeo charitatem iuxta supradictum Beati Augustini consilium sapienter ordinatam, non modò non afficere, sed potiùs non parum iuuare, vt in isto proposito cordis permaneamus, & proficiamus.

Adum-

Adumbratam huius bene consti-tutæ dilectionis imaginem expresse-runt duo illi Cherubim ex auro pro-ductiles, quos[c] Moyses ex impe-rio Domini supra. Propitiatorium ex vtraque parte locauit. Illi se mu-tuò respiciebant, versis tamen vul-tibus in Propitiatorium. Quantum ad situm faciei, se pariter intueban-tur; ita tamen, vt & simul haberent conuersos vultus in oraculum. Re-spectus ad alterutrum pariter atque æqualiter respondens, amoris indi-cium erat erga proximum exercen-di; directę verò facies in Propitia-torium intentionem designabant, quà vni Deo, in illa dilectione pra-ctica displicere non debemus.

c Exod. 25.

Eo præterea situ, & forma, duo illi Cherubim mutuum sibi vide-bantur exemplum præbere Deum semper inspiciendi, amandi, & co-

lendi in omne fraternæ dilectionis officio. Vt enim præclarè Diuus Augustinus, [d] Ad hoc, inquit, bonum debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere. Hic est Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas.

d l. 10. de Ciuit. c. 4.

Tertium quod sequi videtur ex sapientia Sanctorum, de qua in antecedenti Paragrapho est; Sanctitatis studium, à sanctuario incipiendum; ab eo, inquam, quod est in nobis præcipuum. [e] Maximè proprium est, ait Theodoretus, perfectorum hominum, hoc est, eorum, qui ad sanctitatem aspirant, totum cor in primis Deo dedicare, & omnem mentem illi consecrare. Et hic est rectus ordo: exinde siquidem, nullo aut facili negotio, cætera sanctificantur. [f] Fieri enim non posse ait S. Augustinus, vt sanctificato spiritu,

e In psal. 9.

f l. de bono viduit.

ritu, non sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Hinc Christus dicebat: [g] Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si conscientia tua; si mens munda fuerit, & sancta, totum corpus reliquorum affectuum, & actionum erit iustitiæ, & sanctitatis luce refulgens. g Matth.6.

E contra miser homo, qui totus pergens in ea, quæ foris sunt, & de interiori sanctitate minimùm vel nihil cogitans; ipse se seducit, putans se aliquid esse cum nihil sit. Ex quibus apparet mira fatuitas scribarum; & Pharisæorum, quorum etiam num infinitus propemodùm est numerus, qui ordine præpostero sanctitatis vmbram consectantes, eam exteriori tantummodò superficie præ se ferunt, semetipsos, & alios fallentes dolosa imagine pietatis.

Qui

lendi in omne fraternæ dilectionis officio. Vt enim præclarè Diuus Augustinus,[d] Ad hoc, inquit, bonum debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere. Hic est Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas.

d l. 10. de Ciuit. c. 4.

Tertium quod sequi videtur ex sapientia Sanctorum, de qua in antecedenti Paragrapho est; Sanctitatis studium, à sanctuario incipiendum; ab eo, inquam, quod est in nobis præcipuum.[e] Maximè proprium est, ait Theodoretus, perfectorum hominum, hoc est, eorum, qui ad sanctitatem aspirant, totum cor in primis Deo dedicare, & omnem mentem illi consecrare. Et hic est rectus ordo: exinde siquidem, nullo aut facili negotio, cætera sanctificantur.[f] Fieri enim non posse ait S. Augustinus, vt sanctificato spiritu,

e In psal. 9.

f l. de bono viduit.

ritu, non sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Hinc Christus dicebat: [g] Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si conscientia tua; si mens munda fuerit, & sancta, totum corpus reliquorum affectuum, & actionum erit iustitiæ, & sanctitatis luce refulgens. g *Matth.6.*

E contra miser homo, qui totus pergens in ea, quæ foris sunt, & de interiori sanctitate minimùm vel nihil cogitans, ipse se seducit, putans se aliquid esse cum nihil sit. Ex quibus apparet mira fatuitas scribarum, & Pharisæorum, quorum etiam num infinitus propemodùm est numerus, qui ordine præpostero sanctitatis vmbram consectantes, eam exteriori tantummodò superficie præ se ferunt, semetipsos, & alios fallentes dolosa imagine pietatis.

Qui

Qui vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissimum vitę suę momentum prouiderent, in quo illuminabuntur abscondita tenebrarũ, & manifestabuntur consilia cordiũ, qui nunc operantur mysterium iniquitatis. Vtinam istiusmodi generatio praua atque peruersa, à verbis illis terpidaret, quæ Magister verax, qui intuetur cor, nec secundùm visionem oculorum iudicat; in tales velut fulmina contorquet in hunc
h *Matt.23.* modum: [h] Væ vobis Sribæ, & Pharisæi hypocritæ; qui mundatis, quod deforis èst calicis, & paropsidis intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce munda priùs, quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id, quod deforis est, mundum. His cursim per occasionem dictis ad destinatum persequor.

Quartum ergo, quod ex præceden-

dentibus sequitur, est, opus esse nobis assidua sanctificatione. Ratio [i] S. Augustini ex B. Cypriano est, vt quia quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Sapientissimus Ecclesiastes humana studia mente percurrens pronunciat [x] non esse hominem iustum in terra, qui faciat bonum, & non peccet: id est, interprete Theona Abbate apud Cassianum, [l] neminem in hac terra, tam sanctum, tam diligentem, tam intentum, vel potuisse vnquam, vel posse inueniri, qui vero illi, ac singulari Bono iugiter valeat inhærere, vt non quotidie ab eo distractum se sentiant delinquere. Corpus quod corrumpitur suopte pondere aggrauat animam, & excellentiæ comitis naturali sibi nexu iunctæ quodammodò inuidens, eam secum

i Orat. contr. Iulian. c. 29

K c. 7.

l coll. 23. c. 19.

vna

vna ruentem habere contendit; nisi diuinæ gratiæ fulti beneficio, comparandæ, tuendæ, & adaugendæ virtuti sine vlla minimi temporis intermissione studeamus.

Quantumuis in sanctitate quis profecerit, quantumuis sinceritatis, & puritatis acquisierit, attendat Angelo in Apocalypsi clamanti: m c.22. [m] Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. At quousque, inquies? Donec dicat spiritus, vt requiescas à laboribus tuis, donec carnis huius vinculis absoluaris. [n] Ea verò perfectio est, vt qui augetur in melius, nunquam consistat, neque terminis vllis perfectionem existimet esse conclusam. [o] Ibunt Sancti de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion. Quem versum S. Furseus [p] audiuit Angelos sibi concinen-

n *Nyssen. de perf. Christian.*

o *psal. 83.*

p *Bed. l. 3. de gest. Angel. c. 19.*

nentes, eoque se ad progressus in sanctitate faciendos accendentes. Sed de his plura Paragrapho sexto.

§. 5.

Diuinæ præsentiæ consideratio, stimulus est ad sanctitatis studium maximè concitans, & vrgens.

MAgni profectò momenti; magni, inquam, est ad acquirendæ sanctitats ardorem, sitim, & studium præsentis vbique sanctitatis Dei conspectus, quo Siracides optat nos in hac exercitatione peruageri. Qui timet Dominum, in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Quemadmodum enim pauperes, cum regios thesauros intuẽtur, suam mendicitatem ex collatione contrariorum iuxta se positorum magis agnoscunt; ita qui superemi-

nen-

nentem illam diuini numinis ſanctitatem præſentem attendunt, eam ſubinde ſupra, quàm credi poteſt admirantur: & ex infinita inter illam, & proprium nihilum diſtantia confuſi, ſe profundiſſimè demittunt, operti ſicut diploide confuſione ſua. Confunduntur intus, & foris, & coram Deo, & coram hominibus.

q c. 2. Solil. Diuus Auguſtinus ita ſe ſentiebat affectum, cùm diceret. [q] Miſer ego, quando poterit mea obliquitas tuæ rectitudini adæquari; Tu verè bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu ſanctus, ego miſer: tu iuſtus, ego iniuſtus: tu ſumma veritas, ego vniuerſa vanitas, vt omnis homo viuens.

r Theon. apud Caſsian col. 23. c. 17 Sed & [r] Iſaias poſt illam mirificam contemplationem Dei, poſt intuitum ſublimium Seraphim, & reuelationem Sacramentorum Cæle-

le.

leſtium, in ſe reuerſus dixit: Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego ſum. Qui, ſicut arbitror, labiorum ſuorum immunditiam, nec tunc quidem fortaſsè ſenſiſſet, niſi veram perfectionis, & integram puritatem contemplatione Dei meruiſſet agnoſcere; cuius intuitu, pollutionem ſuam ſibi antè incognitam repentè cognouit.

Quiſquis ſe exiſtimat aliquid eſſe, cùm nihil ſit, oculos parumper auertat, ne videant vanitatem ſuã: & collectis ſenſibus incomprehenſam Dei perfectionem contempletur. Atque ità manifeſtè comperiet ſe fallere ſemetipſum: moxque iuſtam in ſeipſum ſententiam illam dicet, quam olim S. Ioannes Euangeliſta ex imperio Domini pronunciauit in Epiſcopum Laodicenſem: [f] Dicis, quod diues ſum, & locuple- [f] *Apoc. 3.*

pletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Immò etiam[t] quotquot ob diuinam gratiam sancti dicuntur, prophani alioqui, atque impuri iudicari queunt, si cum Deo componantur: vt & omnes reges serui; & existentia, non existentia; ad eum, qui reuera existit, collata, vt Iobius Monachus apud Photium per interpretem loquitur.

t Tobius l.6 de verb. incarnat. cap. 24. & 25.

Stellæ clarissimæ sunt in se attamen in conspectu solis caligine videntur obduci, licet eis de constanti, & perenni suo splendore depereat nihil. Ad eum modum, tanta est Dei puritas, & excellentia sanctitatis, vt omnis & hominum & Angelorum sanctitas illi comparata, iniustitia potiùs, ac malitia videri possit, quamuis à parte rei non desinat

nat

nat esse vera bonitas, & sanctitas in Angelis, qui veritate steterunt, & in iustis hominibus, nec vlla ratione in malitiam conuertatur, si cum Dei munditia conferatur. In hunc sensum Iob intelligendus cum ait, v Verè scio, quòd ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. *v cap. 6.*

§. 6.

Quo sensu intelligenda sint verba illa, Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum.

QVIS igitur ita sanctitatis, & nomine, & veritate præfulgens, qui præsentiam diuinæ sanctitatis attentiori mente considerans de se, non moderatè modiceque sentiat? quis se non tantummodò puluerem, & cinerem, sed & purum putumque nihil esse profiteatur?

Cùm audio verbum illud Domini, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est; anxiatur spiritus meus, & aio: Quid sibi Dominus meus rex vult in huiusmodi mandato? Quid est homo, vt sequi possit Deum factorem suũ? Recordare quoniam puluis sumus; memorare quæ mea substantia? Supra virtutem, supra id quod possumus, aut intelligimus, videtur verbum & iussum istud (Secundùm hominem dico) Adaugeat quantum voluerit Deus ad perfectionem Ioannis Baptistæ, aut Ieremiæ, aut alterius ex Sanctissimis; adaugeat, inquam, quantus nunc est, iterùmque centuplicet: certè nemo illorum poterit vnquam esse sanctus, vt est Dominus.

Omninò diffidendum, & prorsus

in

in desperatis habendum esset præscriptum istud, sancti estote, quoniam ego sanctus sum: Si perfectio diuinæ sanctitatis à nobis ex æquo desideretur. Verùm non se res sic habet.

Sic enim scriptum est per Moysen Prophetam, oraculorum diuinorum interpretem, cùm in confinio mortis, sanctitatis studium Israelitis pro suo munere commendaret: [a] Mandatum, inquit, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, vt possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, & deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus? sed iuxta se est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quonam, inquies, pacto? [a] Deuter. 30.

Sanctitatis exemplar Deus ipse,

qui terminum non habet, tibi proponitur imitandum: vt desiderium quoque tuum, cùm ad interminatum infinitumque se extendat nullum habeat exitum, quo cessare possit. Non tibi proponitur scopus inferior, vt intelligas nullis finibus perfectionem vitæ contineri. Vt nunquam, donec responsum mortis habeas, pensum te putes absoluisse, & ab vlterioris sanctitatis cupiditate, ac studio conquiescens, dicas: Sufficit, est mihi sufficiens virtus: vt quid vltra vexor? Anima mea habes multa bona: requiesce. Sed potiùs cum Dauide, qui se sanctum esse non ignorabat, ita per singulos dies teipsum adhorteris: [b] Et dixi, nunc cæpi. Et cum Apostolo, post bonum certamen, post cursum consummatum, post fidem seruatam: [c] Ego non me arbitror com-

b Psal. 76.

c ad Phil. 3.

comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendēs meipsum, ad destinatum persequor. Hac ratione semita tua quasi lux splendens procedet, & crescet vsque ad perfectam diem.

Denique moneris ad ideam diuinæ sanctitatis te componere, vt quid quantùmque tibi desit tuis calculis computans, humilies valde spiritum tuum, ac semper paruulus sis in oculis tuis: atque ita gratiæ cælestis munere, & diuina benedictione doneris, quæ virtutibus, & sanctitate diuitem efficiant.

Hanc rationem sanctificandi animam declarat vox Græca ταπεινώσουσι, id est humiliabunt. Sed maluit Spiritus Sanctus dicere, sanctificabunt, vt absolutam sanctitatem in humilitatis perfectione positam insinuaret.

lendi in omne fraternæ dilectionis officio. Vt enim præclarè Diuus Augustinus, [d] Ad hoc, inquit, bonum debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere. Hic est Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas.

d l. 10. de Ciuit. c. 4.

Tertium quod sequi videtur ex sapientia Sanctorum, de qua in antecedenti Paragrapho est; Sanctitatis studium, à sanctuario incipiendum; ab eo, inquam, quod est in nobis præcipuum. [e] Maximè proprium est, ait Theodoretus, perfectorum hominum, hoc est, eorum, qui ad sanctitatem aspirant, totum cor in primis Deo dedicare, & omnem mentem illi consecrare. Et hic est rectus ordo: exinde siquidem, nullo aut facili negotio, cætera sanctificantur. [f] Fieri enim non posse ait S. Augustinus, vt sanctificato spiritu,

e In psal. 9.

f l. de bono viduit.

ritu, non sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Hinc Christus dicebat: [g] Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si conscientia tua; si mens munda fuerit, & sancta, totum corpus reliquorum affectuum, & actionum erit iustitiæ, & sanctitatis luce refulgens. [g] *Matth.6.*

E contra miser homo, qui totus pergens in ea, quæ foris sunt, & de interiori sanctitate minimùm vel nihil cogitans, ipse se seducit, putans se aliquid esse cum nihil sit. Ex quibus apparet mira fatuitas scribarum; & Pharisæorum, quorum etiam num infinitus propemodùm est numerus, qui ordine præpostero sanctitatis vmbram consectantes, eam exteriori tantummodò superficie præ se ferunt, semetipsos, & alios fallentes dolosa imagine pietatis.

Qui

Qui vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissimum vitę suę momentum prouiderent, in quo illuminabuntur abscondita tenebrarũ, & manifestabuntur consilia cordiũ, qui nunc operantur mysterium iniquitatis. Vtinam istiusmodi generatio praua atque peruersa, à verbis illis terpidaret, quæ Magister verax, qui intuetur cor, nec secundùm visionem oculorum iudicat; in tales velut fulmina contorquet in hunc
h *Matt.23.* modum: [h] Væ vobis Sribæ, & Pharisæi hypocritæ; qui mundatis, quod deforis est calicis, & paropsidis intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce munda priùs, quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id, quod deforis est, mundum. His cursim per occasionem dictis ad destinatum persequor.

Quartum ergo, quod ex præceden-

dentibus sequitur, est, opus esse nobis assidua sanctificatione. Ratio [i] S. Augustini ex B. Cypriano est, vt quia quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Sapientissimus Ecclesiastes humana studia mente percurrens pronunciat [k] non esse hominem iustum in terra, qui faciat bonum, & non peccet: id est, interprete Theona Abbate apud Cassianum, [l] neminem in hac terra, tam sanctum, tam diligentem, tam intentum, vel potuisse vnquam, vel posse inueniri, qui vero illi, ac singulari Bono iugiter valeat inhærere, vt non quotidie ab eo distractum se sentiant delinquere. Corpus quod corrumpitur suopte pondere aggrauat animam, & excellentiæ comitis naturali sibi nexu iunctæ quodammodò inuidens, eam secum

i Orat. contr. Iulian. c. 29

k c. 7.

l coll. 23. c. 19.

vna

vnâ ruentem habere contendit; nisi diuinæ gratiæ fulti beneficio, comparandæ, tuendæ, & adaugendæ virtuti sine vlla minimi temporis intermissione studeamus.

Quantumuis in sanctitate quis profecerit, quantumuis sinceritatis, & puritatis acquisierit; attendat Angelo in Apocalypsi clamanti: [m] Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. At quousque, inquies? Donec dicat spiritus, vt requiescas à laboribus tuis, donec carnis huius vinculis absoluaris. [n] Ea verò perfectio est, vt qui augetur in melius, nunquam consistat, neque terminis vllis perfectionem existimet esse conclusam. [o] Ibunt Sancti de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion. Quem versum S. Furseus[p] audiuit Angelos sibi concinen-

m c.22.

n *Nyssen. de perf. Christian.*

o *psal.* 83.

p *Bed. l.* 3. *de gest. Angel. c.* 19.

nentes, eoque se ad progressus in sanctitate faciendos accendentes. Sed de his plura Paragrapho sexto.

§. 5.

Diuinæ præsentiæ consideratio, stimulus est ad sanctitatis studium maximè concitans, & vrgens.

MAgni profectò momenti; magni, inquam, est ad acquirendæ sanctitats ardorem, sitim, & studium præsentis vbique sanctitatis Dei conspectus, quo Siracides optat nos in hac exercitatione peruogeri. Qui timet Dominum, in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Quemadmodum enim pauperes, cum regios thesauros intuētur, suam mendicitatem ex collatione contrariorum iuxta se positorum magis agnoscunt; ita qui supereminen-

nentem illam diuini numinis ſancti-tatem præſentem attendunt, eamq́; ſubinde ſupra, quàm credi poteſt admirantur: & ex infinita inter illam, & proprium nihilum diſtantia confuſi, ſe profundiſſimè demittunt, operti ſicut diploide confuſione ſua. Confunduntur intus, & foris, & coram Deo, & coram hominibus.

q c. 2. Solil. Diuus Auguſtinus ita ſe ſentiebat affectum, cùm diceret. [q] Miſer ego, quando poterit mea obliquitas tuæ rectitudini adæquari; Tu verè bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu ſanctus, ego miſer: tu iuſtus, ego iniuſtus: tu ſumma veritas, ego vniuerſa vanitas, vt omnis homo viuens.

r Theon. apud Caſſian col. 23. c. 17 Sed & [r] Iſaias poſt illam mirificam contemplationem Dei, poſt intuitum ſublimium Seraphim, & reuelationem Sacramentorum Cæle-

le.

lestium, in se reuersus dixit: Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum. Qui, sicut arbitror, labiorum suorum immunditiam, nec tunc quidem fortasse sensisset, nisi veram perfectionis, & integram puritatem contemplatione Dei meruisset agnoscere; cuius intuitu, pollutionem suam sibi antè incognitam repentè cognouit.

Quisquis se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, oculos parumper auertat, ne videant vanitatem suã: & collectis sensibus incomprehensam Dei perfectionem contempletur. Atque ità manifestè comperiet se fallere semetipsum: moxque iustam in seipsum sententiam illam dicet, quam olim S. Ioannes Euangelista ex imperio Domini pronunciauit in Episcopum Laodicensem: [f] Dicis, quod diues sum, & locu- [f] *Apoc. 3.*

ple-

pletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Immò etiam[t] quotquot ob diuinam gratiam sancti dicuntur, prophani alioqui, atque impuri iudicari queunt, si cum Deo componantur: vt & omnes reges serui; & existentia, non existentia; ad eum, qui reuera existit, collata, vt Iobius Monachus apud Photium per interpretem loquitur.

t *Iobius l. 6 de verb. incarnat. cap. 24. & 25.*

Stellæ clarissimæ sunt in se attamen in conspectu solis caligine videntur obduci, licet eis de constanti, & perenni suo splendore depereat nihil. Ad eum modum, tanta est Dei puritas, & excellentia sanctitatis, vt omnis & hominum & Angelorum sanctitas illi comparata, iniustitia potiùs, ac malitia videri possit, quamuis à parte rei non desinat

nat

nat esse vera bonitas, & sanctitas in Angelis, qui veritate steterunt, & in iustis hominibus, nec vlla ratione in malitiam conuertatur, si cum Dei munditia conferatur. In hunc sensum Iob intelligendus cum ait, [v] Verè scio, quòd ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. v cap. 6.

§. 6.

Quo sensu intelligenda sint verba illa, Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum.

QVIS igitur ita sanctitatis, & nomine, & veritate præfulgens, qui præsentiam diuinæ sanctitatis attentiori mente considerans de se, non moderatè modicéque sentiat? quis se non tantummodò puluerem, & cinerem, sed & purum putumque nihil esse profiteatur?

Cùm audio verbum illud Domini, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est; anxiatur spiritus meus, & aio: Quid sibi Dominus meus rex vult in huiusmodi mandato? Quid est homo, vt sequi possit Deum factorem suũ? Recordare quoniam puluis sumus; memorare quæ mea substantia? Supra virtutem, supra id quod possumus, aut intelligimus, videtur verbum & iussum istud (Secundùm hominem dico) Adaugeat quantum voluerit Deus ad perfectionem Ioannis Baptistæ, aut Ieremiæ, aut alterius ex Sanctissimis; adaugeat, inquam, quantus nunc est, iterùmque centuplicet: certè nemo illorum poterit vnquam esse sanctus, vt est Dominus.

Omninò diffidendum, & prorsus

in

in desperatis habendum esset præscriptum istud, sancti estote, quoniam ego sanctus sum: Si perfectio diuinæ sanctitatis à nobis ex æquo desideretur. Verùm non se res sic habet.

Sic enim scriptum est per Moysen Prophetam, oraculorum diuinorum interpretem, cùm in confinio mortis, sanctitatis studium Israelitis pro suo munere commendaret: [a] Mandatum, inquit, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, vt possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, & deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus? sed iuxta se est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quonam, inquies, pacto?

[a] Deuter. 30.

Sanctitatis exemplar Deus ipse,

qui terminum non habet, tibi proponitur imitandum: vt desiderium quoque tuum, cùm ad interminatum infinitumque se extendat nullum habeat exitum, quo cessare possit. Non tibi proponitur scopus inferior, vt intelligas nullis finibus perfectionem vitæ contineri. Vt nunquam, donec responsum mortis habeas, pensum te putes absoluisse, & ab vlterioris sanctitatis cupiditate, ac studio conquiescens, dicas: Sufficit, est mihi sufficiens virtus: vt quid vltra vexor? Anima mea habes multa bona: requiesce. Sed potiùs cum Dauide, qui se sanctum esse non ignorabat, ita per singulos dies teipsum adhorteris:
b Psal. 76. [b] Et dixi, nunc cæpi. Et cum Apostolo, post bonum certamen, post cursum consummatum, post fidem seruatam: [c] Ego non me arbitror
c ad Phil. 3.
com-

comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendēs meipsum, ad destinatum persequor. Hac ratione semita tua quasi lux splendens procedet, & crescet vsque ad perfectam diem.

Denique moneris ad ideam diuinæ sanctitatis te componere, vt quid quantùmque tibi desit tuis calculis computans, humilies valde spiritum tuum, ac semper paruulus sis in oculis tuis: atque ita gratiæ cælestis munere, & diuina benedictione doneris, quæ virtutibus, & sanctitate diuitem efficiant.

Hanc rationem sanctificandi animam declarat vox Græca ταπεινώσουσι, id est humiliabunt. Sed maluit Spiritus Sanctus dicere, sanctificabunt, vt absolutam sanctitatem in humilitatis perfectione positam insinuaret.

d Ben. serm 45. in Cant. [d] Hæc est enim decor animæ. e Euer. ser. 2. de Quadrag. [e] Ab ipsa virtutes incipiunt, per ipsam proficiunt, in ipsa consummantur, per ipsam conseruantur.

Cùmque omnibus, vt virtutes sint, tribuat; si qua earum defuerit, vel minùs perfecta fuerit, ipsa alterius defectu proficiens, dispendium illius de se compensat. Verè quidã dixit, f Isaac ad grad. 26. Climac. [f] perfectionem esse humilitatis mercedem, seu præmium. Et alius: g Rich. Victor. c. 26. in Cantic. [g] Humilitas locus gratiæ Dei, adeò vt tantùm gratię capax sit aliquis, quantùm fuerit humilis.


h Luc. 18. Hac industria [h] Publicanus viam compendiosiorem non inuenit, vt animam suam in conspectu Dei sanctificaret. i Ambros. serm. 20. in Psal. 118. [i] Nihil enumerare poterat, quod posset ab eo probari: Sed percutiebat pectus suum, K Chrysost. hom. de publ & pharis. [K] & vt officinam malorum torquebat. Vnde l Amb. supr [l] propter humilitatem iustificatus


de-

descendit de templo magis quàm ille pharisæus, qui cùm abstinens, & parcus esset alieni, liberalis sui, non refugus ieiunij, vt ipse dicebat; tamen propter iactantiam, etiam illa, quæ habere poterat, amisit. Nihil ei tot genera virtutum vno vitio decolorata prodesse potuerunt.

Nemo se ridiculis opinionibus fallat: [m] etiamsi quis plurimorum benè gestorum sibi conscius sit, nisi apud se sentiat, quòd omnium sit postremus, nulla ei futura vtilitas ex omnibus bonis suis operibus.

[m] *Chrysost. hom. 33. in Gen.*





PRAXIS DECIMA SEPTIMA.

EIVSDEM


IESV FILII SIRACH.

Beatus vir, qui in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.

Eccli. 14.

§. I.

Summè neceſſarium eſt ſcire, & meminiſſe DEVM Iudicem.



NTER celeberrimas conſtitutiones, & edicta, quę Dauid diuinæ vocis, & voluntatis organum promulgauit, illud in primis annumerandum, quod Pſalmo nonageſimo

mo nono in hæc verba proponit: Sci-
tote quoniã Dominus ipse est Deus.
Est tanti momenti decretum istud,
vt radix, basis, ac fundamentum
sit omnium edictorum Dei. Ex eo
siquidem diuinæ leges vim omnem
suam mutuantur. Hæc sanctio tam
generalis est, vt omnes in vniuer-
sum, & singulos pleno, & summo
iure constringat: tantæ necessita-
tis, & vtilitatis, vt maximè intersit
omnium & singulorum scire, que-
madmodum oportet, quòd Domi-
nus ipse est Deus.

Legis huius momentum erit ex-
plicatius, si Dauidem idiomate pa-
trio loquentem audiamus: אֱלֹהִים
דְּעוּ כִּי־יְהוָה הוּא quæ conficiunt
hunc sensum: Scitote, quòd
ipse, qui est, seu, qui omnem
prorsus essendi perfectionem com-
plectitur, ipse est iudex: siue vt lo-
quun-

a cap. 30. b c. 2. quuntur [a] Isaias, & [b] Malachias, Deus iudicij Dominus, qui cuncta, quæ fiunt, adducet in iudicium, vt reddat vniquique secundùm vias suas, prout vnusquisque gessit in corpore suo, siue illud bonum fuerit, siue malum. Hæc est interpretatio illius sententiæ Altissimi, scitote quoniam Dominus ipse est Deus: quod etiam cap. 19. Iob admirandus ille vetusti sæculi heros onerosis consolatoribus suis olim meditandum proposuerat, dicens: Scitote esse iudicium.

Diuus Thomas, sapiens sicut habet sapientiam Angelus Dei, citatum Dauidis locum paucis illustrás, c Opusc. de Sacr. alt. c. 2. ait: [c] Dominus ipse est Deus, omnia scilicet implens, vbique præsés, omnia videns. Et beatus est, qui in sapientia ista morabitur: qui, si non continenter, sæpius tamen istud Dauidicum expenderit: Quò ibo à spi-

ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? qui nouerit Deum eſſe iudicem, & teſtem, conſpectorem ſæculorum, abſconditorum cognitorem, ponderatorem ſpirituum; in cuius conſpectu non eſt vlla creatura inuiſibilis; qui fines mundi intuetur; cuius peruigiles oculi, in omni loco, ſine intermiſſione contemplantur bonos, & malos. Beatus, qui iſta probè nouerit, & quemadmodùm oportet ſcire. [d] Nam ſunt plerique, qui iudicem, & iudicium verbo tenus ſciunt, ſed peruersè agendo, teſtantur, quia neſciunt. Qui enim hoc non formidat vt debet, necdum cognouit cum quanto turbine terroris adueniat. Si enim penſare pondus tremendi examinis noſſet, iræ diē vtique timendo præcaueret. Beatus (iterum dico) qui in ſenſu, hoc eſt, mente præſenti, & attente cogitabit

d Greg. l. 15 moral.

cir-

circumſpectionem Dei, ſeu circum-ſpectorem Deum, qui obſeruat omnes ſemitas noſtras, & veſtigia pedum noſtrorum conſiderat. [e] Eum neceſſe eſt nunc timere iudicem, cum necdum iudicium exercet, cùm diu mala ſuſtinet, cum mala adhuc tolerat, quæ videt: ne cùm ſemel manum in retributione vltionis excuſſerit, tantò diſtrictiùs in iudicio feriat, quantò ante iudicium diutiùs expectat. Vitari terror iudicis non niſi ante iudicium poteſt. Modò non cernitur, ſed precibus placatur. Cùm verò in illo tremendo examine ſederit; & videri poterit, & placari iam non poterit.

e Greg. ſut.

[f] Quapropter in omni vitæ noſtrę genere memoria nobis diuini iudicij inſerenda, & continenda eſt: vt reſidente in nobis iudicij memoria, vel nunquam potiùs abeunte, præ-

f Hilar. in Zain pſal. 118.

ceptis

ceptis Dei opera nostra famulentur. Beatus erit, quisquis non sine memoria diuini iudicij omnia gesserit.

§. 2.

De continua DEI Iudicis nostri ante iudicium circumspectione.

QVI ad beatitudinem, quam præfert huius praxis titulus, adspirat, qui in sapientia & morari, & altas radices agere ac progressus facere desiderat, in tabulis cordis sui diligenter exaret, sicut ea, quæ celte sculpuntur in silice, verba illa, quæ de circumspectione Dei scripsit Ecclesiasticus: [g] Oculi Domini multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. g c. 23.

Eleganter admodùm soli compa-

rat

rat oculos Dei; quòd ſicut ſol è cælorum altitudine omnia ſua luce perluſtrat, & intuetur, & in tenebris abſcondita profert in lucem, & oculis mundi conſpicienda manifeſtat: eadem ratione diuini oculi, hoc eſt intuitus Dei, & ſcientia, vniuerſa circumſpicit, atque tandem, cùm opus eſt, in apertum producit.

Verùm cum ſol motu ſuo à rebus per interualla temporum abeſſe cogatur, immò etiam præſens eius lumen ab ædibus & antris excludi poſſit, nec in intimas terræ partes ſuo lumine penetrare valeat: Dei autem lumina ſeu conſpectum nihil effugere poſſit, nec à perenni rerum quarumlibet contemplatione, vel temporum viciſſitudine, vel altiſſima quauis profunditate, vel quocumque impedimento poſſit arceri: optimè dixit Eccleſiaſticus, oculos

Dei

Dei multò plus lucidiores esse super solem: vel, vt Græca significant, millies sole splendidiores: & Syriaca, maiores esse decies millies sole: Tigurina verò sole infinitis partibus perspicaciores.

Quamuis autem omnia nuda sint diuinis oculis, aperti tamen illi dicuntur peculiari ratione super omnes vias filiorum Adam, eorumque corda, & cogitationes, etiam in absconditas mundi partes circumspicere, propter eximiam, quam de illis habet Deus curam, & singularem prouidentiam. Obseruat omnes eorum semitas, & cunctos gressus dinumerat, vt iudex integerrimus, qui cum acceperit tempus, etiã iustitias iudicabit. Ex officio iudicis, qui cuncta, quæ fiunt adducturus est in iudicium, habere debet omnium scientiam: vt verò testis,

&

& arbitri partes agat, videre, & audire ea, de quibus visis, & auditis iure summæ, & vltimæ cognitionis iudicare debet, & decernere quid futurum sit in æternum, & vltra.

Quis det talem nos habere mentem, vt vel iam sapiamus, & intelligamus, quàm accurata, quàm peruigil, & insopita sit huiusce iudicis, & testis circumspectio; [h] Palpebræ eius, inquit Dauid, interrogant filios hominum. Volo quinque verba ista sensu meo ponderare, vt & me, & alios instruam. Humano more Propheta loquitur, vt ostendat summam attentionem Dei filios hominum inspicientis; ad eum fermè modum, quo nos limis, & semiclausis oculis, & fixis immotè palpebris solemus aliquid diligentiùs contueri, Palpebræ Dei interrogant filios hominum. Tam exactè nouit omnes

[h] *Psal.* 10.

vias

vias eorum, verba, cogitationes affectus, intentiones, consilia, decreta, & intimos animorum sensus anfractus, & recessus, vt non solùm eius oculos quidquam eorum latere possit, sed nec ipsas etiam illius palpebras, vt notat[i] Theodoretus. i In psal. 10

Ad hæc palpebræ Dei interrogant filios hominum; hoc est, explorant, diudicant, probant; quod proprium est aurificis, & excoctoris, igne aurum argentùmue probantis, parùmne sit, an cum impuriore materia mixtum. Quod Salomon in Prouerbijs expressit: [k] Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus. k c. 17.

Insuper, palpebris interrogare dicitur, vt discamus Deum omnia videre, & obseruare, etiam cum videtur non videre, sed dissimulare, ac velut obdormire; palpebris oculorum

lorum aciem operientibus. Tum etiam, palpebræ interrogantes discutionem indicant: palpebræ enim pupillam dirigunt, iuxta illud Salomonis: [1] Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.
Pr. 4.
Non euagantur, non peregrinantur oculi Dei: semper intenti sunt, & perspicaces, sine intermissione super ijsdem rebus quodammodo cogitantes: nihil quasi per caliginem iudicantes, nihil temerè, & per imprudentiam decernentes.

Denique, ne quis accuratissimam illam Dei attentionem ad certum genus restrictam opinetur, subiungit illicò Vates Sanctus: Dominus interrogat iustum, & impium: hoc est optimè nouit omnes, ac discernit iustine sint an iniusti, ac si prius illos diligenter interrogasset, & excussisset. Homines quidem, qui tantùm

tùm vident, quantùm oculis conſe-
qui licet, & qui latentes atque recon-
ditos animorum meandros non at-
tingunt; neceſſium habent, abſtru-
ſiora per examen, & interrogatio-
nes expiſcari, & agnoſcere; & vt
maximè, per numellas, & tormenta,
inuolutæ rei notitiam, & veritatem
extorquere. Deus autem per ſe ad
obſcuriores cordis latebras pene-
trans, inexplicabiles tacitarum cogi-
tationum flexiones aſſequitur. Dici-
tur tamen ritu iudicum ſontes exa-
minantium interrogare, vt indicetur
eum omnia etiam abditiſſima noſſe,
& infinitè dilucidiùs, quàm perſpi-
cax hominum prudentia valeat per
interrogationes, examina, quæſtio-
nes, & vrgentiores numellas. Epi-
tome totius Paragraphi ſit Iambi-
cum iſtud Aurelij Prudentij.

Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actùſque noſtros proſpicit
A luce prima in veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quidquid eſt,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit iudicem.

§. 3.

Quid ex circunſpectione DEI concludendum.

QVID verò ex dictis inferendum? Sanè quod Sanctorum prudentia colligit: nimirum circunſpicientem Deum circunſpectos debere nos facere.[a] Oportet, inquit Chryſoſtomus, hæc cogitantes tanto ſtudio vitam noſtram inſtituere, perinde ac mox de omnibus verbis, & operibus, & cogitationibus eſſemus iudicandi. Ne igitur ſalutis no-

[a] homil. 8. in Gen.

ſtræ

strae contemptores simus: [b] Non temerè, & inutiliter tempus expendere nos oportet; sed singulis diebus, & horis ante oculos proponere Dei iudicium, & quae sint ea, quae magnam nobis tunc fiduciam afferre queant; item, quae poenam inferant. *b homil. 4. in Gen.*

Et Boetius: [c] Magna nobis est, si dissimulare nolumus, necessitas indicta probitatis, qui cuncta agimus ante oculos iudicis omnia cernentis. *c l. 5. de consol. pros. 6. ex Aug.*

[d] Diuus Bernardus negligentem fieri posse negat, qui intuentem se Deum non desinit intueri. [e] Quis enim est, ait S. Basilius, alterius potestatis, qui in oculis principis sui, ausurus sit vnquam, quae ipsi non placent? *d Serm. 2. in psal. 90.* *e In Reg. Breu. ad interrog. 29.*

Refert [f] Theobaldus Episcopus Sanctum Guillelmum, qui ex Aquitaniae duce poenitens, & asceta, mul- *f In vit. S. Guil.*

tis religiosæ vitæ factus est author, solitum dicere, seruum Dei, omni hora debere cogitata, dicta, gesta circunspicere: ne in ipsis oculos Creatoris offendere contingat.

Circunspectorem Deum attendens, seipsum ex omni parte collustrat. Assiduè [g] meditatur quid agat, quid agere debeat: & ne ex re, quæ agitur, repentinus finis aduersusque subrepat, hunc prius molliter, posito pede cogitationis pulsat. Pensat, ne ab ijs, quæ agenda sunt, præpediat formido: ne in ijs, quæ differenda sunt, præcipitatio impellat.

[h] In examen seipsum aduocans, solerti, examine discutit, num ad præscriptum sibi à legislatore Deo canonem, vitæ suæ tenor progrediatur. [i] Veretur omnia opera sua, scrutatur, discutit, & diiudicat vniuersa.

g Greg. l. 1. moral. c. 16

h Basil. in Attende tibi.

i Bon. serm. 3. de adu.

uersa.

uersa. Probat vtrum ex integra causa fiant, an alicuius mali admixtione inficiantur: superflua resecat, pellit noxia, obliqua dirigit.

Neque solùm peruersas cogitationes, quæ separant à Deo, sed & illas, quæ sunt sine intellectu, acerrimè propulsat. Verbis suis facit stateram, disponitque sermones in iudicio, decretum illud Dauidis obseruans: Dixi custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. In omnibus seipsum præbet exemplum bonorum operum, prouidens bona, non tantùm coram Deo, sed etiam coram hominibus, sciens Deum vnicuique mandasse de proximo suo.

In ijs, quæ ad diuinum cultum, & obsequium pertinent, pręcellens esse conatur, Abelis ad exemplar, qui [K] gregis datorem lectiori gregis

K *Basil. Sel or. 4.*

portione honorabat, animi virtutem cum donis copulans, vnàque animum ipsum offerens accipiẽti Deo.

Porrò, in illis, quæ ad proximum spectant, iustitiæ breuiarium obseruat à Domino traditum: [l] Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. [m] Æquitatis viam tenet, talem in alterum habens animum, qualem in se ab altero seruari cupit.

l Matth. 7.

m Paulin. Ep. 50.

Hæc & his similia secundùm legem Dei obseruare solent, qui eius circumspectionem attentè meditantur. [n] Si ita nos disposuerimus, nihil mali faciemus, nihil mali dicemus, nihil mali cogitabimus. Meditata siquidem circumspectio Dei strenuũ, fidelem, & veluti cataphractum quendam ianitorem ad cordis fores constituit timorem Dei, qui omni custodia seruet illud: [o] qui nihil

n Chrysost. s. 4. in Ep. ad Philip.

o Euen. ser. 1. de S. Ben.

hil negligat, qui cogitationes noxias violenter irruentes, aditu vi maiore prohibeat; qui nullum indiscussum intrare permittat, sæpiùs interrogans etiam Angelum lucis: Noster es, an aduersariorum? Vndique enim sibi circunspicit, tanquam omni hora cogitans circumspectionem Dei, quem sine intermissione intueri, ac iudicare corda hominum attendit.

[p] Timor Domini expellit peccatum, siue quod iam admissum est, siue quod tentat intrare. p Idem serde vilit. script.

Vbi circumspiciens [q] iste timor excubitor est, liuor non est, pecuniarum amor non vexat, extinctus furor est, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala q Chrysost. h. 15. ad pop.

pa-

patrantium apparere propiùs audebit: Sic de isto metu animas nostras detinente, illiberalium nullà perturbationum facile nobis subrepit; sed omnes fugiunt, & pelluntur timoris imperio vndique exactæ.

Quandiu fortis armatus iste custodit atrium suum, tuta sunt ab insidijs, & periculis omnia quæ possidet: procul odo atur bellum, & cum pax sit, ille tamen semper insidias suspicatur. Et præcauens in futurum, [1] aduersa quæque longè adhuc posita prænoscit, ne fortasse valeant improuisa superare. Ex preteritis metitur præsentia, & futura preuidendo disponit.

1 Greg. l. 31 mor. c. 46.

Plura hic recensenda videbantur exempla Sanctorum, ex attentione Dei omnia circumspicientis se studiosiùs obseruantium: quæ cùm vel sola in iustum volumen excre-

sce-

ſcerent, & Ciui noſtro Sanctorum, (quem expeditum ad iter deſideramus) nimio forent oneri, de induſtria prætermitto.

Vnum tamen indico Sanctiſſimum Iob, quem adire potes, [f] & audire de ſui in praxi virtutum circumſpecta ſolicitudine diſſerentem. Cuius has reddit rationes: Conſiderans eum, timore ſolicitor. Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? Quid faciam, cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? Semper enim quaſi tumentes fluctus ſuper me timui Deum, & pondus eius ferre non potui.


f cap. 23. & cap. 31.

Ita vir ille rectus, Deum oculatum teſtem, & circumſpectorem, ac integerrimum iudicem cogitans, nihil audet, vel tentare, vel etiam medita-


ri, quod ab ipſo reprobatum iri cognoſcit; nihil ab eodem Sanctum præterire: Vade & tu fac ſimiliter.

t Ambr. l. 1 offic.

[t] Nihil eſt, quod magis proficiat ad vitam honeſtam, quàm vt credamus Deum iudicem futurum, quem & occulta non fallant; & indecora offendant; & honeſtam delectent.



PRA-



PRAXIS DECIMA OCTAVA.


S. OSEÆ PROPHETÆ;

Qui & de futura Christianorum perfectione vaticinatur.

Viuens in conspectu eius. *Os.* 6.

§. I.

Vitam omnes desiderant, sed plerique animalem: pauci verò eam, quæ secundum Deum est.



VM Dauidem audio vociferantem ex imperio Domini, [a] Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos, statim occurrit exclamandum cum Diuo Ber-

a *Ps.* 33.

b Serm. 1. in vig. nat. Bernardo: [b] Verbum bonum, verbum consolatorium, sermo iucunditate plenus, & dignus omni acceptione, Et de Regio Vate, vitam omnibus amicam, diesque bonos offerente dicendum reor, quod ipsemet quondam dixit de Achimaas filio Sadoc: [c] Vir bonus est; & nuncium portans bonum.

c 2. Reg. 18.

d Chrysost. in il lud. ps. 33.

e Aug. in ps. 33.

f l. de Ciuit.

[d] Isto offerente tantum munus, tantam lætitiam, exoptatam toti generi humano, quasi omnes vna voce exiliunt ad interrogationem hominis Dei, dicentes, Ego. Nihil maioris apud homines pretij, quàm vita. [e] An quisquam est in nobis, qui non diligit vitam, qui non vult vitam, qui non diligit dies videre bonos? [f] Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiendo, latendo, quicquid habet dando, & se redimendo, laborando, cruciatus mo-

molestiasque sustinendo, medicos adhibendo, & quidquid aliud homo potest. Tanto labore, tanto conatu, tantis impendijs, tanta instantia, tanta vigilantia, tanta cura agitur, vt aliquantulum plus viuatur. Quid vult ergo sibi Dauid, ita personans: Quis est homo, qui vult vitam?

Pro desiderio omnium sic interrogauit, vt sciret quid illi responderetur. Quàm multi diligunt, & volunt vitam; & quàm pauci diligunt & volunt vitam; Stultorum infinitus est numerus, quos si percontèris de vita quam in votis habeant, respondebunt, eam se velle, & diligere, quàm nonnullis iumentis insipientibus affinis, huiusmodi coloribus expressit:

g Vitam quæ faciunt beatiorem, *g Martial. l. 10. Epigram*

Iucundissime Martialis, hæc sũt:

Res

Res non parta labore, sed relicta.
Non ingratus ager, focus perẽnis,
Vires ingenuæ , salubre corpus ,
&c.

Sed venia sit Martiali: aut saltem seueriori iure minimè condemandus, vt pote cui sol intelligentiæ nõ sit ortus , cui fidei lumen non illuxerit. At quam putas eos promereri gratiam, qui Christianam veritatem professi, ita tamen se debitores carni , & sanguini constituunt, vt non aliam , quàm corporis vitam quærere, & curare, immò & credere videantur ? Animales planè , non percipientes, quæ sunt spiritus Dei : qui nihil aliud putant bonum, quã terrenis frui delicijs , proni ad terram, de sola carne pastam, atque lætitiam auidissimè requirentes . Hi sunt de quibus Apostolus ad Philippenses : [h] multi ambulabant, quos

h c. 3.

sæpe

sæpe dicebam vobis(nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Hi sunt [i] qui dicunt: Ædificemus domos: vbi? in terra: Emamus agros: vbi? in terra. Adipiscamur imperium: vbi? rursus in terra: assequamur gloriam: rursus in terra: diuitias comparemus: rursus in terra. Omnia denique in terra.

i *Chrysost. hom. 13. in Ep. ad Phil.*

Talis erat dementissimus ille, & toto capite sanandus, cuius cùm vberes fructus ager attulisset, cogitabat intra se dicens: [k] Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Locutusque cum mente sua, excogitato consilio, dixit: Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi: & dicam ani-

k *Luc. 12.*

mæ meæ: Anima habes multa bona, posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. [l] Quanta vanitas; quanta insania; quantum mendacium; [m] Quis non misereatur hominis tantoperè obsessi implicatique, & ipsa agri felicitate infelicis, bonis præsentibus miseri, futuris miserioris? De futuris erat anxius, cum nescius esset, an in crastinum viueret. Putat omnia ventri suo destinata esse; & secum ita loquitur; Anima habes multa bona reposita; comede, bibe, oblectare. O bruta verba; Si suillam haberes animam, quid ei pro re læta, nisi hoc ipsũ renunciares? Adeòne pecuinus es? adeòne bonorum animæ imperitus, vt ei carnalibus escis adblandiaris, & quæ à secessu recipiuntur, ei pro bellarijs mittas?

l Aug. ep. 32

m Basil. in illa verb.

Non videbatur ille sibi maior,

aut

aut ad maiora genitus, quàm vt mancipium esset corporis sui: non edebat vt viueret, sed viuebat vt ederet, & epularetur quotidie splendidè, ijs annumerandus qui dicunt: Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

An istiusmodi vitam homine dignam reberis, & Christiano nomini vel minimum respondentem? Negant Prophetæ, aduersatur Euangelium, repugnat lex oris Dei conclamant in contrarium Apostoli, obsistit omnis scriptura diuinitùs inspirata, cuius verborum principium est veritas.

n Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ita Christiano viuendum est, vt verè cum n ad Rom. 8

o ad Philip. 1. p ad Gal. 2. q 2. cor. 4.

Apoſtolo dicere poſſit: [o] Mihi viuere Chriſtus eſt. [p] Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Ita viuendum, vt [q] vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

§. 2.

Vitam carnalem & animalem non eſſe veram vitam.

ADuerſus hanc aſſertionem Epicurus, Epicurique ſectatores tumultuantur; & pro cute curanda, pro modico corruptibilis huius vitę in delicijs, & voluptatibus traducendo, quaſi pro aris, & focis dimicant, & vociferantur.

Clamat Sophocles ille tragicus,

a apud Athe ne. l. 12. c. 12.

[a] Voluptatem
Si homines deſerant, illos non puto ego
Viuere, ſed animata eſſe cadauera:

Tan-

Tantundem ab Epicuro audiemus, qui veram vitam,& summum bonum in deliciarum sordibus constituebat. De quo Hegesitpus Tarentinus in Philetæris ait:

[b] Epicurus sapiens, flagitante quodam. *b apud eund. l.7.c.5.*

Sibi vt diceret, quodnam illud sit bonum.

Quod inuestigant assiduè, voluptatem esse respondit.

O digna suibus & scarabeis responsa; missos faciamus istos nebulones: insaniunt; vt quid eos audimus? Absit à Christianis, à filijs lucis, à conciuibus Sanctorum, hæc pestilens intemperantium luxùque perditorum sententia. Aliter à Domino Deo nostro instituti sumus; aliter à testibus ab eo præordinatis; qui notas nobis fecerunt vias vitæ, qui thesim in capite Paragraphi fi-

xam, depromptis ex thesauro veritatis rationibus ita confirmant:

Primum Diuus Augustinus de vita eorum, quos Paulus nominat animales, ait: [c] Falsa est vita impiorum; neque enim viuunt, sed viuere sibi videtur. [d] Viuit animalis homo, sed corpore tantum: mortua est autem anima, mortuum est, quod melius est eius: viuit habitaculum, mortuus est habitator. Quomodo, inquies, cum viuat corpus, mortua est anima, cum corpus non viueret, nisi viuificatum ab anima? Quomodo ergo mortua est anima, de qua viuit corpus? Audi ergo, & disce. Corpus hominis creatura Dei est, & anima hominis creatura Dei est. De anima Deus viuificat carnem, ipsam autem animam viuificat de seipso, non de seipsa. Vita ergo corporis anima est; vita ergo animæ Deus est.

c In Psalm. 57

d Idem ser. 38. de verb. Apost.

Mo-

Moritur corpus, cum recedit anima: moritur ergo anima, si recedit Deus. Expirauit, sed nescis; expirauit, sed non vides. Carnem enim sine anima iacentem vides, animam miseram sine Deo videre non potes. Sed crede, & adhibe hic oculos fidei. [e] Omnis homo sine Deo mortuam habet animam: mors animæ Dei absentia.

[e] *Serm. 13. de Martyr.*

Perspicua est hæc veritas ex illis verbis Apostoli: [f] Vidua, quæ in delicijs est, viuens mortua est. Diceret aliquis: Si viuens, quomodo mortua? Si mortua, quomodo viuens? Vtrumque enim dicit, & viuentem simul & mortuam. Sed iam ænigma soluit Augustinus: & ante eum Chrysostomus his verbis: [g] Mortuus est quisque viuens, cum in delicijs agit. Quonam modo? Ventri solummodò viuit; cæteris sen-

[f] *1. ad Timoth. 5.*

[g] *In illud Apost.*

ſenſibus mortuus: neque enim aſpicit, quæ aſpicienda ſunt, neque audit, quæ neceſſariò audire conuenit, neque ea loquitur, quæ decet loqui, nihilque in ſe viuere præter ſolam ventris ingluuiem indicat. Nihil illum ex his, quæ in futura vita ſeruantur, mouet, ſed ad omnia perſtat immobilis. Hunc ſine igitur inter viuos ſtatuere, ac numerare quiſpiam audeat?

Sicut ergo nemo poteſt duobus dominis ſeruire: ita nemo poteſt ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum, dico, Dei. Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic nō eſt eius: Si non eſt eius, alienatus eſt à vita Dei, & ex conſequenti, non habet veram vitam in ſeipſo manentem.

Tertium huius veritatis teſtem cito Diuum Bernardum dicentem:

Pu-

[h] Puta parua res est scire viuere? Magnum aliquid, immò maximum. Nòn viuit, qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui cæteris inficitur pestibus: quoniam non est hoc viuere, sed vitam confundere, & appropinquare vsque ad portas mortis. Dicitur vulgo, quia qui bene se pascit, bene viuit: sed mentita est iniquitas sibi: [i] viuens carne, mortuus est spiritu: Nomen habet, quod viuat; sed mortuus est. In his testibus, quorum vel vnus pro decem millibus computari potest, stat hoc verbum veritatis, nimirum veram non esse vitam, quam animales isti viuunt. [k] Quid miserius, quàm curando vitam, amittere vitã?

h Ser. 2. de SS. Petr. & Paul.

i Idem ser. de Cant. Ezech.

k Aug. ser. 42. de SS.

His aptè quadrare videtur, quod B. Ioannes Damascenus refert de S. Barlaam Monasticæ perfectionis laude celeberrimo: qui à Iosaphat

In-

Indiarum Regis filio interrogatus, quid ætatis haberet, respondit: Annos, ni fallor, quinque & quadraginta natus sum. Cui Iosaphat: Quid ego ex te audio? hocne quod res est? Non apparet: mihi enim septuaginta annos excedere videris: cani tui & rugæ tuæ testimonium dicunt contra te. Ait illi Barlaam: Si annos meos ab ipso vitæ ortu nosse quæris, rectè sanè eos plusquam septuaginta esse coniecisti. At mihi quidem nullo prorsus modo inter vitæ annos censentur, qui in huius mundi vanitate consumpti sunt. Nam cum peccatis in seruitutem addictus, carni viuerem, quantum ad interiorem hominem attinet, mortuus eram. Quamobrem mortis annos, vitæ annos nunquam appellarim. Ex quo autẽ mundus mihi crucifixus est, & ego mundo, atque exu-

exuto veteri homine, qui secũdum erroris desideria corrumpitur, non iam carni viuo, sed viuit in me Christus: hos vitæ annos, & salutis dies optimo iure vocauerim, quos quidem quinque & quadraginta esse asserens, consentanea ratione, ac non absurdè, horum numerum tibi dixi. Quin tu quoque ea semper mente, ac sententia sis velim, nimirùm vt eos, qui quantum ad omne probum opus mortui sunt, peccatis autem viuunt, & in voluptatibus, ac pestiferis cupiditatibus vitam absumunt, nullo modo viuere existimes, verùm extinctos eos esse tibi persuadeas, vitæque functioni mortuos.

§. 3.

§. 3.

Quomodo viuere debeant, qui verè viuere desiderant.

AGE nunc inquiramus, si placet, quam vitæ rationem instituere debeant, qui solidam veramque vitam agere decreuerunt (Christianè loquimur) quales esse debeāt in hac peregrinatione ciues Sanctorum. Cum ex Apostolo constet, vt iam diximus, eos debitores esse non carni, vt secundum carnem viuant (quæ vita mors est potiùs dicenda, quàm vita) viuere debent secundū spiritum, spiritum, inquam, Dei. Non enim satis est, si viuere velint secundùm spiritum humanum, seù secundùm mentem, & rationem.

Dixerat olim S. Augustinus libro primo contra Academicos, * Nihil aliud esse bene viuere, nisi secundū

a c. 2.

id,

id, quod in homine optimum est, viuere; hoc est, secundùm mentem, & rationem. Sed in se posteà reuersus, errorem animaduertit, & sic eum censorio stylo correxit: Quãtum attinet ad hominis naturam, nihil est in eo melius, quàm mens, & ratio: Sed non secundùm ipsam debet viuere, qui beatè vult viuere; alioquin secundùm hominem viuit, cùm secundùm Deum viuendum sit, vt possit ad beatitudinem peruenire, propter quam consequendam, non seipsa debet esse contenta, sed Deo mens nostra subdenda est. b l. 1. Retract. c. 1.

[c] **Certè vnaquæque res secundũ hoc viuat vnde viuit. Vnde viuit caro tua? De anima tua. Vnde viuit anima tua? De Deo tuo.** c Serm. 13. de ver. Ap.

Vnaquæque harum secundùm vitam suam viuat. Caro enim sibi

non

non est vita, sed anima carnis est vita. Anima sibi non est vita, sed Deus est animæ vita. Anima ergo, quæ debet secundùm Deum viuere (non enim debitrix est carni, vt secundùm carnem viuat) si secundũ seipsam viuat, deficit. [d] Cum viuit homo secundùm hominem, non secundùm Deum similis est diabolo: quia nec Angelo secundùm Angelum, sed secundùm Deum viuendum fuit, vt staret in veritate.

d l. 14. de Ciuit. c. 4.

Proinde sequitur, quòd [e] cum viuit homo secundùm seipsum, profectò secundùm mendacium viuat: non quia ipse homo mendacium est, cũ sit eius auctor, & creator Deus; sed quia homo ita factus est rectus, vt non secundùm seipsum, sed secundum eum à quo factus est, viueret. Atque ita qui vult secundum veritatem viuere, non solùm [f] non de-

e Ibid.

f Serm. 23. de ver. Ap.

debet ſecundùm carnem viuere, vt Epicurei, qui bonum hominis in voluptate corporis poſuerunt: nec ſecundùm humanam mentem, vt Stoici, qui quaſi à carne ſe remouentes, & totam ſpem beatitudinis ſuæ in anima ſua conſtituentes, poſuerũt ſummum bonum in virtute ſua. Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus: ſed etiam ſi ſecundum ſeipſam ſibi voluerit anima viuere, carnalis erit, carnem ſapit, de carne non ſurgit. Non eſt enim quemadmodum inde ſurgat, qui brachium porrectum iacenti non tenet.

Et [g] ſicut non eſt à carne, ſed ſuper carnem, quod carnem facit viuere; ſic non eſt ab homine, ſed ſuper hominem, quod hominem facit beatè viuere. g *l. 19. de Ciuit. c. 25.*

[h] Viue precor, ſed uiue Deo; nam h *Paulin. Epiſt. 46.*

nam uiuere carni mortis opus: uiua est uiuere uita Deo.

§. 4.

Quid sit secundum Deum, & in conspectu eius viuere.

DEbitores igitur soli Deo, & infinitis nominibus illius bonitati deuincti, secundum Deum solum uiuamus, secundùm uoluntatem Dei, secundùm cor Dei, secundùm beneplacitum Dei, secundum sanctæ, & à Deo conditæ legis instituta, secundùm imperium Dei, secundùm uerbum Dei, secundùm donum gratiæ Dei, secundùm mensuram donationis Christi, secundũ spem uitæ æternæ; & ad comparandum meritum, quo in æternitate uiuatur; cæteroqui non vtiliter in tempore uiuitur.

Secundùm Deum inquam uiua-

mus,

mus, viuamus vitam Deo dignam, viuamus ex fide: quod non est aliud, quàm dignè Euangelio Dei conuersari, imitatorem esse Dei, & omnia facere secundùm exemplar, quod nobis in seipso Christus expressit. Denique viuere secundùm Deum, est ad illius vnius gloriam, seipsum & vitam referre, & impendere, ac omnia, quæ intra nos sunt: nomini Sancto eius omninò consecrare.

Hæc est vitæ ratio, quam Oseas Propheta futuram prænuntiauit, post deuictum per copiosam Christi redemptionem mortis aculeum. Viuificabit nos, inquit, post duos dies: in die tertia suscitabit nos: & viuemus in conspectu eius, seu, vt vertit Arabicus Alexandrinus; stabimus viui coram eo, viuemus, ipso fauente, vita per eius gratiam comparata.

Viuemus in conspectu eius: ita sanctè conuersabimur, & operabimur, vt qui Deum habent sibi præsentem; non eum solummodò, qui
Ie. 23. per Ieremiam ait [i] Cælum, & terram ego impleo; sed & eundem, qui di-
K Matt. vlt cit: [K] Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Viuemus in conspectu eius, qui futurus est noster Emmanuel, secundum assumptam ex integritate Virginis humanitatem.

Vbi animaduerte hoc in loco Oseam pro effectu causam posuisse. Satis enim visum est illi dixisse, viuemus in conspectu eius: vt indicaret, quàm sancta, & quanto virtutum decore mirabilis foret eorum conuersatio, qui vitam Euangelicæ legis gratiæ conuenientem agerent, qui familiare cum Deo commerciũ haberent. Facilè colligendum, &

iudi-

iudicandum censuit, quantum perfectionis futurum esse in ijs, qui rectè ambularent ad veritatem Euangelij, prouidentes Dominum in conspectu suo semper.

Possunt tamen simpliciter, & optimè, dicta Prophetæ verba, de sola causa intelligi: effectum enim mox adiungens ait: Sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum. Quæ videntur hunc efficere sensũ.

Sic viuentes in conspectu eius, & præsentiam eius speculantes, proficiemus à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Sequemur vniuersæ pietatis, & iustitiæ Doctorem, Doninumque virtutum.

Sequemur eum, qui in terris ideò videbitur, & cum hominibus conuersabitur, vt doceat nos vias suas, & ambulemus in semitis eius.

[l] Cælestem, & probatissimam vi- *[l] Athan. Epist. ad Marcell.*

 uen-


uendi rationem nobis ostensurus; non solùm docebit, sed & faciet: vt & ipsum audiamus loquentem, eumque velut imaginem formamque intuentes, faciendi exemplar.


Sequemur eum, qui fiet nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: Sequemur, vt cognoscamus Dominum, vt crescamus in scientia Dei, in omni sapientia, & intellectu spirituali. Denique sequemur, donec tandem eum assequamur, donec assumat nos ad seipsum, in Ciuitatem, de qua gloriosa dicta sunt: & sic semper cum Domino erimus; quem videbimus sicuti est; & cognoscemus sicut & cogniti sumus.

Hæc est Euangelicæ vitæ perfectio, hæc dignitas, hæc prærogatiua, hoc priuilegium, & præmiùm: de quibus: Via non errans, Veritas non

fal-

fallens, Vita non deficiens dixit: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Quod ex Clemente Alexandrino sic interpretor: Bene viuere docuit, cum apparuisset, vt magister, vt postea semper viuere suppeditaret vt Deus: *Ioan. 10.* *Orat. ad Gones.*





PRAXIS DECIMANONA

S. ZACHARIAE,


PATRIS B. IOANNIS BAPTISTAE;

Item & Christianorum, de quorum Sanctitate proximè futura vaticinatur.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. &c. Vt sine timore de manu inimicorũ nostrorũ liberati, seruiamus illi, in Sanctitate, & iustitia corã ipso, omnibus diebus nostris. *Luc.* 1.

§. 1.

Nulli licitum est, nisi ad leges Dei viuere.

a *Eccli.* 15. ICVT [a] nemini dedit Deus spatium peccandi. Sic nemini vnquam, ex quo positus est homo super terram, licuit arbitratu suo viuere: nullus nisi per sum-

summum nefas potuit seruitutem Conditori denegare. Quotquot ad illius leges, & præscripta vitam exigere recusant, fures sunt & latrones.

[b] Hac conditione gignimur, vt generanti nos Deo iusta, & debita obsequia præbeamus: hunc solum nouerimus, hunc sequamur: hoc vinculo pietatis obstricti Deo, & religati sumus, vnde & ipsa religio nomen accepit.

b *Lactant. l 4. diuin. Inst*

[c] Ne mihi dixeris, inquit Chrysostomus, te tui esse iuris, ac libero arbitrio præditum; & idcircò posse quidquid libuerit. Etenim liberum tibi arbitrium non adimo, nec te libera eligendi potestate spolio: sed id tantum affirmo, istam tuam libertatem certis esse legibus adstrictã, teque adeò Domini imperio esse subiectum. Quæ Diuus Augustinus

c *In 1. ad Cor. homil.*

d *c.25. Enchir.*

in pauciora conferens, ait: [d] Sic Deus hominem libero munerauit arbitrio, vt tamen regeret imperio. Ipsius factura sumus; ac proinde, quod viuimus, quod spiramus, quod intelligimus, & credere possumus, ipsius est, quia ipse cōditor noster est.

Quamuis autem eo vel vnico Creationis titulo, sic illi deuincti simus, qui spiritum, & animam donauit nobis & vitam, vt ne per potentiam quidem eius absolutam à debitione seruitutis eius eximi nemo possit; certum tamen est, id minus fieri posse à momento partæ per Christum salutis. [e] Seruus es, qui creatus es: Seruus es, qui redemptus es: & quasi Domino seruitutem debes, & quasi redemptori. [f] Cum per Iesum Christum viuamus, ei vtique, ob quem viuimus, viuere debemus.

e *Ambr. l. de Iacob. c. 3*

f *Chrysost. hom. 11. in 2. ad Cor.*

Hac

Hac redemptionis nostræ ratione & consideratione, sæpiùs nos Paulus Seruus Iesu Christi perurget & instat, vt non nostro arbitratu viuamus, sed per omnia seruitutis obsequia, omnem Deo honorem exhibeamus. [g] Liberati inquit, à peccato, serui facti estis iustitiæ. [h] Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ad omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

g *Ad Rom.* 6.
h *Ad Tit.* 2.

[i] Pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Cui iustius viuemus, quā ei, qui si non fuisset mortuus, non viueremus. [k] Non estis, inquit, vestri: empti enim estis pretio magno. Sed quali & quanto pretio? [l] Non cor-

i 2. *ad Cor.* 5.
k 1. *ad Cor* 6.
l 1. *Petr.* 1.

corruptibilibus auro, vel argento: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. Empti ſumus ſanguine Dei, numerati ſumus ſanguine Dei, æſtimati ſumus ſanguine Dei, ſanguine Dei manumiſſi. Quid minùs noſtrum, quam nos, tam ineſtimabili pretio redempti; [m] Hoc ſolo certè non immeritò vitam ſibi vendicat noſtram, quod pro ea præbuit ſuam.

m *Ben. Ep. 143.*

Porrò, [n] qui non eſt ſuus, non debet ſuæ voluntati ſeruire, ſed illius, à quo emptus eſt, ſecundum ipſius iuſſum dicentis: Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum ſibi. Si enim homo à ſeruo pauca pecunia comparato, continuam exigit ſeruitutem; quantò magis ille, qui nos non ſua carne redemit.

n *Hier. in c. 6. 1. ad Cor.*

Hac vtinam attentiori mentis

exa-

examine ponderaret vir vanus , qui in ſuperbiam erigitur, qui tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat, qui contentiosè agit contra Dominum, qui confringere , & excutere nititur iugum Dei , & ſeruitutis illi debitæ rumpere vincula, & reipſa dicit : Non ſeruiam. Redite hic præuaricatores ad cor. Audite rebelles,& filij Belial,neſcientes Dominum, qui ſi non voce , factis tamen dicitis . [o] Quis noſter Dominus eſt , [p] poſt cogitationes noſtras ibimus , & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui faciemus . [q] Qui eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei ?

o *Pſ.11.*
p *Ierem.18*
q *Iob.21.*

Ita profectò factis loqui cenſendi ſunt, qui non probant Deum habere in notitia, hoc eſt , qui non curãt attendere quid ei placeat, aut diſpliceat ; qui proijciunt ſermones Dei retrorſum,& in lege eius nolunt ambula-

bulare; qui quaſi nihil facere poſſet omnipotens, audacter prouocant oculos maieſtatis eius, qui in abominationibus ſuis ad iracundiam eum concitare non verentur; denique omnes, qui faciunt peccatum, & iniquitatem. [r] Sed quid tam horrendum, quàm offendere Creatorem, neſcire Dominum; recalcitrare dominantis imperio, qui habet poteſtatem, & corpus & animam ponere in geennam.

r *Bern. ſerm de Magdal.*

§. 2.

Corporis, & animæ ſeruitutem Deo debemus.

DIxit olim vnus aliquis in primis ſapientibus huius mundi non immeritò numerandus, [a] mentem hominis ita liberam eſſe, vt in ſeruitutem tradi non poſſit. Errat, inquit, ſi quis exiſtimat ſeruitutem

a *Senec. l. 3. de beneſ. c. 20.*

in

in totum hominem deſcendere: pars melior eius excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt, & adſcripta dominis, mens ſui iuris eſt, adeòque libera, & vaga, vt ne ab hoc quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quominus impetu ſuo vtatur. Corpus itaque eſt, quod domino fortuna tradidit: hoc emit, hoc vendit: interior illa pars mancipio dari non poteſt.

Sic ille de humana ſeruitute: Sed longè prꝍſtantius obſequium Deus exigit ab hominibus, vt nimirum non externis tantùm operibus, & corporis officijs, ſed etiam, & potiſſimum, ſpiritu principali, corde magno, & animo volenti, omnibuſq; nutibus eius addicto, & conſecrato, illi deſeruiant. Hinc illud ducis Ioſue ad Iſraelitas monitum: [b] Seruite Deo in omni corde, & in omni anima

b *Ioſ.* 22.

c e.34. ma vestra. Item: [c] Seruite ei perfecto corde, atque verissimo. Et Samuel. [d] Seruite Domino in omni corde vestro. Et Dauid ad amantissimum suum Salomonem: [e] Scito, inquit, Deum patris tui: & seruito ei corde perfecto, & animo voluntario: omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Et Tobias ille senior, capulo se proximum, & ad patres suos paulò mox perrecturum sentiens, illud ipsum statuit in capite præceptorum, quæ filio, & nepotibus hæreditaria quodammodo successione relinquebat, & commēdabat: [f] Audite, inquit filij mei patrem vestrum: Seruite Domino in veritate: hoc est, non specie quadam assimulatæ virtutis, sed verè, & ex corde.

d 1. Reg. 12

e 1. Paral. 28.

Tob. 14.

Sed & Diuinus Apostolus cùm

ait:

ait : [g] Glorificate, & portate Deum in corpore vestro, non externam tantummodò seruitutem Deo vult esse præstandam, quippe qui volebat omnes esse sicut seipsum: & dicebat, [h] Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. Mente seruio legi Dei. [i] Spiritu seruimus Deo. *g 1. ad cor. 6.* *h Ad Rom. 1. & 7.* *i Ad Philip. 3.*

Porrò, ne quis eum audiens mandantem Corinthijs: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro, putet de solo corporis obsequio loqui, Græci codices habent, ἐν τῷ σώματι ὑμῶν καὶ ἐν πνεύματι ὑμῶν. Id est, in corpore vestro, & in spiritu vestro. Ita legisse videtur S. Cyprianus, vel saltem in hunc sensum prædicta Pauli verba accepisse. [K] Glorificemus, inquit, & portemus Deum puro, & mundo corpore; & obseruatione meliore: & qui per sanguinem Christi Domini Nostri redempti sunus, *K l. de habit. Virg.*

imus, per omnia seruitutis obsequia, redemptoris imperio pareamus; demùsque operam, ne quid immundum, & profanum templo Dei inferatur, ne offensus sedem, quam inhabitat, derelinquat.

1 Theodoret. [1] Oportet ergo & per corpus, & per animam Deum glorificare; qui ideò vtrumque condidit, & redemit, vt vtrumque in eius obsequium, & sanctissimæ voluntatis beneplacitum prorsus impenderetur.

§. 3.

Dilucidior explicatio perfectæ seruitutis Deo debitæ.

FEcit Deus, inquit Zacharias, redemptionem plebis suæ, vt sine timore inimicorum liberati seruiamus illi. Primum quod à Dei famulis exquiritur, est, vt abnegent sibi semetipsos; hoc est, non sibi viuant,

uant, nihil sibi reseruent: vt omne suum peculiare desiderium abdicēt: vt semetipsis seipsos exhauriant, atque funditus exinaniant: vt omnino sibi moriantur, & semetipsos quodammodo perdant. Quod sic explicat Diuus Bernardus:[m] Bene seipsum pedit, qui nihil vnquam pro se facit sed omnis eius intentio, & omne desiderium tendit ad Dei placitum. Sic effectus erat Apostolus, qui de se, alijsque nascentis Ecclesiæ fidelibus ait:[n] Nemo nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur: siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. Non sumus in potestate, pretio empti sumus.

m *Serm. de S. Bened.*

n *Ad Rom. 14.*

Et ad Philippenses scribens, profitetur de se nihil sibi superesse, quod in obsequium Christi non es-

ſetplenè dicatum, & conſecratum.

o 4. 8. o Sicut ſemper, & nunc, inquit, magnificabitur Christus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim viuere Christus eſt, & mori lucrum. Sed quid eſt, Magnificabitur? Reſpondet Theodoretus: [p] Oſtendetur quiſnam ſit, aperta euadet eius potentiæ magnitudo, ſiue mortis euaſero periculum, ſiue mortem ſubieco. Dominus eſt, ſeruus ego: quod bonum eſt in oculis ſuis, de me faciat: Illi viuere volo, illi mori, vtcumque Domino meo placuerit. [q] Sicut vtraque mihi conducibilia, & vita, & mors. Nam & vitam Christi legibus exorno, & mortem propter ipſum lubenter ſuſcipio. Hic eſt ſenſus verborum Apoſtoli, & perfectionis ſeruorum Dei forma: ad quam Diuus Bernardus ſolidè compoſitus dicebat in eo-

p *In eum loc.*

q *Idem ibid.*

dem

dem ſpiritu, quo Paulus: [e] Nec mihi viuere volo, nec mori.

[e] Epiſt. 144

Ex quo mentis decreto, & deſtinata voluntate ſtatuentium Deo ſyncerè famulari, conſequens eſt, vt obſeruent quod S. Saluianus ait: [f] Nulli ſeruorum licet, ex his, quæ dominus ſuus imperat, eligere pro arbitrio quid velit facere, quid nolit; & inſolentiſſima abuſione, quod placuerit, aſſumere; quod diſplicuerit, repudiare: maximè cùm & terreſtres domini nequaquam æquo animo tolerandum putent, ſi iuſſiones ſuas ſerui ex parte audiant, & ex parte contemnant; & pro libidine ſua, quæ putauerint facienda, faciant; & quæ putauerint conculcanda conculcent. Si enim pro arbitrio ſuo ſerui dominis obtemperant, ne in ijs quidem, in quibus obtemperauerint, obſequuntur.

[f] l. 3. de gubern. Dei.

Quando enim ſeruus ex domini iuſſis ea facit tantummodò, quæ vult facere, iam non dominicam voluntatem implet, ſed ſuam.

Sicut ergo dominorum carnaliũ ſeruis eligere, vt iam dixi, omninò non licet, quæ ex præceptis ſeruilibus faciant, quæ non faciant: ſic nos, qui ſerui Domini noſtri ſumus, illicitum omninò exiſtimare debemus, vt vel illa, quæ placent, pro animi oblectatione ſumamus, vel illa, quæ diſplicent, pro ſuperbiæ abuſione calcemus. Illicitum, inquam, ne dicam ſacrilegum, ea velle ſolũ, quæ deſipienti noſtræ libidini gratiùs arriſerint, obſeruare.

t *Hier. in c. 6. ep. 2. ad cor.*

[t] Deus certè, natura omnium Dominus eſt; at voluntate, paucorum. [u] Satis rarus eſt, qui poſſit verè dicere Deo; Tuus ſum. Facilis vox & communis, re autem vera, pau-

u *Ambr. Serm. 13. in pſ. 118.*

paucorum. Seruus tuus ſum ego, dicebat ille, cuius paratum cor erat, & exquiſitum in omnes Dei voluntates. Si duplicis, eſt quid magnum ille fecit Dei ſeruum ſe profitendo, quod nullus ſit auſus denegare? Reſpondet S. Hilarius profeſſionem cælerorum fallacem eſſe, quæ cum habeat conſcientiæ neceſſitatem, non habet tamen confeſſionis veritatem. Proprium hoc Prophetæ eſt, vt ſe ſeruum Dei profiteatur in omni genere, famulatu conditionis ſuæ fungens, ſiue ambulans, ſiue reſidens, ſiue vigilans, ſiue dormiens, in cibo etiam atque ieiunijs, Deo aut eſuriat, aut ſatur ſit: & nullo in tempore à ſeruitutis ſuæ officijs abſiſtat. Hic liberè dicit: Seruus tuus ſum ego.

Interrogatus olim Ionas à gubernatore nauis, quæ tumeſcentibus

vndis periclitabatur conteri: Quod eſt opus tuum, ſeu, vt habent ſeptuaginta, quæ eſt negotiatio tua? quæ terra tua, & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Vnico verbo reſpondit (vt legit Theophilactus) Seruus Dei ſum ego, & Deum cæli ego colo. Ac ſi diceret: Hoc ſtudium, hæc negotiatio mea eſt, hæc patria, hæc natio mea, Seruire Deo per mea opera, & actiones.

Ad eundem modum, qui ſe profitentur, & prædicant ſeruos Dei loqui deberent; Sed & obſequentiori animo, quam Ionas, omnibus Domini ſui dictis, & iuſſionibus audientes eſſe:

§. 4.

§. 4.

Simplici corde Deo obsequendum, & sine curiosa disquisitione rationum in ijs, quæ ab eo præcipiuntur.

COmmendat maximè seruum Dei columbina simplicitatis, qua sine vlla inuestigatione, & inquisitione rationum, cur hoc, aut illud præcipiat Deus; mox vt voluntatem imperantis intelligit, abiecta omni cunctatione paret, & iniunctum opus aggreditur. [a] Veræ deuotionis est, fidelissimæ seruitutis est, quid fieri velit, non quare velit Dominator inquirere:

[a] Chrysol: serm. 166.

Est quidem subinde licitum, immò & conuenit, vel etiam oportet, in hominum mandatis, apparentem cuiusdam mali speciem præ se ferentibus, obedientia supersedere; & priusquam assentiaris ac obtempe-

res, conſcientiæ pacem, & à peccandi diſcrimine ſecuritatem per veritatis indagationem procurare: ne fortaſſis agens contra conſcientiam, ædifices ad gehennam.

Quo in genere Theodoretus [b] laude dignos ait fuiſſe Saulis emiſſaribus ac Satellites, qui à furente illo tyranno Sacerdotes Domini præcipitata sententia trucidare iuſſi, minimè paruerunt; licet, & ſibi timere poſſent exitium, quod iubebantur inferre Sacerdotibus. O Doeg Idumæus verba illa præcipitationis veſani regis impiè præcipientis non dilexiſſet; & iuxta ſacrilegum eius decretum, Sacro Chriſtorum Domini cruore ſceleratas manus non imbuiſſet.

b q. 53. in 1. Reg.

Prudens ſatis, & ſapiens [c] Ioab meo fuit iudicio, qui Dauidi gentem Iſraeliticam à Dan vſque Berſabee

c 2. Reg. 24. & 1. Paral. 21.

dinu.

dinumerare mandanti respondit: Quid sibi dominus meus rex vult in re huiusmodi? Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputemur Israeli? Atque vtinam paulò diutiùs Dauidis insipientiæ, & vanitati contradixisset, & instanter vrgenti constantiùs obstitisset; Et vtinam sublimioribus potestatibus non ita facilè subditi in similibus, & multò peioribus morem gererent.

At verò cùm Deus imperat, contra rationem est, obsequi nolle, aut differre, quoad mandatorum rationes expenderis, & moueris. [d] Quod Deus iubet, id omnino faciendum est. Pondus æquum voluntas eius. Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

[d] *Athan. Apol. pro suga sua.*

§. 5.

§. 5.

Abraham simplicis obedientiæ perfectissimum exemplar.

NON aliam rationem voluit Abraham, cùm nocte concubia à Deo surgere iussus est, & in designandum sibi montem vadere, vt inibi dilectissimum suum Isaac manu propria mactaret, & in holocaustum offerret, quam quod sic esset voluntas Dei, qui solus iure dicere potest:

Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas.

e Zeno serm. 8. de Abrah. [e] Volo, dixit Deus, mihi fieri sacrificium Abraham tuis manibus in monte de filio tuo: hæc mihi victima placet: iste meis sacris debetur; f homil. 47. in Gen. vnde immolari iam iubeo. [f] Admiror, inquit Chrysostomus, quomodo iustus hæc auribus ferre potuerit:

: Illum ipsum tam desiderabilem
i, offer mihi in holocaustum su-
r vnum montium, quem dicam
bi. Quid igitur iustus? Non tur-
tus est animo, non confusus est
ente, non consilio destitutus est:
n ratiocinabatur secum: Quid est
oc? Occidi & in holocaustum of-
rri præcipit, qui paulò antea dixit:
ipso vocabitur tibi semen. Et
uomodo implebuntur, quæ ab eo
nt promissa? Quo pacto enim fie-
potest, vt radice execta, rami pul-
lent; vel succisa arbore, fructus
oueniant; vel fonte arefacto fluuij
aturiant? Horum nihil cogitauit
cum iustus ille: Sed sicut gratus
amulus, omissa omni ratione hu-
nana, vnam tantùm rem curabat,
t imperata opere impleret: & quasi
actus à natura humana alienus, &
ostponendam ducens diuinis præ-
ceptis

ceptis omnem affectionem, & dilectionem, ad implenda Dei iussa festinauit.

Huic obedientiæ promptitudini adiunxit, quod holocaustum omne pingue, Deòque gratissimum efficit; scilicet hilaritatem, cordisque lætitiam; facto præueniens dictum Sapientis, qui ait: [g] In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas; immò & Apostoli sententiam dicentis; [h] Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Quod ne de mei sensus officina depronptum suspiceris, testem tibi proferã omni exceptione maiorem, Sanctum Zenonem Episcopũ, & Martyrem, cuius hęc verba sunt: [i] Non contristat frontem deuotissimus Abraham: nec dolor patri lacrymas persuasit: Sed exultat, & gau-

g Eccli. 35.

h 2. ad Cor. 9.

i Loc. cit.

udet. Lætabatur hoc iussisse
eum. De filio hostia parabatur fe-
na. Denique implere sacrificium,
mora faciat peccatum necessarijs
cramentis protinus præparatur.
scenditur in montem. Omni my-
erio, sacrificioque, ductus filius
udens, gaudente patre; patris de-
era feriendus. Qui antequam ve-
ret in montem, cùm de patre
uæreret, vbi esset victima, pater fi-
o patefecit, quia se Dominus po-
ulasset: & quid ipse Domino pro-
isisset, ostendit. Lætatus est puer
atre fideli, ipse quoque fidelior: nec
ecusabat mortem, quam Deus, qui
itam dederat, imperabat. Lætatur
ater filio quoque gaudente: & cum
audio vniti pignoris alligat manus,
uas ille vincendas libentius offert.
Pedes quoque constringit, ne in e-
xitu mortis concitata victima calci-
tra-

traret: Seruus enim pater optimus timuit, ne dolori aliquid liceret in mortem. O ſecura deuotio; O qui qui ſeruum Domini ita ſe eſſe meminerat, vt patrem ſe eſſe neſciret; Quid eſt pater? Ecce ſub oculis iacet filius vinculis adſtrictus. Vbi ſunt lacrymæ? vbi dolor, qui in humanis ſenſibus verſari conſueuit? In tantis filij caſibus lætatur, & gaudet, & ſe Dominum promeruiſſe triumphat. Exerit quidem ferrum: & armata dextera ſubleuat manum: Sed vox eius, qui victimã poſtulauerat, contradicit. Reſpice retro, dixit Deus, & antequam reſpicias, parce. Retro reſpiciens Abraham, inuenit victimam, quam innocens immolaret. A filio ad agnum tranſtulit dexteram ſemper lætatus, & gaudens. Nec mutatus eſt vultus eius, cùm eſſet victi-

ma

commutata; cum tanta lætitia-
tem obtulit, cùm quanta obtule-
& filium: vbi enim fides fuit,
erat dolor. Hucusque Vero-
ſis ille præſul, & Martyr.
Quantas porrò ex hac ſyncera,
nplici obedientia benedictiones
neruerit Abraham declarat con-
ens promiſſum Dei dicentis:
r memetipſum iuraui: quia fe- k *Geneſ.22*
hanc rem benedi cam tibi, &
iplicabo ſemen tuum, ſicut ſtel-
æli, & velut arenam, quæ eſt in
e maris: poſsidebit ſemen tuũ
s inimicorum tuorum, & bene-
tur in nomine tuo omnes gen-
rræ, quia obediſti voci meæ. l *Chryſoſt. homil.48.in Geneſ.*
a, inquit, impleuiſti præceptum
n, & tuam obedientiam per om.
leclaraſti. Sufficiebat quidem
pro præmio, quod viuus rediret
, & quod meritus erat illam
exi-

eximiam laudem: Nunc cognoui, quod times Deum. Veruntamen, is, quis donis certare cupit, & beneficijs semper vincit mentem nostrã, coaceruat Iusti voluntatis remunerationes; & eas, humana vsus consuetudine, iuramento confirmat.

Considera obsecro misericordiã Domini. Non pepercisti, inquit filio tuo dilecto propter me. Attamen viuum ipsum reducit. Non euentum considera, sed voluntatem, & mentem disce, qua faciebat mandata citra ratiocinationem curiosam. Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentauerat dextram patriarcha, & per ceruicem pueri immiserat gladium perfectumque obtulerat sacrificium: Idcircò & Dominus, quasi sacrificio reipsa consummato, laudat iustum & dicit: Non pepercisti filiõ tuo dilecto propter me.

Tu quidem non pepercisti propter meum mandatum, ego autem pepercì propter tuam obedientiam. Propter hanc tuam obedientiam remunerans te, Benedicens benedicã te, & multiplicans multiplicabo te. Vide cumulatam benedictionem. Hic qui per voluntatem tuam occisus est, in tantam multitudinem propagabit semen tuum, vt stellis & arenæ adæquetur. [m] Vnius filij nullam rationem duxisti: orbis terrarum pater esto. [n] Et omnes gentes in semine tuo benedicentur, eo quod audisti vocem meam. Hec omnia tibi propter obedientiam erunt. [o] Et nos ergo audiamus vocem Dei nostri, & obediamus præceptis eius, si volumus apud eum inuenire gratiam. [p] Sicut Patriarcha ille, ne curiosiùs inquiramus, quare talia imperata sint: sed vt grati serui implea-

m *Basil. Seleu. orat. 7.*

n *Chrysost. supr.*

o *Ambros. l. 1. de Abrah. c. 8.*

p *Chrysost. supr.*

mus mandata, rationemque eorum relinquamus Domino. Si sic docuerimus nosmetipsos, poterimus, eandem obedientiam declarare, quam iustus ille, easdemq; consequi coronas.

§. 6.

Deo in sanctitate, & iustitia seruiendum.

IN sanctitate, & iustitia, inquit Zacharias, seruiamus illi. Iustus & Sanctus Dominus: sancti, & iusti sint, qui se seruos eius profitentur. Quis enim famulos vnquam habere voluit, ingenio, voluntati, ac desiderijs suis aduersantes? Humilis erat Dauid in oculis suis, ac proinde ad aulicum famulitium suum humiles tantum admittebat. [a] Non habitabit, inquit, in medio domus meæ, qui facit superbiam. [b] Neminem su-

a *psal. 100.*

b *Theodoreth. ibi.*

superbia elatum domesticum habere volui. Non proponebat ante oculos suos rem iniustam: [c] Verùm in hoc vnum, vt ex diuinæ legis præscripto viueret: Et idcircò facientes præuaricationes oderat. Quod & alio loco confirmans ait: [d] Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Detestabatur promiscuam cum ipsis societatem, ne præuaricationis eorum socius inueniretur.

c *Chrysost. ibi.*

d *Psal. 138.*

Perambulàbam inquit Dauid in innocentia cordis mei in medio domus meæ. [e] Cum integritate vixi, non vsus sum fraude: neque alius eram intus, quàm foris videbar, sed occulta apparentibus respondebát. Quapropter sic institutus, ministros eligebat vitæ suæ, ac morum candori,

e *Theodoret. sup.*

ri, si posset fieri, ex æquo respondẽtes, sic enim testatur: Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. [f] Tales ego ministros amo, qui nec ad dextram, aut sinistram declinant, nec à iustitiæ, & veritatis via digrediuntur.

[f] *Chrysost. ibi.*

Prohibebat Dauid linguam suam à malo, & labia sua, ne loquerentur dolum; eamque gratiam Deum postulabat dicens: Poni Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Ac propterea detrahentem secretò proximo suo persequebatur: qui loquebatur iniqua, non dirigebat, seu, vt vertit S. Hieronymus, non placebat in conspectu oculorum eius.

Addit Rex Sanctus: Non adhæsit mihi cor prauum: quod duas, & meo iudicio veras interpretationes admit-

ıdmittit. primam S. Ioannis Chri-
ōſtomi, qui Dauidem cenſet his
ʼerbis cordis ſui ſynceram probita-
em declarare; ac ſi diceret. Nihil
n me fuit obliquum, ac tortuoſum.
ˡlij verò hæc intelligunt de Daui-
is decreto, quo nihil ſocietatis, &
ommercij ſe cum prauis, & diſtortę
ıentis hominibus habiturum ſta-
ıebat. Ita Theodoretus, qui præ-
ćta verba, non adhæſit mihi cor
'auum, ſic illuſtrat. Familiares mi-
ı erant, qui iuſtitiam honorabant;
verò, qui contraria malebant, &
ćtam mentem habere nolebant,
ngè à meis cogitationibus ſummo-
bam.
Sed ad id, quo cœpi redeo, & ex
ćtis ſic argumentor. Deſiderat
la Dauidis præſentiam bonorum
miniſtrorum: non recipit quem-
am ille domum, qui ſibi deſer-
 uiat,

uiat, nisi i humilem, innocentem, modestum, labia moderantem, probatis moribus commendatum, & qualem[g] Rex Theodoricus optabat, qui videlicet syncero pectoris arcano puritati suæ pareret, & ad pietatem iussionum innocentiam præberet. Et Sanctus sanctorum sibi dissimiles, immò & aduersarios, ac omnino rebelles admittet? Absit, absit hoc à Domino virtutum. Iustus Dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.[h] Hoc Dei est eximium, quæ iusta sunt admittere, æquitatem amplecti, nec quæ aliter fiunt, vnquam sustinuerit. Non habitabit iuxta te malignus, ait noster Dauid.[i] Non erit tibi amicus, non erit tibi vicinus. Si enim viro bono nō possit esse propinquus, qui ab eo discrepet moribus: ei multò magis. Odio sunt Deo impius, & im-

g Cassiod. l. 1. epist. 13.

h Chrysost. in psal. 10.

i Idem ib.

npietas eius. [K] Qui seruit Deo, pla- *K Ambros. serm. 10. in ps. 118.*
et vtique veritati, & debet nescire
iendacium. Qui seruit iustitiæ, de-
et repellere iniquitatem. Qui ser-
it immaculato, debet tenere casti-
ioniæ disciplinam. Qui seruit lu-
debet odisse tenebras peccato-
im.

[l] Adeo perfectæ, ac syncerissi- *l Saluian. l. 3. de gubern Dei.*
æ sanctitatis voluit cultores suos
cere Saluator, vt iusserit ab ijs cau-
sime etiam minima vitari: scilicet
quam pura est pupilla oculi, tam
ra esset Christiani hominis vita;
sicut salua intuitus incolumitate,
lueris labem in se oculus non re-
eret; sic vita nostra labem in se
iitus impudicitiæ non haberet.
Ad sanctitatem diuini famulatus
tinet, vt [m] neque ob mercedem, *m Isid. Pelus. ep 5. l. 4.*
que ob supplicium, neque ob ali-
em huius vitæ prætextum, sed ob

id, quod Deo rem gratam faciamus, nostræ seruitutis officio fungamur. n Et quemadmodum Christus nullius alterius rei, nisi salutis nostræ gratia, prior nos dilexit: ita profectò iustissimum est, eum nos quoque nullius alterius rei, nisi sui tantùm amoris diligamus obtutu, & eiusdem amoris intuitu, quidquid nobis est cordis, quidquid virtutis, quidquid roboris, & facultatis, in ipsius obsequium religiosa deuotione conferamus.

Hæc est [o] obedientia charitatis, seu, vt Syriacè, & Grecè legitur, veritatis, in qua, iuxta doctrinam Principis Apostolorum, animas nostras castificare debemus. [p] Non est autem anima casta, non est castum cor, si Deum ad mercedem colit. Proinde nec cultum aut famulatum sibi Deus approbat exhiberi, qui

n *Ben. apud Gotfred. Zil*

o *1. Petr. 1.*

p *Aug. in ps. 55.*

uinon ex dicta charitatis obedien-
a proficiſcatur. Cuius rei ratio eſt,
uod ſola charitatis obedientia ſit
bedientia vera, ſeu obedientia ve-
tatis, quam ipſe Deus veritatis, &
irniæ charitatis, immo ipſa veritas,
charitas gratam acceptamque ha-
ere poteſt.

Porrò Zacharias monet vt non-
lùm in ſanctitate, ſed & in iuſtitia
eo ſeruiamus, quam nonnulli ſtri-
ius hic interpretantur, pro [q] ea vir-
te, quæ ſuum vnicuique tribuit,
ienum non vendicat, vtilitatem
opriam negligit, vt communem
quitatem cuſtodiat.

q *Ambroſ. l. 1. offic.*

Alijs verò videtur eſſe conue-
ientius, vt hoc in loco iuſtitiæ vo-
ibulum latiorem habeat ſignifica-
onem, prout ſcilicet omnium vir-
tum perfectionem complectitur;
que explicatio quædam ſanctita-
tis:

tis: iustitia enim est sanctitas, & iusti sancti.

Quod si prior sententia tibi magis arriserit placet & mihi: vt sanctitas consistat in ijs, quę ad Deum pertinent, iustitia verò respiciat proximum: Sanctitas, quæ diuini sunt iuris, Deo; iustitia, quæ humani, reddat hominibus: Placet, inquam, vt sanctitatis, & iustitiæ nominibus omne virtutis officium Decalogo præscriptum commendetur: vt sanctitas mandata primæ tabulæ complectatur: iustitia verò, quæ descripta sunt in secunda.

Vt autem ad praxim iustitiæ sic acceptæ propensiores simus, audi mecum S. Paulinum ex æquitate rei
epist. 50. & facilitate ita monentem: [x] Totius iustitiæ breuiarium Dominico ore prolatum est: Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines,

hæc

:c & vos facite illis. Ad omnem
tur actum, ad omne verbum, ad
inem etiam cogitatum, hæc sen-
itia retractetur; quæ tibi quasi
:culum quoddam paratum, & ad
num semper positum, qualita-
n tuæ voluntatis ostendat, ac etiā
iniusto opere redarguat, vel de
to lætificet. Quotiescumque
m talem in alterum habueris ani-
m, qualem in te ab altero seruari
is, æquitatis viam tenes. Quo-
verò talis erga alterum fueris,
ilem in te vis neminem, iter iu-
æ dereliquisti. En totum illud
inæ legis arduum, totumque
icile. En ob quam causam dura
eria Domino reclamamus, & di-
ius nos difficultate vel impossibi.
te mandatorum premi. O miram
nentiam Domini; ò ineffabilem
benignitatem; præmium nobis
pol-

pollicetur, si nos inuicem diligamus; id est, si nobis ea præstemus inuicem, quorum inuicem indigemus, & nos superbo simul & ingrato animo, eius renitimur voluntati, cuius etiam beneficium imperium est.

§. 7.

Deo coram Deo seruiendum.

ATtendens Zacharias ad petram vnde excisus fuerat ad Abraham patrem suum, cui mandatum erat ambulare coram Deo, vt esset perfectus: non oblitus est idipsum nobis commendare. Aliter enim sui nominis fuisset immemor Zacharias siquidem Latinè redditum idem est ac memoria Dei. Præclarum sanè nomen, quod continuam præsentis Dei significationem, ac proinde vitæ Dei præsentia dignæ doctrinæ complectitur.

Vi-

Vitam huic tam illustri vocabulo conuenientem egerat Zacharias, cuius, vt & sanctæ illius coniugis, hæc laus est in Euangelio: [a] Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini. Expertus itaque, quantum ad vitam in sanctitate, & iustitia ducendam conferret, Deum habere præsentem; cum dixisset in sanctitate, & iustitia seruiamus illi; ne quid ad obsequij diuini perfectionem desideraretur, protinus adiunxit: Coram ipso; verba nimirum regulæ sanctitatis, quam Abraham acceperat obseruandam. Nemo enim pòtest obsequi Sancto Deo in sanctitate, & iustitia, nisi qui coram illo continenter se præsentem attendere studuerit. Quid enim est aliud Deo in sanctitate, & iustitia famulari, quam eius adimplere volutatem,

[a] *Luc.* 1.

&

& obtemperare mandatis ; Et quis audeat polliceri ſe id optimè præſtiturum, qui mente Deo præſens eſſe neglexerit: qui Deum ſe intuenté, & quomodo ſe gerat intus, ac foris, nunquam non obſeruantem, conſiderare minimè curauerit? ſeruaui, inquit egregius Pſaltes Iſrael, mandata tua, & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. Videtur hic Dauid occurrere demirantibus, & inquirentibus, qui fieri potuerit, vt inter tot aulæ negotiorumque regni ſtrepitus, & occaſiones labendi, maneret integer vitæ, ſceleriſque purus; ac obſeruantiſſimus legum, & mandatorum Dei cuſtos: cauſamque proferens, ait: Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. Cùm enim nouiſſem te omnia conſpicere, & me viuere ſub te ſpectatore,

ctatore, tua mandata perfeci, alioquin minimè perfecturus, si te mihi præsentissimum non attendissem; si in lumine vultus tui non ambulassem.

Sancti Thomæ apophthegma est, religiosum non esse, qui non semper versatur cum Deo, aut cogitat de Deo. Neque hic nomine Religiosi, monachum tantummodò putes accipiendum, sed generatim omnem, qui Christianæ professioni suæ facere satis, & pius in Deum, sicut illa postulat, esse decreuerit. Ea siquidem propria, & primaria est huius vocis significatio: quo sensu, in [b] Actibus Apostolorum, Cornelius Centurio religiosus appellatur. Et cum B. Iacobus ait: [c] Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio: perinde est, ac

b cap. 10.

c c. 1.

ac si diceret: Si quis putat se seruum Dei, & verè christianum, ac fidelem, non ponens ori suo custodiam, frustra se christianum iactitat, frustra se cultorem Dei profitetur.

Religiosus ergo, & pius, & verè christianus non est, qui non semper versatur cum Deo, aut cogitat de Deo. Et quis Angelicum Doctorem arguere potest hic esse mentitum; sed & quis sanæ mentis hanc eius sententiam paradoxis censuerit annumerandam? Plana est huius dicti veritas, quam multis antè sæculis asseruerat Diuus Basilius, dicens, [d] Proprium esse Christiani, prouidere Dominum in conspectu suo semper, & seruare perpetuam illius memoriam: proprium, inquam, quod idiomate Dialectico maximè proprium, seu quarto modo posses appellare, vt potè Christiano soli, & toti, & semper

[d] c. 21. moral.

per

per conueniens: ni malueris differentiā maximè propriam nuncupare, quæ homines in esse morali Christiano constituat, & per quam Christiani maximè propriè differāt ab alijs, qui non proponunt Deum ante conspectum suum, siue, vt apud Tobiam loquitur Raphael Angelus, [c] qui Deum à se, & à sua mente excludunt. c cap. 6.

Olim Salomon Ecclesiasten suum hac sententiosa coronide conclusit: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Vnde sic acutè, & directè concludit Diuus Bernardus: Si hoc est omnis homo, sine hoc nihil est omnis homo. In parili forma, sic proposito nostro conuenienter argumentor vnico Enthymemate: Propruim Christiani est, prouidere Dominum in conspectu suo semper,

& seruare perpetuam illius memoriam; Ergo Christianus non est, ergo religiosus non est, qui non versatur semper cum Deo, aut cogitat de Deo. Antecedens Magni Basilij est; consequentia Thomæ Aquinatis, quorum auctoritas ob vitæ, & sapientiæ splendorem valuit semper, & alterum valebit. Quid in dicto Enthymemate negandum? quid distinguendum? quid secus ac verba manifestè sonant, explicandum?

Porrò, vt nihil quod ad stabiliendam hanc veritatem momentum habeat; in præteritis relinquatur, citatus Basilius breuem suam sententiam paulò fusiùs in gratiam lectoris expandet, & explicabit, vt sequitur:

[f] Omni custodia custodiendum cor nostrum, neque patiendum, vt assi-

f In Reg. fu. sior. Respons. ad interrog.

assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur, neue eorum, quæ mirabiliter ab eo facta sunt, memoria contaminetur per futiles, & etiam uanidas cogitationes: contraque illud agendum assiduè, vt ex perpetua, ac purissima recordatione impressam in animis nostris piam de Deo cogitationem, veluti indelebile aliquod signum circunferamus. Siquidem hæc est ratio, per quam erga Deum acquiri charitas consueuit, quæ simul cùm ad conficienda ipsa Dei mandata nos excitet, tũ vicissin quoque, ab ijsdem ipsa ad perpetuitatem stabilis conseruetur. Quod ad esse donet Dominus ipse, qui quidem modò dicit: Si diligitis me, mandata mea seruate; modò verò: [g] Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et, quod afficaciùs etiam possit

g *Ioan.* 14. *&* 15.

Rr 2 com-

commouere: Sicut ego mandata Patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Quibus sanè verbis illud nos docet, debere nos, vt quodcumque faciendum nobis opus instituerimus, eius voluntatem, à quo illud nobis imperatum sit, veluti finem quendam nobis proponere, ad eamque omne studium nostrum dirigere, quemadmodum alio in loco etiam dicit: [h] Descendi de Cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me Patris. Vt enim artes hæ, quę sunt ad parandum viaticum necessarię, vbi fines sibi quosdam suos proposuerint, conuenientia ad eos obtinendos officia etiam postea sua quædam, peculiaresque actiones accommodant: Sic cum eorum, quæ nos facimus, operum omnium, vna sit regula, normaque vna, nem-

h Ioan. 6.

po

po videlicet, vt Dei iussis ex Dei voluntate pareamus, fieri non potest, vt opus nostrum aliter perfectè efficiamus, nisi quandiu illud in manibus nobis est, assiduè vsque voluntatem eius, qui sciuit sanxitq; legem mandatorum, semper spectemus.

Porrò ex hac sedula operis nostri effectione ad voluntatem Dei accommodanda, illud consequetur, quod ex recordatione illa cum Deo coniungemur. Vt enim faber ferrarius, verbi gratia; quandocumque dolabram aliquam siue asciam cudit, si assidue illius memor sit, vnde instrumentum illud faciendum ex pacto acceperit, & prescriptam sibi ab illo formam, & magnitudinem animo versat; & ad volutatem eius, qui condixit opus dirigit, quod facit: alioquin si eius memoriam

menti sibi patiatur excidere, prorsus aut aliud quidpiam omnino, aut longè dissimile faciet ab eo, quod facere instituerat. Sic Christianus quoque, si actiones suas omnes, siue minores, siue maiores ad Dei voluntatem direxerit, is sine controuersia, & egregiè opus illud perfecit, & simul assiduam illius in animo sibi memoriam conseruat, à quo id iussus est id facere: verèque illud dicere poterit: [i] Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Itemque Pauli præcepto illi satisfaciet. [k] Siue manducatis, siue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite. Quod si quis in eo, dum opus administrat, à perfecta illa præscripti mandati norma desciscat, hunc perspicuam est debilem Deo memoriam retinere.

i Ps. 15.

K 1. ad cor. 10.

Quo-

Quocirca memores aſſiduè verborum Domini illorum: [l] Nunquid non Cælum, & terram impleo ego? dicit Dominus, & Deus appropinquans ego ſum, & non Deus de longè: Sic omnia tamquam in oculis illius, & agere debemus, & cogitare. Hac enim ratione & perpetuus in nobis timor permanebit, odio habens iniquitatem, animique elationem, ac ſuperbiam, vias improborum: & charitas conflabitur, cumulatè efficiens illud, quod dictum eſt à Domino: [m] Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, Patris, cum firmiſſimè vſque in animis noſtris hæreat perſuaſio, & quæ rectè gerantur, ea iudici, ac remuneratori actionum noſtrarum placere; & quæ contrà, flagitiosè; ab eodem condemnari.

l Ierem. 23.

m Ioan. 5.

Ex quo quidem illud ego etiam necessariò existimo sequi, vt qui ita sit animatus, is me mandata quidem Domini ad gratiam hominum exequi possit. Neque est enim quispiã, qui vbi verè præstantiorem adesse aliquem sibi persuasit, eo spreto se ad minùs præstantem conuertat.

Quin contrà potiùs, si aliquando inciderit, & quæ facit, ea clarioris illius opinione, ac iudicio approbentur, ab altero autem illo reprehendenda videantur; haud dubiè ille spreta inferioris vituperatione, clarioris illius approbationem antiquiorem habebit. Quod si hoc in hominibus contingit, qui tandem putandum sit animum, qui modò sanus sit ac sobrius, si verè Deum adesse sibi persuaserit; omissis ijs, quæ placere intelligat Deo, conuersum iri ad aucupandam ab hominibus sui existi-

matio-

mationem? aut neglectis Dei præceptis hominum esse consuetudini, & ingenio seruiturum? aut de vulgari existimatione pendens, vinci se sinet? aut vlla vllius dignitate exterritus, de statu dimouebitur?

Hoc modo affecta mens erat illius, qui dixit: [n] Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Et item: Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non commouebar. n *Ps.* 118.

Hucusque S.Basilius in suæ prioris sententiæ confirmationem: cuius cùm rationes in pauciora conferri potuissent, eas tamen plenè recensere satius duxi, ne quid dispendij ex compendio fieret.

[o] Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis: sine dispendio, vt dixi. Paragraphum claudet S.Ioannes Climacus his verbis: o *Martial.*

p Grad.27. bis: p Qui viam Domini cum ratione currit, omnia ſua ſtudia, cogitationes, inceſſus, motus, ad amuſſim diuinam componit: & omnia propter Dominum, ipſi Domino operatus, in vero cordis ſenſu coram facie Dei exequitur, diuinum in memoria Legislatorem tenacisſimè conſeruans, & cuius non ſolum iuſſu, ſed etiam nutu operatus.

§. 8.

Prouidenda etiam bona coram hominibus.

EX iſtis verbis, coram Deo, quibus S. Zacharias Dei præſentis, & omnia videntis memoriam nobis commendat, nemo concludendum putet, id tantùm & vnicè curandum, vt vni Deo nos probabiles exhibeamus: vt ſolo conſcientiæ noſtræ teſtimonio freti, hominibus pla-

placere non ambiamus. Licet enim Zacharias id verbis non expresserit, minimè tamen dubium est, eum voluisse, vt & coram hominibus nos ipsos præberemus exemplum bonorum operum, & vt nemini essemus petra scandali, & lapis offensionis. Et reuera quis sanctè & iustè Deo famulari posset, si contra iustas, & sanctas leges ab eo latas, non studeret proximo suo placere in bonum ad ædificationem?

Quot modis vis vt hoc probemus, testimonijs, an exemplis? sed ne alterutrum exegeris: vtroque modo rem tibi planè manifestam faciemus. Testimonia Dei credibilia nimis, quibus iubemur, & in conspectu hominum conuersationem habere bonam, hæc sunt.

q Luceat, inquit Dominus, & magister noster, lux vestra coram homini- q *Matth.5.*

minibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrũ, qui in cælis est. [r] Bona domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prætendat ingressu, nihil intus latere tenebrarum: vt mens nòstra nullis repagulis corporalibus impedita, tanquam lucernæ lux intus posita foris luceat.

r Ambr. l. 2 de Virginib.

[f] Pari Dominus fulgere nos monet lumine, inquit Hilarius, vt admiratione operis nostri Deo laus impertiatur. Non quod ab hominibus oporteat gloriam quærere, quia in honorem Dei omnia sunt facienda: sed vt dissimulantibus licet nobis, opus nostrum his inter quos viuimus, eluceat. Hæc est interpretatio Altissimi, quam ita confirmat [t] Augustinus; Si tantummodò diceret, sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona fa-

f Hilar. in c. 5. Matth.

t l. 1. de ser. Dom. c. 7.

facta vestra: finem videretur constituisse in laudibus hominum, quas quærunt hypocritæ, & qui honores ambiunt, & captant inanissimam gloriam; contra quos dicitur, [u] Si adhuc hominibus placerem seruus Christi non essem. Et per prophetam, [x] Qui hominibus placent, confusi sunt, quia Deus nihil fecit illos. Et iterum, [y] Deus confringit ossa eorum, qui hominibus placent. Et rursum Apostolus, [z] Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. Non ergo tantùm dixit, vt videant bona opera vestra; sed addit, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est: vt hoc ipsum, quod homo per bona opera placeat hominibus, non ibi finem constituat, vt hominibus placeat: sed referat hoc ad laudem Dei: & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus.

u ad Gal. 1

x ps. 52.

y ibid.

z ad Gal. 5.

Pla-

a In ps. 52. [a] Placere tantum hominibus velle, inquit S. Hilarius, Deo est displicere. Non auocat autem ab hominum gratia Deus iustorum mentes, & fidelium rationabilem sanctitatem. Sed hoc est Deo placere, non hominibus, cùm per id, quod Deo placetur, & hominibus sit placendum. Ex causa enim placendi Deo, causa etiam hominibus probabilis sit placendi.

b In ps. 28. Hac ratione Diuus Basilius Magnus[b] docet imperi illud Dauidicę citharæ inuitamentum, Afferte Domino filij Dei gloriam, & honorem. Quomodo, inquit, nos qui terra & cinis existimus, Magno Domino gloriam afferimus? quomodo & honorem? Gloriam quidem per bona opera, cum opera nostra splendore probitatis irradiarint hominū oculis, sic vt perspectis operibus glorifi-

rificent Patrem nostrum, qui in Cęlis est. Honorem verò affert Deo, qui secundum prouerbium ex iustis laboribus & primitijs suæ iustitiæ eum honorat: omnis, qui de diuinis pro decoro edisserit, puta de Dei bonitate, deque eius iusto iudicio. Si nimirum vita fuerit vsus, quæ suæ contemplationi continuè respondeat. Istiusmodi enim viri lux, coram hominibus verbo iuxta ac opere elucescit, perque eam præclarè actorum celebritatem, Pater, qui in Cælis est glorificatur. Hanc gloriam, hunc honorem Dominus ab ijs requirit, qui in se credunt, & adoptionis gratia sunt dignati. [c] Filius, inquit, honorat patrem; si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus.

c Malac. 1.

Ac propterea in illa præcellenti oratione Dominica iubemur dicere, Sanctificetur nomen tuum.

Di-

d Chrysost. homil. 20. in Matth.

[d] Digna prorsus oratio eo, qui Deũ Patrem orauit, nihilomninò priùs, quam pro illius gloria supplicare; omnia verò reliqua, secundo loco ducere, infraque laudes eius numerare. Sanctificetur nomen tuum: Hoc est, Dignare vitam sic munda conuersatione seruare, vt per nos cuncti te glorificent. [e] Auxilij tui præsidio, atque adiumento fiam irreprehensibilis, & inculpatus, iustus, pius, abstineam ab omni malo facinore, loquens, quod verum est, faciens, quod iustum est, in rectitudine ambulans, temperantia illustris, integritate decoratus, sapientia, atque prudentia ornatus, adspirans ad supera, terrena despiciens, institutis angelicæ vitæ clarescens. Quis, si talem videat, nomen, quod eiusmodi vita inuocatur non glorificet? [f] Quis Dominum de seruorum sancti-

e Nyssen. orat. 3. in precat. Domin.

f Chrys. sup.

ctita-

ctitate non collaudet? Sic igitur luceat lux nostra coram hominibus, vt videant opera nostra bona, & glorificent Patrem nostrum, qui in Cœlis est.

Petrus Discipulorum Christi primas, & Ecclesiæ Præsul ab eo constitutus, hanc Domini sui doctrinam pluribus in locis epistolarũ suarum commendat. [g] In omni conuersatione, inquit, sancti sitis, [h] cõuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis, hoc est, vt ex operibus vestræ lucis, in bonitate, & iustitia, & veritate perfectis, Deum agnoscere, venerari, & laudare vel inuiti cogantur; & ex suauissimo probatæ vestræ conuersationis odore, ad suaue Christi iugum super se tollendum,

g Ep.1.c.1.

h c.2.

allicianntur. Et hęc quantum ad eos, qui foris erant, seu Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, vt apprehenderent iustitiam, quæ ex fide est.

Vt verò primogeniti illi fideles, flos Christiani nominis, soliciti essent ità se ex omni parte componere, vt mutuis ex duplis, & officiis ad perfectionem sanctitatis iuuarentur, & æmularentur charismata meliora, sit bonus ille pastor ait:
i 1. ep. 1. c. 4. [i]Vnusquisque sicut accepit gratiá, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus. Sed qua intentione? quo proposito? Illo nimirú, quod à Domino virtutum magistro
k ibid. suo didicerat: [k] Vt in omnibus inquit,

quit, honorificetur Deus: Et alio in loco: [l] Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. In quibus verbis seriem quandam videas Christianarũ virtutum, quæ in gratia fraternæ charitatis, diuini amoris, & honoris intuitu debent exerceri. — l 2. ep. 2. c. 1.

Non minori sententiarum pondere, Paulus idipsum secundum datam sibi sapientiam commendat. Romanos hortatur, vt sint [m] prouidentes bona, non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Item: [n] Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Et ad — m c. 12. — n c. 15.

o ep.2.c.10. Corinthios ita scribit: [o] Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei. Hoc est, [p] A vobis nulla oriatur causa scandali; ne ijs, qui non credunt, ne ijs, qui iam crediderunt. Et in Epistola ad Philippenses, iubet [q] vt simus sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, atque peruersæ, inter quos luceamus sicut luminaria in mundo, vt inquit Sanctus Paulinus, [r] incredulæ mentes errantium, ex nostrorum actuum lumine, ignorantiæ suæ tenebras deprehendant. Et rursus eadem Epistola vult [s] modestiam nostram notam esse omnibus hominibus. Vbi Tertullianus legit: [t] Probum vestrum coram hominibus appareat. In prima ad Thessalonicenses rogat, vt [u] ab omni specie mala abstineant: vt ex

p Theodoret.26
q c.2.
r ep.ad Celant.
s cap.4.
t l.de cultu feminar.c.13.
u c.5.

omni parte, foris, & intus, sit templum Dei Sanctum, mirabile in æquitate, & arca testamenti intrinsecus, & extrinsecus deaurata.

[x] Curemus ergo, inquit Diuus Augustinus, coram hominibus bene conuersari: nec tantum amemus habere bonam conscientiam, sed quantum potest nostra infirmitas, curemus nihil etiam facere, quod veniat in malam suspicionem: studeamus exemplo nostro quoscumque poterimus adducere ad Iesum.

x *l. de vit. c. 9. tom. 9.*

[y] Qui in sensu cordis Domino militant, solam Dei gloriam de suis laboribus expectantes mercedem, magnum se putant consequi pietatis lucrum, si in se & per se Deum suum afficiant laudabilem.

y *Laur. Iust. cap 10. de conuers. monast.*

Beatus qui sic ex omni parte se componit, vt qualibet exclusa suspicionis vmbra, nulla in re accusa-

ri possit, nisi quod obsequitur Sancto Deo. Sicut scriptum est [z] de viro desideriorum, cuius innocentiam apud Darium Regẽ aduersarij inuidiosè criminari quærentes, nullam causam, & suspicionem reperire potuerunt: eoquod fidelis esset; & omnis culpa, & suspicio non inueniretur in eo. Quod & suo coacti testimonio profiteri, dixerunt: Non inueniemus Danieli huic occasionem, nisi forte in lege Dei sui. Vnde & in illa insidias eidem malitiosè struxerunt.

[z] *Daniel.6.*

[a] Benedicta à Deo illa anima, cuius humilitas confundit alterius superbiam; cuius patientia proximi extinguit iracundiam; cuius obedientia pigritiam alterius tacitè increpat; cuius feruore inertiam alieni teporis exuscitat.

[a] *Cæsarius homil.28.*

[b] Beatus qui tam sanctè, tamque gra-

[b] *Paul. in ep. ad ...*

grauiter disponit vitam suam, vt de eo sinistri aliquid, ne fingi quidem possit, dum aduersus obrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quisquam audet, quod à nullo putat esse credēdum. Quod si id assequi difficile, atque nimis arduum est; saltem hanc adhibeamus vitæ nostræ diligentiam, ne malæ mentes occasionem inueniant detrahendi; ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersus nos sinistræ famę flamma conflet ur. Alioquin frustra irascimur obrectatoribus nostris, si eis ipsis obrectādi materiam ministramus.

Si autem nobis diligenter atque solicitè omnia ad honestatem prouidentibus, cunctisque actibus nostris timorem Dei præferentibus, illi nihilominus insaniunt; consoletur nos conscientia nostra, quæ tūc

maximò tuta est, tunc optimè secura est, tùm ne occasionem quidem malè de se sentiendi dedit: illis enim [c] ve dicitur per Prophetam, qui dicunt, quod bonum est, malum: qui lucem appellant tenebras, & quod dulce est, amarum vocant. Nobis ergo Saluatoris aptabitur sermo: [d] Beati estis cum vobis maledixerint homines mentientes. Nos modò id agamus, vt malè de nobis nemo loqui, absque mendacio possit.

c *Isai.5.*

d *Matth.5.*

Mulcta paucis complectitur S. Hieronymus cum ait: [e] Si fieri potest, vt pariter Deo, & hominibus placeamus, placendum est, & hominibus, nisi Deo displiceamus, Deo magis quam hominibus placere debemus.

e *In c.5. ep. ad Galat.*

§. 9.

§. 9.

Christus Sanctæ Conuersationis, & ædificationis exemplar.

NE pollicitis tantùm diuites videamur, data dictis suspectant: & supradicta testimonia selectioribus quibusdam exemplis illustrentur, & confirmentur. Quorum caput sit totius perfectionis archetypus. Est quippe rationi sanè consentaneum, vt primum pennas nostras, sicut loquitur [f] S. Bernardus, deargentemus in Christi conuersatione: vt illam scilicet virtutum formam tenemus, quam verbo, & exemplo commendauit ille præsens in carne. Omnis enim virtus nostra tam longe est à vera virtute, quam longe est ab illa forma: & omnis penna nostra ad nihilum valet, si non fuerit eius conuersatione deargentata. Exem-

f Serm. 4. de Aduent.

g Ioan.13.

[g] Exemplum, inquit, dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quæ lex, vt optimè Diuus Ioannes Chrysostomus [h] obseruat, non in lauandis tantum pedibus scribitur; sed & in omnibus aliis, quæ nobis proposuit. [i] Omnis actio, omnis item sermo Christi; excolendæ pietatis virtutisque obeundæ regula est. [K] Ad hoc homo factus est, vt hominem viuere doceret. [l] Ad hoc orauit, vt doceret orare; ad hoc passus est, vt doceret pati; ad hoc resurrexit, vt doceret resurrectionem. Ad hoc subditus esse voluit hominibus, vt ab eo disceret homo obedire, vt disceret terra subdi, vt disceret puluis obtemperare. [m] Ad hoc à Ioanne Iordanis aquis tinctus est, vt nobis suscipiendi baptismi formam atque exemplum sese preberet.

h Homil. 50 in Ioan.

i Basil. c.2. consit. monast.

K Aug. l. 50. homil vlt. hom.

l Idem in ps. 56.

m Damasc. l. 4. de fid c. 10.

Et

Et quæ neceſſitas fuit, vt cum in forma Dei eſſet, nec rapinam arbitraretur eſſe ſe æqualem Deo, ſic tamen ſemetipſum abbreuiaret, ſic humiliaret,[n] vſque ad incarnationem, vſque ad participationem mortalitatis humanæ, vſque ad trinam diaboli tentationem, vſque ad irriſionem populi Iudæorum: vſq; ad ſputa, & vincula, vſque ad alapas, & flagella: ſi parum eſt, vſque ad mortem: & ſi adhuc etiam aliquid de genere mortis addendum eſt, mortem autem crucis? Quæ inquam, neceſſitas, vt talia ſubiret Altiſſimi Filius? Accipe diuinum Gregorij Magni reſponſum:[o] Ad hoc Vnigenitus Dei Filius infirmitatis noſtræ formam ſuſcepit, ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionũ opprobria, paſſionumque tormenta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem

n *Aug. Serm. de S. Laur.*

o *Ep.* 82. *l.* 4. & 34 *moral. c.* 18.

minem doceret humilis Deo. Sed & adhuc testimonium Dei maius est: Ipsum audito: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. [p] Corde dixit, cordis affectu, non necessitate iudicij. Poterat nimirum vilem se & contemptibilem demonstrare, sed planè non reputare; quoniam sciebat seipsum. Humilis fuit voluntate, nostri charitate, nobis, qui contemptibiles sumus valde relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.

p Bern. serm. 42 in Cantic.

[q] Quàm dulciter Domine Iesu, cũ hominibus conuersatus es! quàm abundanter multa & magna bona hominibus largitus es, [r] factus humanitatis pelagus, profusis aquis omnes inundans.

q Idem serm. de Pent.

r Basil. Seleuc. orat. 29.

Et vt paucis dicam, [s] multorum affectus, & officia suscepit, vt doceret quomodo nos in his conuersari opor-

s Ambr. serm. in Ps. 118. n. 4.

oportet officiis. [t] Tota vita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit, magisterium, & speculum iustæ cōuersationis, Dei ædificatio, qua & nos tanquam lapides viui coędificaremur in templum sanctum in Domino. Nihil eorum, quæ in terris visus fecit, dixit, & passus est, propter se; sed omnia propter electos: quod fauus distillans melliti Doctoris sic expressit.

t Aug l. de vera relig. c. 15.

[u] Placebit ne tibi Domine Iesu, vt dones mihi vitam tuam, sicut dedisti conceptionem? Cui Christus annuens, ita respondet: Non solū conceptionem meam, sed & vitam meam, & hoc per singulos ætatum gradus infantiæ, pueritiæ, adolescēciæ, iuuentutis, tibi donabo. Hoc autem ideò, vt conceptio mea emūdet tuam, vita mea instruat tuam;

u Bern. serm. 2. de Pent.

sic

ſic enim planè videbis & viam per quam ambules, & cautelam qua ambules, & ad quam ambules manſionem. In vita mea cognoſces vitam tuam; vt ſicut ego paupertatis & obedientiæ, humilitatis, & patiétiæ charitatis, & miſericordiæ indeclinabiles ſemitas tenui; ſic & tu eiſdem veſtigijs incedas, non declinans ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Ita Chriſtus loquens ad cor Bernardi.

Vt autem Sanctiſſimam Domini conuerſationem præſentiori ſemper recordatione complecteretur, deſcripſerat in tabulis cordis ſui nomen, quod eſt ſuper omne nomen, iuxta conſilium illius, qui in Cantico Sacræ dilectionis ait. * Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. Neque verbis explicari facilè poſſet, quanto deuotionis ardore erga dul-

xc.8.

ciſſi-

cissimum Iesu nomen afficeretur, quamque miro sensu pietatis illud pronunciare soleret. Cui proinde solemne crediderim fuisse, & veluti symbolum, istud Euangelici Prophetæ: [y] Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Sed præstat vt Bernardus ipse de se loquatur, [z] O nomen benedictum! An non toties confortaris, quoties eius recordaris? Quid æque mentem cogitantis impinguat? quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atq; honestos, castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur: insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum: si disputes, aut conferas, nõ sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in cor-

y *Isai. 26.*

z *Serm. 15. in Cant.*

cor de iubilus. Sed est & medicina. Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cũ nomino Iesum, hominem mihi propono mitem, & humilem corde benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni denique honestate ac sanctitate conspicuum, eumdemque ipsum Deum Omnipotentem, qui suo me, & exemplo sanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia nihil ponat; cum insonuerit Iesus. Sumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium à potente. Hæc praxis Bernardo familiarissima. Vt autem & nos similiter faciamus, addit: sẽper tibi Iesus in sinu sit, semper & in manu, quo tui omnes in Iesum & sen-

ſenſus dirigentur & actus. Deniq. inuitaris,[b] Pone me, inquit, ſignaculum in corde tuo, ſignaculū in brachio tuo. Habes in nomine Ieſu, vnde tuos actus vel prauos corrigas, vel minus perfectos adimpleas: itēq. vnde tuos ſenſus, aut ſerues, ne corrumpantur; aut ſi corrumpantur, ſanes.

b *cant.* 8.

Porrò quantùm Doctor vitæ noſtræ, & magiſter ſalutis æternæ cauſam omnem, & vel vmbram ſcandali à ſe remouere ſtuduerit, ex duobus hìc obſerua. Primò[c], cum leproſum ad radices montis Thabor vnico verbo & momento mundaſſet, eidem mox ait: Vade, oſtende te Sacerdoti. Ne diceretur eum rapuiſſe gloriam Sacerdotum; ne ſummi Sacerdotis iudicium contra legis præceptum vſurpare videretur.

c *Matth.* 8.

Secundò; [d] cùm Petrum Cæſa-

d *Matth.* 17.

riani censsus exactores interrogassent: Magister vester non soluit didrachma? hoc est, an ab eius solutione, beneficio Principis exemptus est? Præuenit paulò mox eum Iesus, & cùm illi demonstrasset, se vectigalium legibus minimè subiectũ, dixit: Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. Tributum non vt debitor pendere voluit, sed vt illorum infirmitati consuleret: vt, inquit, non scãdalizemus eos; ne illis offendiculo simus, & causam præbeamus malè sentiendi de nobis & loquendi, & rixandi, & irascendi. Publicanis enim non constabat causa libertatis, quod scilicet Iesus Regis Regũ verus ac naturalis filius esset.

§. X.

§. X.

Exempla Beatissimæ Virginis, & Sanctorum Zachariæ, & Elisabeth.

IN supradicto studio prouidendi bona, non solùm coram Deo, sed & coram hominibus, quàm simillima Filio fuit Virgo Mater, quòd nectareo suo stylo describit Ambrosius in hæc verba:[e] Sit vobis tanquam in imagine descripta, Virginitas, vitaque Beatæ Mariæ, de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari, magisteria expressa probitatis: quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt.

e l. 2. de virginib.

Virgo erat non solùm corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli

ambitu ſyncerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, intenta operi, verecunda ſermone. Quando iſta vultu læſit parentes? quando diſſenſit à propinquis? quando faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quando vitauit inopem? Nihil toruum iu oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum. Non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior; vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, & figura probitatis.

Prodire domo neſcia, niſi cùm ad Eccleſiam conueniret, & hoc cũ parentibus aut propinquis. Domeſtico operoſa ſecreto, forenſi ſtipata conuitatu, nullo meliore tamen ſui cuſtode, quàm ſeipſa, quæ in-

ceſſu

cessu venerabilis, non tam vestigiũ pedis tolleret, quàm gradum virtutis attolleret. Sic Maria intendebat omnibus quasi à pluribus moneretur: sic implebat omnia virtutis officia, vt non tam disceret, quàm doceret.

Talem hanc Euangelista monstrauit: talem Angelus reperit: talem Spiritus sanctus elegit. Quàm verò religiosa in propinquas fuerit, scriptura diuiua signat. Nam & humilior facta est, vbi à Deo se cognouit electam, & statim ad cognatam suam in montana processit, propinqua ad proximam, iunior ad seniorem; nec solùm venit, sed etiam prior salutauit, quantò castior Virgo, tantò humilior, quæ nouerat deferre senioribus. Fuit magistra humilitatis,[f] quæ signum sacræ virginitatis. extulit, & intemeta- *Fl. de in stit virg. c. 5.*

tæ integritatis pium Christo vexillum leuauit.

g l.2. de virginib. [g] Talis fuit Maria, vt eius vnius vita omnium disciplina sit.

Quantæ in vna Virgine species virtutum emicant!

Quantopere verò omnem scandali vel tenuissimam superficiem, & cuiuscumque offendiculi causam vitauerit, ex obseruata lege Purificationis expendere potes, & admirari.

Vnde non immerito Virgini Deiparæ Spiritus sanctus adscribit illa verba, quæ primum increatæ sapientiæ conueniunt: h Eccli.24. [h] Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris, & honestatis. In me gratia omnis viæ, & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis. Quo loquendi genere, Sanctissimam vitam, & conuersatio-

tio-

tionem Mariæ suauissimos virtutũ omnium odores expirantem intellige. Item alibi: [i] In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij. Beati, qui custodiunt vias meas. Beati, qui ad similitudinem meam adspirant, qui mores meos sectantur, qui vestigijs meis insistunt, nec vnquam deserunt meæ conuersationis exemplum. [i] *Prouer. 8.*

Non est huc prætermittendus Zacharias, Beatæ Virgini genere proximus, qui nobis hanc decimam nonam praxim diuinæ præsentiæ designauit; & cuius, vt & venerãdæ eius coniugis Elisabeth, hæc laus est in Euangelio: [k] Erant ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. [k] *Luc. 1.*

Magna certè sanctitatis commẽdatio, iustos esse ante Deum, iustos

videlicet ante illum, de quo scriptum est,[l] Spirituum ponderator est Dominus, qui solus incorruptis lācibus veram ab adulterina iustitiam discernere potest. Non enim, vt ait Diuus Ambrosius,[m] omnis qui iustus est ante homines, iustus est ante Deum. Aliter vident homines, aliter Deus: homines in facie, Dominus in corde. Et ideò fieri potest, vt aliquis affectata bonitate iustus mihi videatur, iustus autem ante Deum non sit: si iustitia non ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur. Abscondita enim in ea homo non poterit deprehendere. Perfecta igitur laus est, ante Deum iustum esse, qui nouit vias immaculatorum, nec pro peccatore laudabilem, nec pro laudabili peccatorem; sed vnumquemque pro competentium iudicat ratione

l Prou. 16.

m In Luc.

tione meritorum. Idem enim eſt arbitrer mentis & facti. Beati illi coniuges, Ioannis pluſquam Prophetæ parentes, qui in conſpectu oculorum eius iuſti erant, qui falli non poteſt.

Proſequens dein Sacer Euangeliſta, aperit, qua ratione tantam apud Deum gratiam promeriti fuerint. Incedentes, inquit, erant in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela. Totam legem obſeruabant, nec vel vnicum apicem illius prætereuntes. Maiores ſemper in via Dei progreſſus faciebant, ſpirituales diuitias adaugentes quotidiano virtutis incremento; iuxta illud Dauidicum, [a] Ibunt Sancti de virtute in virtutem. Eorum autem iuſtitia, & conuerſationis probitas, ita erat perfecta, & accepta, probata, & nota; ita dili-

[a] Pſ. 38.

diligenter curabant, ne cui verbo aut facto offendiculo forent, vt non inuenerit quisquam contra eos iustas querimonias, nullus occasionē habuerit eos in aliquo reprehendēdi. Quo etiam nomine insignis illa [o] Vidua Iudith in literis sanctis commendatur, quæ sic omnem offensionis materiam declinabat, vt non esset qui de ea loqueretur verbum malum. Et Tobiæ progenies, de qua scriptum est: [p] Omnis cognatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit ita vt accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

o 8.

p Tob. vlt.

§. II.

Sancti Pauli Apostoli perfecta conuersatio cum hominibus.

AVdiuimus suprà diuinum Apostolum pluribus uobis sua-

ſuadentem, vt non ſolùm propriæ, ſed etiam proximi conſciẽtiæ, & ædificationi diligenter attendamus. Ne verò exhortationes eius nuda tantùm verba, & voces æſtimarentur, omni ſemper ſtudio prouidẽtur, omni ſemper ſtudio prouidẽdum duxit, vt nihil vnquam doceret, quod non prius opere fuiſſet executus. [a] Et hæc optima eſt docendi ratio, ſeipſum in omnibus monitionibus formulam præbere. [b] Ita diſcipulum impellere doctor poterit: Sin dicat quidem ac verbis philoſophetur, factis verò contrária repræſentet, nondum doctor eſt. Nam vel diſcipulo hoc facile, vt verbis tantùm philoſophari. Sed illa admonitio & perſuaſio accedat, oportet, quæ per opera fit. Nam hæc & doctori reuerentiam conciliat, & diſcipulo propenſionem ad parendum. Quomodo?

[a] *Chryſoſt. homil. 14. in Epiſt. ad Philip.*

[b] *Homi. 12*

quo-

quoniam vbi verbis quidem viderit philoſophantem, ſecum dicet: Ea quæ fieri non poſſunt, magiſter iſte præcipit, idque ipſe primus oſtendit, qui ea non facit. Sin autem viderit virtutem factis ipſis expreſſam, non habebit amplius, cur iſta dicat.

Voluit itaque magnus ille præco veritatis poſſe in veritate dicere Corinthijs:[c] Sine offenſione eſtote Iudæis & Gentibus, & Eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. [d] Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.[e] Etenim Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt,[f] Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me: Quibus Paulus nobis hoc imperat, vt ſe imitemur, qui ſibi hoc imperauerat

c. 1. cor. 10.

d c. 11.

e ad Rom. 15. Pſ. 68.

f Saluian. l. 3. de gubern. Dei.

rauerat

rañerat vt Christi esset imitator.

Voluit reuera posse dicere Philippensibus, [g] Imitatores mei estote: & obseruate eos qui ita ambulãt, g c.3.
sicut habetis formam nostram, qua vitæ primùm exemplis docemus, deinde verbis, qua dictis per operæ fidem conciliamus. Voluit reuera eisdem posse dicere: [h] De cætero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quęcumque amabilia, quęcumque bonæ famæ, si qua virtus, si quà laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & aceepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum. h c.4.

Voluit reuera posse dicere: [i] Deo autem gratias, qui odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus i 2.Cor.2.

mus

mus Deo. cuius scilicet gratia per probatam conuersationem nostram & Euangelistæ doctrinæ, quam prædicamus, conuenientem, notitia Christi, & fragantia Sanctissimi nominis eius longè lateque diffunditur: ita vt innumeri de tetro & pestilenti criminum volutabro emergentes, dicant ei quidem illis annunciamus: [k] Oleum effusum nomen tuum. Trahe nos post te, in odorem curremus vnguentorum tuorum.

k Cantic.1

Mirum est, quàm solicitè semper omni ex parte seipsum ita componere studuerit, vt nullus quantumuis perspicax, verum in eo colorem accusationis inueniret, nullus eum vel in minimo posset infuscare; sed agnoscerent omnes conuersationem Pauli ministerio sibi credito respondere. [l] Habentes, inquit,

l 2.Cor.4.

inquit, administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus; sed abdicamus occulta dedecoris, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Hoc est: Cùm tam excellenti ministerio fungamur, non nostris meritis, sed gratuita Dei benignitate, & electione ad illud vocati, nostro minimè desumus officio. Et quia spectaculum facti sumus Deo, & hominibus; coram Deo quidem; internam puritatem sectamur, & occulta omnia, quæ menti dedecus & pudorem in conspectu eius ingerere possent, studiosissimè à nobis abijcimns: coram hominibus verò, etiam nosipsos bonorum operum attestatione probare studemus.
[m]Neque ijs tantùm qui fide præditi sunt, sed etiam alienis à fide perspi-

m *Chrysost. hom.* 8. *in* 2. *ad Cor.*

ſpicui ſumus, ac quibuſuis expoſiti, vt res noſtras arbitratu ſuo explorent.

Dicimus itaque nos nullum munus accipere; atque huius rei teſtes vos laudamus. Dicimus nos nullius flagitij nobis conſcios eſſe: atque huius rei rurſus à vobis teſtimonium petimus; non vt illi ſolent, qui vitia ſua obtegentes, multis imposturam faciunt. Nos & vitam noſtram cunctis in medium proferimus, & doctrinam ita patefacimus, vt quibuſuis eum intelligere promptum ac procliue ſit. Tam vitæ noſtræ quam doctrinæ ſynceritas omnibus eſt manifeſta, & ſeipſam apud omnes commendat, vt nec ipſum Deum, qui cordium nouit arcana, iudicem refugiat.

a 1. Cor. 3. Non immeritò [a] ſapientem architectum ſe nominat hic Orbis

Apo-

Apostolus: cùm enim periti sit architecti, forma priùs in animo concepta, ponere fundamentum, tum opus aggredi; constat Paulum ita semper egisse in omnibus, quæ dictante Spiritu Sancto decreuit & incepit, tum ad Fidem alicubi stabiliendam, tum ad nouella germina sanctitatis optimis moribus suo exemplo Christianè firmanda: cuius cælestis prudentiæ vnum prædictis attexam.

° Cùm ad se recepisset largam satis pecuniarum collationē, quam eo exhortante Corinthij fecerant, vt in Fideles egenos, qui erant Ierosolymis, & in Iudæa, distribueretur; sic eam tractare voluit, vt nulli causam sinistræ alicuius opinionis præberet; quasi aliquid dictæ pecuniæ in propria commoda vertisset, vel expendisset. Nam vt ° 2. Cor. 8.

pecuniæ cupido latiſſimè graſſatur, ita eiuſdem tractatio ſummam fidem exigit; ac perfacilè in eo genere vel peccatur, vel peccari exiſtimatur. Proinde viros integros, & extra omnem ſuſpicionem poſitos ſeligere curauit, Titum videlicet, & alterum, qui iam ex Euangelij prædicatione clarus, magnam laudem adeptus erat; & tertium, cuius ſolicitudinem & diligentiam multis iam probarat argumentis. Tales delegit, & miſit Corinthum, vt prædictam pecuniarum ſummam inde Ieroſolymam deferrent: deuitantes hoc, inquit, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur à nobis: ne quis malè de nobis loquatur, aut ſuſpicetur: quaſi non ſatis fideliter & caſtè, pecunia tam larga noſtro miniſterio collecta à nobis tractetur.

Pro-

Prouidemus enim bona, non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Prouidere autem bona, est antè videre & explorare opera, quàm fiant, ne sit locus vituperationi. Non solùm, inquit, curæ nobis est ea facere, quæ Deo teste & iudice recta sunt, sed etiam quæ probentur hominibus: vt ne quis infirmus ex his quæ agimus, offendatur.

[p] Conscientia nostra sufficit nobis: fama verò necessaria est propter proximos, quæ non debet pollui, sed pollere. Duæ res sunt conscientia, & fama. Conscientia tibi, fama alijs. Qui fidens conscientiæ suæ, negligit famam, crudelis est. *p Primas. hic ex August.*

Hanc Gentium Magistri sapientiam satis pro dignitate mirari, & laudibus efferre non potest Chrysostomus. Ipsum audias. [q] Ecquid *q homil. 18. in 2. ad Cor.*

Pauli virtutem adæquare queat? Non enim dixit: Ploret, atque in malam pestem abeat, qui huiusmodi quidpiam suspicari in animum induxerit: dum me conscientia mea non condemnet, huiusmodi suspiciones nihil moror. Quin potiùs, quò imbecilliores ipsi erant, eò magis ad eos sese demittebat: ægrotanti quippe non succensere, sed opem afferre oportet. Et quidem, à quo peccato longiùs remoti sumus, quàm ille ab huiusmodi suspicione? Nam ne si dæmon quidem fuisset, hoc beati illius viri ministerium suspectum habuisset. Et tamen ille quantumlibet ab hac præpostera suspicione procul dissitus, nihil non tamen agit ac molitur, vt ne vmbram quidem vllam ijs relinquat, qui quoquo modo suspicari aliquid mali

velint,

velint. Ac non modò accuſationes fugit, ſed etiam leues repræhenſiones, ac nudas ſuſpiciones [r] euellit; ſeu, vt veriùs dicam, ne exoriri quidem eas permittit. r l. 6. de Sacerd.

Prouidemus, inquit, bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Digna profectò Pauli virtute ſententia, quam ſtudioſiſſimè in omni ſua conuerſatione ſemper obſeruauit, vt coram [ſ] Felice, Iudææ quõdam præſide aſſeruit, propriam cauſam dicens aduersùs impudentiſſimum Tertulli cuiuſdam Iudæorum oratoris mendacium, qui actionem in eum ſic inceperat: Inuenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, &c. Quod Apoſtolus modeſta, ſed ſolida defenſione retundens, ait: In hoc ipſe ſtudeo ſine ſ Act. 24.

ne offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.

§. XII.

Exemplum Samuelis Prophetæ.

EOdem virtutis tramite Samuel aliquot ante Paulum ſæculis à puero ad canos inceſſit; cuius ab ineunte ætate compoſita viuendi forma & conuerſatio, vt erat Deo grata, ſic etiam apud homines & excitabat admirationem, & conciliabat gratiam. Sic enim de eo
a 1. Reg. 6. ſcriptum legimus: [a] Puer Samuel placebat tam Domino, quàm hominibus. Creuit autem in dies ſemper illa Samuelis adoleſcentuli præclara, & amabilis indoles; & vſque in ſenectam & ſenium profecit: nec facilè dixerim in quonam priorum Sanctorum apertior ſit, quàm in Samuele veritas illius ſen-

tentiæ

tentiæ Salomonis, [b] Iustorum semita quasi lux splendens, procedit, & crescit vsque ad perfectũ diem: hoc est: Iustorum profectus similis est luci surgentis auroræ, quæ succedentibus aucta incrementis progreditur, ac tandem peruenit vsque ad meridiem. [b] *Prou. 4.*

Nihil nisi refulgens in vita Samuelis inuenies, nihil in eius conuersatione caliginosum aut nubilum, nihil minùs rectè compositum, quod cuiusquam oculis tenebras induceret, & offensionis ansam dare posset. Quod eò magis demirandum videtur in homine, qui ad viginti & ampliùs annos, summam in Israel tenuit præfecturam. Vnde fortassis Philo Samuelem appellat Prophetarum maximum, in quo reluxit aliquid homine augustius. Cùm verò tantus

eſſet, & vberrimam gloriæ materiam haberet, intra tamen modeſtiæ limites ſe continens, nihil vnquam de ſe eximium prædicauit, quoad defecta iam ætate, capuloq; vicinior, diuini Numinis impulſu, publicum de ſua integritate debuit aduocare teſtimonium, & actæ vitæ conuerſationem palam approbare.

Proinde in publicis comitijs, præſente nouo rege, vitam ſuam & adminiſtrationis modum ad ſeueriſſimam amuſſim explorandum, & examinandum propoſuit; [c] Ecce, inquit, audiui vocem veſtram, & conſtitui ſuper vos regem. Ego autem ſenui & incanui: itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea, vſque ad hanc diem; ecce præſto ſum. Loquimini de me coram Domino & coram Chri-

c 1. Reg. 12.

ſto

sto eius: vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam, [d] & non accusauit illum homo. [d] *Eccli.* 46

At quid necesse fuit Samuelis integritatem coram omnibus probari & spectari? Respondeo primò, vt in adstantibus sanctæ suæ conuersationis, quam æmularentur, memoriam renouaret & confirmaret. Secundò, vt & posteris daretur exemplum probitatis & virtutis. Tertiò, consentaneum erat, vt appareret in publico conuentu & ipsius populi testimonio, quod in Republica gerenda cum laude esset

e Claud. Rangel. in 12. c. l. 1. Reg.

ſet verſatus, vt [e] Saul Rex, qui adſtabat, habere poſſet exemplar legitimi & moderati magiſtratus, in quod ſemper intueretur. Nam potuiſſet ille quidem aliàs ſeorſim his de rebus monere populum; ſed maluit iſta Saule præſente dicere, vt ad eum ex illa oratione fructus aliquis perueniret. Voluit illi proponere vitam ſuam, vt de ſe exemplum caperet.

Et certè quodammodo neceſſe erat, vt Saul ita officij ſui admoneretur. Erat enim obſcuro loco natus, nunquam anteà verſatus in luce Reipublicæ. Samuelem aut magiſtratum alium vix anteà vnquam viderat. Sæpè etiam vtile eſt ad hunc modum agere cum Regibus. Habent enim aures teneras, & ſimplicem apertamque veritatem non facilè ferunt. Itaque aliena perſona induen-

induenda est interdum, vt illi tamen intelligant de se narrari fabulam. Hanc interpretationem tradunt Sancti PP. [f] Chrysostomus & Theodoretus. Ex quibus manifestum est, voluisse Sanctum illum Prophetam vita sua illustrari gloriam Dei, & spectatæ suæ conuersationis exemplo, alios ad piè rectèque viuendum incitari. [g] Longè, inquit Chrysostomus, semotus erat à vanitate & opinione sui beatus ille Samuel: affectu charitatis tenebatur, & quia salutem hominum duntaxat spectauit, illis gubernatorem ad sui expressit imitationem in ea oratione, qua de gestis suis rationem dedit.

f *In dictum ilud Apost. vtinam sustineretis, &c.* *In 1. Reg.*

g *loc. cit.*

§. XIII.

§. XIII.

De perseueranti constantia in dicta seruitute Dei.

AD hanc Sanctorum Zachariæ & Elizabeth praxim tandem absoluendam, restat, vt quanto tempore sit Deo in sanctitate & iustitia seruiendum, compendio dicamus. Non est autem ad id tempus aliud præfiniendum, quàm quod dictante Spiritu Sancto definiuit Zacharias, Omnibus, inquiens, diebus nostris; quamdiu vita comes fuerit, ea tota & continenter in obsequium Conditoris & Redemptoris expendenda.

Inter primarias Legis Mosaicæ sanctiones, hæc vna erat: [h] Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Non poterat quis tanto

h Exod. 21.

to

to æstimari, & venire pretio, vt anno Sabbatico aduenient, à pacto mancipatu non eximeretur. Verùm aliæ leges in famulatu qui supremo omnium Domino exhibendus est, constitutæ. Adeò enim permagno & inestimabili pretio emptum est genus nostrum, tot tantisque beneficiorum nexibus, & gratiarum titulis illius bonitati deuincimur, tam magna & pretiosa nobis promissa donauit & donabit, vt non tantùm nosipsos à debitæ seruitutis officio non possimus vnquam expedire; sed nec ipse Deus (audeo dicere & millies affirmarem) quemquam possit ea libertate donare, qua pro beneficiorum minimo quod illi contulit, nihil seruitutis amplius illi persoluere teneatur.

Atque vtinam hoc saltem obtineri

neri possit in vita mortalium, vt seruus quis Christi ex integro fiat. Hinc ille Sanctus vitæ Monasticæ princeps Antonius, æternam & omnis generis seruitutem Deo deberi considerans, [i] nihil vnquam eo dignum se præstitisse arbitrabatur. Non temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & spontaneo famulatu. Nunquam in certamine lassabatur. Modos adinueniebat abstinentiæ potioris, & quotidie exercitatione crescebat.

i Athan. in eius vita. Cassiod. in Tripart. l. 1. c. 11.

k Felix & omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat seruientem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantem; qui tamen nihil summæ illius maiestatis oculis dignum se præstitisse, persuasissimum habeat.

k Hieron ep. 22. l. 2.

Ita [l] beatus Abbas Pambo, qui instan-

l l 5. vit. PP. libel. 1. n. 16.

instante tabernaculi sui depositione, adstantibus sibi viris sanctis ait: Sic vado ad Dominum, quomodo, qui nec initium fecerim seruiendi Deo. Sic fideles Dei famuli, ad Apostolicæ perfectionis exemplar, nunquam arbitrantur se quidquam Deo dignum præstitisse. Nunquam dicunt: Ecce tot annis seruio tibi: nunquam queruntur de pondere diei & æstus. Illis omnis pro Deo labor vix est vnius horæ: vti de se loquebatur Diuus Bernardus: [m] Fateor, inquit post quadraginta & amplius annorum labores, non sustinui pondus diei & æstus, sed iugum suaue & onus leue pro beneplacito patrisfamilias porto. Opus meum vix est vnius horæ: & si plus, præ amore non sentio.

[m] *Serm. 14 in Cantic.*

Qui ita sentiunt & loquuntur,

non

non solùm momentaneum & leue æstimant quidquid in obsequium Dei impendunt, quidquid pro eius gloria laborant aut patiuntur: sed & iuxta Christi consilium, cùm fecerint omnia quæ præcepta sunt illis, dicunt: [n] Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Nullam præteritarum virtutum rationem habere videntur: sed ea quæ retrò sunt, quasi nihil despicientes, ad ea quæ sunt priora seipsos extendunt: semper ambulant, semper addunt, semper proficiunt, semper ad maiora consurgunt, & ad altiora peruolant, scientes non cuilibet repositam esse coronam iustitiæ, sed ei qui dicere potest: [o] Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.

n Luc. 17.

o 2. ad Tim. 4.

Ac propterea, quemadmodum cursor, non quot spatia confecerit, sed

sed quot adhuc restent, cogitat; ita & nos, non quantum in virtutibus progressi sumus, sed quantum adhuc progrediendum restat, cogitemus. [p] Si beatus Paulus, Vas electionis, qui ita Christum indutus erat, vt diceret, Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus, adhuc tamen se extendit, adhuc crescit & proficit; quid nos facere deberemus, quibus optandum est, vt in fine nostro Pauli principio comparemur?

p *Paulin. Ep. ad Demetr.*

Quòd [q] si quis est, qui sibi de præteritis illæsæ vitæ meritis blandiatur, iste talis respiciat quàm incerti & quàm lubrici sunt exitus vitæ. Nemo de præteritis securus sit: tanti laquei obiecti sunt ante pedes animæ nostræ, tam innumeri hostes obseruant & custodiunt iter nostrum; tantæ foueæ, & tam

q *Cæsari. homil. 29.*

præruptæ; tantæ rerum difficultates interiacent inter nos & finem nostrum; tantos nos scopulos, tantosque fluctus transire necesse est, vt ignoremus quid eueniat, antequam anchoram optato in littore collocemus. Quis transiens super alicuius profundum fluminis, per arctissimi pontis angustias, etiamsi maiorem partem inoffenso pede transierit, iam periculum euasisse se credat: cùm in vltimo pontis spatio si paululum titubauerit, casum quem in medio spatio vitarat, incurrat? Sic nos, etiamsi magna pars vitæ istius videatur fuisse transacta, non ideò fiduciam præsumamus, cùm adhuc periculum pars extrema minetur. Quis in acie positus, ante finem certaminis, aut ante victoriæ securitatem arma deponat? Quid mihi prodest,

si mihi sata viridantia in herbis spem messis ostendant; & me sub ipso falcis tempore, subita vel aeris intemperies, vel pluuiarum inundatio decipiat? quid mihi proderit, si vinea spem omnem in flore promittat, & vel ferarum incursio, vel vastitas grandinis spem omnem in consummatione subducat. Nemo ergo securum debere se esse iudicet, antequam ad finem felici consummatione perueniat. Omnis prosperitas, omnisque laborum felicitas in fine consistit.

[r]Non quæruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus malè cæpit, sed bene finiuit: Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. [s]Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, ait Dominus. Item: [t]Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

r Hieronym. epist. 19. l. 2.

s Matth. 10.

t Apoc. 2.



PRAXIS VIGESIMA
S. PAVLI APOSTOLI
MILITIAE CHRISTIANAE
DVCIS OPTIMI.

Nostra Conuersatio in Cælis est.
Ad Philop. 3.

§. I.

Duplicem esse mundum, in quo homines conuersantur: & quantum inter vtrumque discriminis intersit.

a Machar. homil. 5.

a  Lius est Christianorum mundus, & eorum conuersatio, mens, sermo, atque opera: alia hominum huius

huius mundi vitæ ratio, mens, ſermo, atque opera: aliud ſunt illi, & aliud iſti; atque magnum diſcrimen eſt inter hos & illos. Quantum autem, apertè Paulus oſtendit, ad Philippenſes ita ſcribens. b c.3.
[b] Imitatores mei eſtote, & obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum: qui terrena ſapiunt.

En ſummatim mundi mores; mundi, dico, tenebrarum harum: mundi, dico, amatorum mundi: mundi, dico, qui totus in maligno poſitus eſt: mundi, qui Deum non cognouit: mundi, cujus amicus quicunque voluerit eſſe, inimicus

Dei constituitur: mundi, qui Spiritum veritatis non potest accipere: mundi denique, de quo Veritas ait pauendum illud, & quouis tonitru
c Ioan. 17. terribilius verbum? [c] Non pro
d Matth. 18. mundo rogo. [d] Væ mundo à scandalis, Item & per Angelum suum
e Apoc. 8. seruo suo Ioanni: [e] Væ, væ, væ habitantibus in terra.

Sed absit à verè Christianis, vt sint de istiusmodi sæculo nequam, qui cum Apostolo dicere debent:
f ad Gal. 6. [f] Mihi mundus crucifixus est: & ego mundo: quibus ab eodem
g ad Rom. mandatur: [g] Nolite conformari huic sæculo: & ab Euangelista
h 1. Ioan. 2. Ioanne: [h] Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Nec amare potest Deum, nec amari potest à Deo.
i Iac. 4. Sic enim scriptum est: [i] Nescitis quia

quia amicitia huius mundi inimica
est Dei? Quiçumque ergo voluerit
amicus esse sæculi huius, inimicus
Dei constituitur.

Quis igitur proprius Christia-
norum mundus? quæ societas? quæ
conuersatio? Mundus seu patria
eorum est [k] terra illa viuentium, in k Ps. 26.
qua credimus videre bona Domi-
ni, [l] vrbs perfecti decoris, [m] Sion l Thren. 2.
ciuitas solemnitatis nostræ, [n] ciui- m Is. 33. n Ps. 47.
tas Regis magni, [o] ciuitas Dei vi- o ad Heb. 12.
uentis, [p] Ierusalem cælestis, [q] de p ibid.
qua gloriosa dicta sunt, [r] paradisus q Ps 86. r Eccli. 40.
benedictionis, [s] Sanctuarium Dei, s Ps. 73.
[t] quod firmauerunt manus eius, t Exod. 15.
[u] tabernaculum Dei cum Angelis u Apoc. 21
& hominibus, [x] tabernaculũ quod x Is. 33
nequaquam transferri poterit,
[y] regnum omnium sæculorum, y Ps. 144.
[z] regnum quod in æternum non z Dan. 2.
dissipabitur; [a] denique locus habi- a Ps. 25.

b Ps. 33. rationis gloriæ Dei, vbi [b] sollummodò magnificatus est Dominus, &
c Ps. 103. [c] magnificatus vehementer, vbi ostendit diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem potentiæ suæ, sapientiæ suæ, liberalitatis, bonitatis, amoris, & decoris in æternum, & vltra.

Hæc est Christianorum, eorum videlicet, qui vitam cælesti suæ vocationi dignè respondentem viuunt, germana patria. Ibi sociam
d ad Heb. 12. habent & consortem [d] multorum millium Angelorum frequentiam,
e Apoc. 7. [e] & turbam illam magnam, quam dinumerare neminem posse testatur Apostolus, qui supra pectus Domini recubuit. Ibi habent Patriarcharum consortium, Prophetarum societatem, Apostolorum germanitatem, contubernium cum Martyribus, & cæteris felicissimæ

simæ illius regionis incolis, sicut ait Apostolus: Conuersatio nostra in Cælis est; [f] Conuersatio morum, conuersatio factorum, conuersatio Fidei. Ibi cor eorum, vbi thesaurus desiderabilis. [g] Animus & intellectus eorum cogitationi cælesti semper est deditus: cælestia cogitant, cælestia meditantur, cælestia sapiunt, cælestia suspirantibus desiderijs sitiunt, requirunt, postulant? [h] corpore ambulant in terra, corde habitant in Cælo, ad cuius leges & instituta viuunt.

f Ambr. l. 3. de virg.
g Macar. homil. 5.
h S. Aug. in Ps. 48.

Et certè, quod facere debent, faciunt. Omnino enim [i] necesse est Christianum hoc mundo repudiato, transferri mente in seculum alterum, & intellectu versari in superiori illo & diuino mundo. Illis [k] mutandum est cor, leuandum est cor, non hic habitandum corde:

i Macar. homil. 24.
k Aug. in Ps. 48.

de: hæc mala regio est. Sufficiat quod adhuc carne hic esse necesse est: quod non est necesse, non fiat: sufficiat diei malitia sua: sursum corda habeamus, vt & simus rerum quæ hic sunt, hospites; & simul rerum supernarum ciues.

Quomodò, inquies, possunt ista duo conuenire: vt homo ciuis Cælorum sit, ac domesticus Dei, quandiu carnem mortalem portat, quandiu vita eius militia est, seu tentatio super terram, quandiu inter scandala suspirat, quandiu qui stat, videre debet ne cadat, quandiu illi incerta sunt & mala sua & bona?

Duplici responso Chrysostomus tibi satis & plusquam satis faciet. Primò, [l] quemadmodùm, inquit, Angeli quoque sunt in terra, sed dicuntur cælestes; & Cherubim

l Homil. 16. in Ep. ad Hebr.

appa-

apparuerunt in terra, sunt tamen cælestia: ita conuersatio nostra in cælis est, quamuis hic versemur, & ad tempus corpore detineamur.

Secundò, [m] quemadmodùm multi eorum, qui sunt in numerum magni Senatus relati, etsi ruri habitent, tamen habent suam dignitatem: eadem ratione si tu quoque volueris esse ciuis cælestis, tametsi hic habites, illa tamen dignitate fruere. Hæc ille, & excellenter: cui & sapiens Augustinus pluribus in locis accinens, Christianos vocatione sua dignè ambulantes appellat ciues de Ierusalem, & de Sion, & libro decimo de Ciuitate Dei [n] dicit eos esse partem Ciuitatis cælestis in hac mortalitate peregrinantem.

[m] *In Ps.* 113.

[n] *c.* 17.

Vt autem distinctiùs Ierosolymitas à Babylonijs internoscamus,

idem

o In Psal. 61.

idem Sanctus Doctor [o] alios ab aliis in hunc modum secernit atque designat.

Omnes qui terrena sapiunt; omnes qui felicitatem terrenam Deo præferunt; omnes qui quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi, ad illam vnam Ciuitatem pertinent, quæ dicitur Babylnoia mysticè, & habet regem diabolum.

Omnes autem, qui ea quæ sursum sunt sapiunt; qui cælestia meditantur; qui cum solitudine in hoc sæculo viuunt, ne Deum offendant; qui cauent peccare; quos peccantes non pudet confiteri, humiles, mites, Sancti, iusti, pij, boni; omnes ad vnam ciuitatem pertinent quæ regem habet Christum.

Item, alio in loco declarat vtrosque ex amore discriminandos his verbis:

verbis: Interroget se quisque quid amet, & inueniet vnde sit. p Stans in terra, in Cælo es, si diligas Deum. Quòd si terram & præsens sæculum diligas, exul es supernæ patriæ, ciuis es mundi.

p *In Psal. 85.*

Et Hugo Victorinus vtrosque eodem charactere distinguens, ait: q Deorsum sunt illa corda, quæ cófigurantur huic sæculo: sursum verò sunt illa, quæ conuersatiònem suam habent in Cælo. Deorsum sunt, quæ terrena sapiunt: sursum sunt, quæ iugiter meditantur cælestia. Secundùm id ergo cui per amorem coniungitur cor hominis, sursum aut deorsum esse iudicatur.

q *l. 2. de vanitat. mundi.*

§. II.

§. II.

Ciues Sanctorum quandiu hic adaeternae peregrinantur, ad eorum exemplar se componere debent.

EX dictis videtur apertè sequi, eos quorum municipatus in Cælis est, ad instar Hierosolymæ cælestis debere vitam moderari. Age ergo videamus, quæ sint beatissimæ illius Ciuitatis instituta, rationes & leges.

Primum quod de illis occurrit, qui ad honorem regni Dei, decoremque peruenerunt, est quòd videant gloriam Domini, sicuti est; quòd reuelata facie Regem omnium sæculorum in decore suo contemplentur: nec à primo aditu, quo admissi sunt in sanctam illam Ciuitatem, ab intuitiua Summi Boni visione, vel ad modicum, in-

perpe-

perpetuas æternitates auertentur.

Et in hunc morem, Ciues Sanctorum & Domestici Dei, quandiu incolatus eorum cum habitantibus Cedar prolongatur, Deum in conspectu suo prouidere semper, & cum eius vultu habitare debent. [a] *Hæc est pietas inquit Diuus Bernardus, iugis Dei memoria, & continua intentionis actio ad intelligentiam eius. Hæc, inquam, pietas*, de qua Pauli charitas dilectum sibi discipulum admonet, dicens: [b] *Exerce teipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.*

a *Ad Fratr de mont- Dei.*

b *1. ad Timot. 4.*

[c] *Beatus, in cuius pectore Dei semper memoria insederit; erit enim totus ille tanquam Angelus cælestis super terram, semper videns*

c *Ephr tract. de beatitud.*

dens

dens faciem Patris: & eum in seipso manentem habebit, quem assidua meditatione sibi præsentissimum intuetur. Vt enim apud Damascenum S. Basilius ait; [d] Dei inhabitatio in hoc sita est, vt quispiam Deum per recordationem in seipso fixum habeat.

d l.2. Paral. c. 82.

Secundò, ex visione Dei, quæ est in intellectu Beatorum, sequitur in eorum voluntate perfectus amor Dei clarè visi & possessi: & hæc charitas, summum pretium est Sanctorum in Cælo, & merces magna nimis: quia [e] in illo perenni gaudio, nihil gratius, nihil dulcius habent Sancti perfecto amore Dei; quem quia præsentem vident, suauiùs diligunt, & dulciùs ipso bono fruuntur. Sic autem in illud ineffabile bonum rapiuntur amore, vt nihil diligant, aut diligere

e Aug. serm. 35. de temp.

velint,

velint, vel possint, nisi Deum propter se, & cætera propter illum. Sicut enim Deus ita seipsum diligit, vt aliò mentem & amorem flectere nequeat, nec possit quidquam, nisi propter semetipsum amare; sic & beati illi gloriosæ ciuitatis municipes, illum ipsum quem in decore suo contemplantur, eo amore diligunt, vt aliò mentem auocare nequeant.

Horum ad exemplar, qui hic degentes conuersantur in cœlis, non in arenti & speculatiua recordatione præsentis vbiq; Dei confidunt; sed ideò oculi eorum semper ad Dominum, vt eius amoris ignis in altari cordis sui nunquam deficiat, sicut scriptum est in illa lege Domini, quæ solam habebat vmbram futurorum. [f] Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, [f] Leuit. 6.

ſubijciens ligna manè per ſingulos dies. Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Vnde & potiſſima domeſticorum Dei cura hæc eſt, vt non tantùm manè, ſed & nocte, & meridie, immò & ſemper, qua poſſunt aſſiduitate & diligentia, per Dei memoriam ſacrum eius dilectionis ignem fouere poſſint & adaugere. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciunt, eiſquè pro ſpeculis ad perennem Conditoris recordationem & amorem vtuntur. Quantùm illis diuinarum perfectionum & beneficiorum notio ſuccedit excellentior, tantùm & vehementiori diuinæ charitatis flamma ſuccenduntur. Immò longè perfectiùs Deum amant, quàm cognoſcunt.

Ciues quidem illi cœlorum, qui,

qui, vt loquitur g S. Hilarius, vitæ laboriosæ miseriam beatæ quietis honore demutarunt, pro definita perfectione & mensura visionis, qua diuinam essentiam reueleta facie speculantur, eam etiam diligunt: par in illis est, & excellentia visionis, & amoris perfectio. Hic verò non item: plùs enim Deum incolatus nostri tempore diligere possumus, quàm vel intelligere vel eloqui. Hic modus & certi fines nostræ mentis angustiæ decreti, quos vltra si tentaueris, & maiestatem illam incomprehensibilem cogitatu temerè scrutatus fueris; opprimeris à gloria. Hic iubemur h non plùs sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & i stare in sorte nostra in finem dierum. At secus de amore loquẽdum. In lege quid scriptum est?

g *Serm.* 18. *In Ps.* 118.

h *Ad Roman.* 12.

i *Daniel.* 12.

quomodo legis? K diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex totis viribus tuis, & ex omni fortitudine tua, siue, vt Hebræa valent, ex toto tuo vehementer: hoc est, sine modo, supra modum, & omnibus modis. Amori nullæ linæ, termini nulli panguntur: quantum potes, tantum aude; omni maior amore Deus: & quãuis amor tuus Seraphinorũ amore foret ardentior, nunquam tamen eum satis amare sufficeres.

K Matt. 22. Luc. 10. Matc. 12. Deuter. 6

Et id singulare solatium est, & perfugium domesticorum Dei, quandiu in hoc tabernaculo corporis demorantur. Quò minùs enim Essentiam illam omni essentia infinite superiorem mentis intelligentia consequi possunt, eò magis illius maiestatem admirari, subli-

sublimitatem reuereri, & bonitatem diligere contendunt. Atque ita dici posset, eorum de Deo notionem & scientiam, amoris esse potiùs, quàm intelligentiæ & studiosæ cognitionis.

§. 3.

Ciues Sanctorum hic degentes, Deum ritu Beatorum concinenter laudare debent.

EX duobus illis, visione scilicet & amore, tertium in beatis Ciuibus consequitur, gratiarum actio, & vox laudis. Quo fit vt Vrbs illa perfecti decoris, l sicut lætantium omnium habitatio nominetur: quia nimirum per omnes vicos illius perpetuum m Alleluia cantatur: vt in hymnis iussu Vrbani VIII. ad metricam legem elegantiùs restitutis canitur:

l Psal. 86

m Tob. 13

n *Illa sedes Cælitum*

n In festo Dedic.

Semper resultat laudibus,
Deumque trinum, & vnicum
Iugi canore prædicat.

Beati qui habitant in domo tua Domine! o Vnde beati? quid habituri? quid acturi? Omnes enim qui beati dicuntur in terra, habent aliquid, & agunt aliquid. Quæris vnde beati dicantur, quid habituri? Dixi satis. Habitant in domo Dei: possident cœlestem Hierosolymã, regnum quod in æternum non dissipabitur. Possident & ipsum Regem omnium sæculorum, & ab eo possidentur: eum inhabitant, & ab ipso inhabitantur qui est in illis omnia. p Magnæ illæ diuitiæ mentium, vera opulentia Deus, diues omnium bonorum, & dapum supremæ satietatis largitor opulentissimus.

o *Aug. in Psal. 83. & 86.*

p *Lib. 5. de Ciuit. c. 8. & c. 37. medit*

Audisti quid habituri sunt? audi

di quid & acturi. In sæcula sæculorum laudabunt te: q hoc vno beati otioso negotio: totum hoc negotium eorum, sine defectu Alleluia. Si deficere potuerint à visione Dei, deficere poterunt & ab eius amore; & consequenter à laude. Verùm cùm certi sint, se nunquam à Dei facie proijciendos, se nunquam ab eius charitate separandos, certissimi sunt etiam, se ab illo statu omnium bonorum aggregatione cumulato, quandiù Deus erit, nunquam deturbandos.

q *In Ps. 86. & 83*

Beati ergo qui habitant in domo tua Domine! in sæcula sæculorum laudabunt te. Bene prophetauit de illis Isaias, dicens: r Vocabuntur fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum: hoc est principes iustitiæ, siue excellenter iusti, qui de terra hac deserta, &

r *Cap. 61.*

pore [illegible]
[illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible]
[illegible] & la[illegible]
[illegible]

O [illegible], quà[illegible]
[illegible] laudati[illegible]
[illegible] laudan[illegible]
[illegible]
[illegible] lex in membris
[illegible] ubi non e[illegible]
[illegible] in qua periclita[illegible]
[illegible]

[illegible] summam compo[illegible]
[illegible] Sanctorum [illegible]
[illegible] se parent. Medi[illegible]
[illegible] in laudem De[illegible]
[illegible] quisquam ipsum [illegible]
[illegible] regno Dei, qui[illegible]
[illegible] perveniunt, se in[illegible]
[illegible] & laude pro vi[illegible]
[illegible]. Hæc enim
fa[illegible]

f In R[illegible]
sior. Re[illegible]
ad inte[illegible]

futuræ illius vitæ procemia.

[u] Modò incipe laudare, si in æternum laudaturus es. Qui laudare non vult in transitu huius sæculi, obmutescet cùm venerit sæculum sæculi. Lauda & benedic Dominum per singulos dies, vt cùm finiti fuerint singuli dies, & venerit sine fine vnus dies, eas ex laudibus in laudem, sicut de virtutibus in virtutem. u *Aug. in Ps. 144.*

[x] Hic laudemus soliciti, vt illic Possimus aliquando laudare securi. Quare hic soliciti? Non vis vt sim solicitus, quando lego, tentatio est vita humana super terram? Non vis vt sim solicitus, quando adhuc mihi dicitur: vigilate & orate, vt non intretis in tentationem? vis vt sim securus, vbi quotidie peto indulgentiam pro peccatis, adiutorium pro periculis? Et x *Idem Serm. 18. ex nouis*

ta-

tamen in isto adhuc malo cantemus Deo bono, qui nos liberat à malo: cantemus non ad delectationem quietis, sed ad solatium laboris. y Laudemus modò Dominum, quantum possumus mixtis gemitibus, quia laudando eum desideramus, & nondum tenemus. Cùm tenuerimus, subtrahetur omnis gemitus, & remanebit sola, & pura, & æterna laudatio.

y *In Ps.* 86.

z Laus Dei à corde, & ab ore Christiani recedere non debet, quemadmodum Psalmus ille præscribit: Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo. Gaudes? agnosce Patrem blandientem. Tribularis? agnosce Patrem emendantem. Siue blandiatur, siue emendet, eum erudit cui parat hæreditatem. a Siue ergo in eius donis, siue in eius fla-

z *In Ps.* 54.

a *In Ps.* 144.

flagellis, lauda Deum. Laus flagellantis, medicina est vulneris. Hac igitur ratione diuinis laudibus intendat, qui vult inter Dei domesticos computari, & inter Sanctos beatam sortem obtinere.

Denique omnium quæ ad cœlitum imitationem à nobis desiderantur, breuiarium sit, quod præfulgidum illud Orbis vniuersi lumen, Basilius ita contraxit:[b] Deũ agnoscamus: Creatorem adoremus: Domino seruiamus: Patrem & nutritium nostrum gloria afficiamus: bène de nobis meritum amemus: vitæ nostræ tum præsentis, eum futuræ auctorem vereamur, neque vnquam ipsius cultum & adorationem intermittamus.

Ac tandem, vt cum Arnoldo Bonæ vallis Abbate concludam, [c] totum se vir iustus cœlestem exhi-

b *Apud Damasc. l.1. paral. cap. 82.*

c *Tract. de 7. verb Dom. cap. vlt.*

hibeat, moresque supernos & diuinam exprimat formam, solique Creatori infixa mente, & indiuidua conuersatione inhæreat.

§. 4.

De bonis, & priuilegijs eorum, quorum conuersatio in Cælis est.

QVæ & quanta sint bona illorum, qui ad cœlitum formam, vitæ seriem componere moliuntur, eloquentis Ambrosij stylus melle dulcior ita declarat.

[d] Quid deest ei, qui illud bonum possidet? In quo statu non potentissimus? in qua paupertate non diues? in qua generis ignobilitate non clarus? in quo otio non laboriosus? in qua debilitate non vegetus? in qua infirmitate non fortis? in qua solicitudine non stipatus, quem beata vita circundat, quem vestit gratia, quem gloriæ ami-

d L. 1. de Iacob c. vlt.

amictus illustrat? Quando autem solus, qui cum illo semper bonus est, de quo ait Propheta, Replebimur in bonis domus tuæ? quando abiectus, cuius conuersatio est in coelo? Quando non decorus, qui ad illius decoris & solius boni se conformat similitudinem; qui etiã si membris solutus sit, tamen mente se erigat? & tanquam ille qui cithara canere solitus, si eam dissipatam dissolutis neruis & cõfractam viderit, & vsum eius interruptum; abijciat eam, atque eius numeros non requirat, sed voce ipse se mulceat: ita & iste citharam corporis vitiosam iacere se patietur, corde se oblectabit, bonæ conscientiæ oblectatione mulcebit, diuinis oraculis & scriptis Propheticis alleuiabit, suaue illud & iucundum animo tenens,

men-

mente complectens, cui nihil triste possit accidere, cùm semper ei diuinæ præsentiæ adspiret gratia, & ipse sibi adsit summa animi tranquillitate perfusus.

e Philo. e Olympiæ cælestisque animæ sunt hæc, quæ repleta contemplatione verorum bonorum & incorruptibilium, meritò adulterina omnia & in diem durantia reijcit; & regione terrestri mente relicta, ad cælestium subducta est consuetndinem.

Istius rationis priuilegio gaudebat diuinus Apostolus, qui non tantum in cœlo se conuersari, sed & f consedere in cœlestibus in Christo dicebat: & quod auget admirationem dicti, tunc Paulus in carcere vinctus detinebatur, cùm se consedere Christo in cælestibus affirmaret. Sed, vt loquitur Gre-

f Ad Ephes. 2.

go-

gorius Magnus, g ibi erat, vbi ardentem iam mentem fixerat; non illic, vbi illum pigra adhuc caro retinebat. Quod & de omnibus Sanctis, præsertim de Martyribus in ergastulo compedibus adstrictis generatim intellige: de quibus Tertullianus ait: h nihil crus sentit in neruo, cùm animus in cœlo est. Vnde idem vult carceris nomen à locis illis auferri; in quibus vincti Martyres erant. Auferamus, inquit, carceris nomen; secessum vocemus: hoc præstat carcer Christiano, quod eremus Prophetis. Ipse Dominus in secessu frequentiùs agebat, vt liberiùs oraret, vt sæculo cederet: gloriam denique suam in solitudine demonstrauit. Hæc ille.

g Lib. 31. Moral. c. 34.

h Lib. ad Martyr. c. 2.

Porrò si mihi tanti viri sententiæ quiddam appendere liceret,

eiu-

ſubijciens ligna manè per ſingulos dies. Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Vnde & potiſſima domeſticorum Dei cura hæc eſt, vt non tantùm manè, ſed & nocte, & meridie, immò & ſemper, qua poſſunt aſſiduitate & diligentia, per Dei memoriam ſacrum eius dilectionis ignem fouere poſſint & adaugere. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciunt, eiſquè pro ſpeculis ad perennem Conditoris recordationem & amorem vtuntur. Quantùm illis diuinarum perfectionum & beneficiorum notio ſuccedit excellentior, tantùm & vehementiori diuinæ charitatis flamma ſuccenduntur. Immò longè perfectiùs Deum amant, quàm cognoſcunt.

Ciues quidem illi cœlorum,

qui,

qui, vt loquitur g S.Hilarius, vitæ laboriosæ miseriam beatæ quietis honore demutarunt, pro definita perfectione & mensura visionis, qua diuinam essentiam reueleta facie speculantur, eam etiam diligunt: par in illis est, & excellentia visionis, & amoris perfectio. Hic verò non item: plùs enim Deum incolatus nostri tempore diligere possumus, quàm vel intelligere vel eloqui. Hic modus & certi fines nostræ mentis angustiæ decreti, quos vltra si tentaueris, & maiestatem illam incomprehensibilem cogitatu temerè scrutatus fueris; opprimeris à gloria. Hic iubemur h non plùs sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & i stare in sorte nostra in finem dierum. At secus de amore loquẽdum. In lege quid scriptum est?

g *Serm.* 18. *In Ps.* 118.

h *Ad Roman.* 12.

i *Daniel.* 12.

K *Matt.* 22. *Luc.* 10. *Marc.* 12. *Deuter.* 6

quomodo legis? K diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex totis viribus tuis, & ex omni fortitudine tua, siue, vt Hebræa valent, ex toto tuo vehementer: hoc est, sine modo, supra modum, & omnibus modis. Amori nullæ linæ, termini nulli panguntur: quantum potes, tantum aude; omni maior amore Deus: & quãuis amor tuus Seraphinorũ amore foret ardentior, nunquam tamen eum satis amare sufficeres.

Et id singulare solatium est, & perfugium domesticorum Dei, quandiu in hoc tabernaculo corporis demorantur. Quò minùs enim Essentiam illam omni essentia infinite superiorem mentis intelligentia consequi possunt, eò magis illius maiestatem admirari, subli-

ſublimitatem reuereri, & bonitatem diligere contendunt. Atque ita dici poſſet, eorum de Deo notionem & ſcientiam, amoris eſſe potiùs, quàm intelligentiæ & ſtudioſæ cognitionis.

§. 3.

Ciues Sanctorum hic degentes, Deum ritu Beatorum concinenter laudare debent.

EX duobus illis, viſione ſcilicet & amore, tertium in beatis Ciuibus conſequitur, gratiarum actio, & vox laudis. Quo fit vt Vrbs illa perfecti decoris, l ſicut lætantium omnium habitatio nominetur: quia nimirum per omnes vicos illius perpetuum m Alleluia cantatur: vt in hymnis iuſſu Vrbani VIII. ad metricam legem elegantiùs reſtitutis canitur:

l Pſal. 86

m Tob. 13

n *Illa ſedes Cælitum*

n In feſto Dedic.

Semper resultat laudibus,
Deumque trinum, & vnicum
Iugi canore prædicat.

Beati qui habitant in domo tua
o *Aug. in Psal. 83. & 86.* Domine! o Vnde beati? quid habituri? quid acturi? Omnes enim qui beati dicuntur in terra, habent aliquid, & agunt aliquid. Quęris vnde beati dicantur, quid habituri? Dixi satis. Habitant in domo Dei: possident cœlestem Hierosolymã, regnum quod in æternum non dissipabitur. Possident & ipsum Regem omnium sæculorum, & ab eo possidentur: eum inhabitant, & ab ipso inhabitantur qui est in illis omnia. p Magnæ illæ diuitiæ
p *Lib. 5. de Ciuit. c. 8. & c. 37. medit* mentium, vera opulentia Deus, diues omnium bonorum, & dapum supremæ satietatis largitor opulentissimus.

Audisti quid habituri sunt? audi

di quid & acturi. In sæcula sæculorum laudabunt te: q hoc vno beati negotioso negotio: totum hoc negotium eorum, sine defectu Alleluia. Si deficere potuerint à visione Dei, deficere poterunt & ab eius amore; & consequentèr à laude. Verùm cùm certi sint, se nunquam à Dei facie proijciendos, se nunquam ab eius charitate separandos, certissimi sunt etiam, se ab illo statu omnium bonorum aggregatione cumulato, quandiù Deus erit, nunquam deturbandos. q *In Ps. 86. & 83.*

Beati ergo qui habitant in domo tua Domine! in sæcula sæculorum laudabunt te. Bene prophetauit de illis Isaias, dicens: r Vocabuntur fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum: hoc est principes iustitiæ, siue excellenter iusti, qui de terra hac deserta, & r *Cap. 61.*

inuia:& inaquosa translati sunt; & regio Dei cultu & manu in paradiso benedictionis plantati & radicati, ad eius gloriam & laudes in æternum celebrandas.

O quàm perfecta, quàm Deo iucunda decoraque laudatio:[s] Vbi concordia summa laudantium, vbi exultatio secura cantantium, vbi nulla lex in membris repugnans legimentis: vbi non est rixá cupiditatis, in qua periclitetur victoria charitatis.

s August. Serm. 18. ex nouis.

Ad hanc formam componantur, qui conciues Sanctorum se dicunt ad hoc se parent. Meditatio præsentis vitæ in laudem Dei esse debet: nec quisquam aptum se futurum putet regno Dei, qui modò dum peregrinatur, se in Dei benedictione & laude pro viribus non exercuerit. [t] Hæc enim sunt

t Chrysost. in Ps. 144

fu-

futuræ illius vitæ procemia.

u Modò incipe laudare, si in æternum laudaturus es. Qui laudare non vult in transitu huius sæculi, obmutescet cùm venerit sæculum sæculi. Lauda & benedic Dominum per singulos dies, vt cùm finiti fuerint singuli dies, & venerit sine fine vnus dies, eas ex laudibus in laudem, sicut de virtutibus in virtutem. u *Aug. in Ps. 144.*

x Hic laudemus soliciti, vt illic Possimus aliquando laudare securi. Quare hic soliciti? Non vis vt sim solicitus, quando lego, tentatio est vita humana super terram? Non vis vt sim solicitus, quando adhuc mihi dicitur: vigilate & orate, vt non intretis in tentationem? vis vt sim securus, vbi quotidie peto indulgentiam pro peccatis, adiutorium pro periculis? Et x *Idem Serm. 18. ex nouis*

ta-

tamen in isto adhuc malo cantemus Deo bono, qui nos liberat à malo: cantemus non ad delectationem quietis, sed ad solatium laboris.[y] Laudemus modò Dominum, quantum possumus mixtis gemitibus, quia laudando eum desideramus, & nondum tenemus. Cùm tenuerimus, subtrahetur omnis gemitus, & remanebit sola, & pura, & æterna laudatio.

y *In Psal.* 86.

[z] Laus Dei à corde, & ab ore Christiani recedere non debet, quemadmodum Psalmus ille præscribit: Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo. Gaudes? agnosce Patrem blandientem. Tribularis? agnosce Patrem emendantem. Siue blandiatur, siue emendet, eum erudit cui parat hæreditatem.[a] Siue ergo in eius donis, siue in eius fla-

z *In Psal.* 54.

a *In Psal.* 144.

flagellis, lauda Deum. Laus flagellantis, medicina est vulneris. Hac igitur ratione diuinis laudibus intendat, qui vult inter Dei domesticos computari, & inter Sanctos beatam sortem obtinere.

Denique omnium quæ ad cœlitum imitationem à nobis desiderantur, breuiarium sit, quod præfulgidum illud Orbis vniuersi lumen, Basilius ita contraxit:[b] Deũ agnoscamus: Creatorem adoremus: Domino seruiamus: Patrem & nutritium nostrum gloria afficiamus: bène de nobis meritum amemus: vitæ nostræ tum præsentis, cum futuræ auctorem vereamur, neque vnquam ipsius cultum & adorationem intermittamus.

[b] *Apud Damasc. l.1. paral. cap. 82.*

Ac tandem, vt cum Arnoldo Bonæ vallis Abbate concludam, [c] totum se vir iustus cœlestem exhi-

[c] *Tract. de 7. verb Dom. cap. vlt.*

hibeat, moresque supernos & diuinam exprimat formam, solique Creatori infixa mente, & indiuidua conuersatione inhæreat.

§. 4.

De bonis, & priuilegijs eorum, quorum conuersatio in Cælis est.

QVæ & quanta sint bona illorum, qui ad cœlitum formam, vitæ seriem componere moliuntur, eloquentis Ambrosij stylus melle dulcior ita declarat.

[d] Quid deest ei, qui illud bonum possidet? In quo statu non potentissimus? in qua paupertate non diues? in qua generis ignobilitate non clarus? in quo otio non laboriosus? in qua debilitate non vegetus? in qua infirmitate non fortis? in qua solicitudine non stipatus, quem beata vita circundat, quem vestit gratia, quem gloriæ ami-

[d] L. 1. de Iacob c. vlt.

amictus illustrat? Quando autem solus, qui cum illo semper bonus est, de quo ait Propheta, Replebimur in bonis domus tuæ? quando abiectus, cuius conuersatio est in cœlo? Quando non decorus, qui ad illius decoris & solius boni se conformat similitudinem; qui etiã si membris solutus sit, tamen mente se erigat? & tanquam ille qui cithara canere solitus, si eam dissipatam dissolutis neruis & cõfractam viderit, & vsum eius interruptum; abijciat eam, atque eius numeros non requirat, sed voce ipse se mulceat: ita & iste citharam corporis vitiosam iacere se patietur, corde se oblectabit, bonæ conscientiæ oblectatione mulcebit, diuinis oraculis & scripris Propheticis alleuiabit, suaue illud & iucundum animo tenens,

men-

mente complectens, cui nihil triste possit accidere, cùm semper ei diuinæ præsentiæ adspiret gratia, & ipse sibi adsit summa animi tranquillitate perfusus.

e Philo. [e] Olympiæ cælestisque animæ sunt hæc, quæ repleta contemplatione verorum bonorum & incorruptibilium, meritò adulterina, omnia & in diem durantia reijcit; & regione terrestri mente relicta, ad cælestium subducta est consuetndinem.

Istius rationis priuilegio gaudebat diuinus Apostolus, qui non tantum in cœlo se conuersari, sed

f Ad Ephes. 2. & [f] consedere in cœlestibus in Christo dicebat: & quod auget admirationem dicti, tunc Paulus in carcere vinctus detinebatur, cùm se consedere Christo in cælestibus affirmaret. Sed, vt loquitur Gre-

go-

gorius Magnus, g ibi erat, vbi ardentem iam mentem fixerat; non illic, vbi illum pigra adhuc caro retinebat. Quod & de omnibus Sanctis, præsertim de Martyribus in ergastulo compedibus adstrictis generatim intellige: de quibus Tertullianus ait: h nihil crus sentit in neruo, cùm animus in cœlo est. Vnde idem vult carceris nomen à locis illis auferri, in quibus vincti Martyres erant. Auferamus, inquit, carceris nomen; secessum vocemus: hoc præstat carcer Christiano, quod eremus Prophetis. Ipse Dominus in secessu frequentiùs agebat, vt liberiùs oraret, vt sæculo cederet: gloriam denique suam in solitudine demonstrauit. Hæc ille.

g *Lib. 31. Moral. c. 34.*

h *Lib. ad Martyr. c. 2.*

Porrò si mihi tanti viri sententiæ quiddam appendere liceret,

eiu-

eiusmodi carcerem, non amænam tantummodò eremum, sed & cęlum & paradisum benedictionis appellarem. Quemadmodum enim nihil in cœlo formidatur, nihil fastiditur, nihil deficit: [i] tuta enim habitatio paradisus, dulce pabulum verbum, opulentia multa nimis æternitas: sic & ergastula Sanctis; qui eò liberiùs in superna metropoli spatiabantur, quo perangustiori custodia & arctioribus vinculis corpore detenti: eò securiori animo stabiles & impauidi, quò præ timore & expectatione pænarum vehementiùs angi & discruciari debere videbantur. Eò minùs deficiebant omni bono, quò pane solo tribulationis & aqua angustiæ sustentari, immò & penitus eneruari conficique putabantur.

i Bernar. Serm. 35. in Cant.

Hinc

Hinc diuinus Orbis magister, k repletus sum, inquit, consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Hinc liber ab omni fastu gloriabatur se l vinctum in Domino: quod illustrius existimabat quàm esse Apostolum, quàm esse Doctorem Gentium, quàm esse Euangelistam. Si mireris quomodo possint hæc fieri? respondet Apostolus: m conuersatio nostra in Cœlis est: n non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna.

k 2. ad Cor. 7.

l Ad Eph. 4.

m Ad Philipp. 3.

n 2 Cor. 4

Eo affecti animo o primi illi ex circumcisione fideles, opprobria, tribulationes, & iacturam bonorum suorum non solùm placido & patienti animo, sed & cum gau-

o Ad Hebræos 10.

dio suscipiebant, cognoscentes se habere meliorem & manentem substantiam: hoc est, se non esse de hoc mundo; se hic aduenas & exules; suum municipatum in cœlis esse; reposita sibi bona Domini in terra viuentium; bona dulcia, immortalia, sempiterna, immutabiliá; & opulentam requiem.

Hæc certissimè scientes & meditantes, renuebant hic consolari, & contra omnem terrenam consolationem ita se claudebant, vt loquitur p S. Augustinus, vt huic mundo funditus extincti, nec de trâseuntibus & temporalibus gauderent adeptis, nec de ademptis lugerent, vnam proponentes cælestē Ierusalē in principio; & principium, seu causam lætitiæ suæ.

p In Ps. 76.

Videtur supra modum admirabilis Hebræorum illorum patien-

tien-

tientia, qui ab exordio nascentis Ecclesiæ ad fidei lumen vocati, cùm se ciues Sanctorum intelligerent, ingens lucrum & omne gaudium existimabant, bona sibi à contribulibus suis pro nomine Iesu iniustissimè diripi. Sed hæc erant tantùm proludia, & velut incunabula quædam fortiorum certaminum, quæ succedentibus posteà temporibus; domesticis suis daturus erat Deus, vt vincerent.

Intuere, quæso innumera penè millia Martyrum, [q] quorum animi robur atque constantiam nihil flectere, & emollire, vel debilitare potuit: non instrumenta laxandis artubus accomodata, quæ in medium proferebantur: non rotæ quę proponebantur: non exquisita, quæque tormentorum genera; non ferrearum vngularum acies; *q Naziã-zen. or. 22*

non furentes bestiæ; non enses qui acuebantur; non feruentes ollæ, non ignis qui excitabatur; non tyrannorum minæ; non vrgens satelles; non membra quæ discerpebantur; non carnes quæ lacerabantur; non defluentes riui sanguinis; non præsentia mala; non impendentes acerbitates.

O rem planè stupendam! steterunt torti torquentribus fortiores: steterũt, inquam, voce libera, mẽte incorrupta, virtute diuina; agnoscentes, vt ex Apostolo diximus, se meliorem, & manentem habere substantiam; se ciues esse Sanctorum; se super omnia Dei bona constituendos, & eò feliciùs, quo per acerbiora supplicia nobiliorem palmam referrent, & citiùs ad gloriam magnificentiæ Regni Dei peruenirent.

Et

Et vt plura, quæ hic commemorari possent, in pauciora conferantur, illic sit mens, & hic erit requies: illic sit conuersatio, & hic erit pax. Quæ pax? pax quam mundus nec dare potest, nec accipere; pax Dei, pax exuperans omnem sensum, pax super pacem, & gaudium in Spiritu Sancto, quod Paulus appellat [r] regnum Dei.

r Ad Roman. 14.

§. 5.

Aliud insigne priuilegium eorum, qui se hospites super terram, & supernæ patriæ ciues profitentur.

MAgna sunt, quæ diximus, & votis omnibus ambienda: sed aliquid maius & illustrius hic attexam, quod indicat noster Apostolus in citata ad Hebræos epistola. Cùm enim dixisset, [a] Abraham, Isaac, & Iacob se pe-

a Ad Hebræos 11.

regrinos, & hoſpites ſuper terram profeſſos, atque ita ſe patriam cæleſtem inquiſiuiſſe, addit: Ideò non cõfunditur Deus vocari Deus eorum. Adeò iſta profeſſione Deo placuerunt, tantamque apud eum gratiam promeruerunt, vt non erubeſceret appellari Deus eorum.

Papæ! quanta dignitas, quàm eximiæ laudis argumẽtum, quàm ſolida gloriandi ratio![b] Magnum, & reuera magnum eſt hoc, & plenum multa beatitudine. Quomodo? Deus orbis terræ non erubeſcit vocari trium Deus, [c] (æqualis ponderis, ac roboris eos cum tota reliqua creatura efficiens.) Virtutum Deus, & Angelorum Dominus, cæli, & terræ opifex, interrogatus, quod eſſet ſibi nomen, alijs relictis dixit: [d] Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob: hoc

b *Chryſoſt. hom. 24. in ep. ad Hebr.*

c *Aecum. in c. 11. ad Hebr.*

d *Exod. 3*

hoc nomen mihi in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem, per quod homines mei recordentur.

Hoc se nomine Deus appellans, non contrahit imperium suum, inquit [e] Chrysostomus, sed potiùs extendit, quòd non tam multitudine subditorum, quàm eorum virtute censeri vult. Quod Paulus admirans, non erubescit, inquit, Deus vocari Deus ipsorum. Quare non erubescit? Quia hospites erant & aduenæ. Atqui vel ob hoc ipsũ erubescere oportebat: hospes enim vilis, & contemnendus esse videtur. At illi Sãcti non eo modo hospites erant, quo nos putamus, sed alio quodam minimè vulgari. Nos enim hospites eos appellare solemus, qui relicta sua patria, in alienam regionem perueniunt: illi

e *Homil. 4 de Anna.*

verò non ita erant hoſpites; ſed quod orbem vniuerſum deſpicerent, & parui facientes terram, ad ciuitatem illam Dei reſpiciebant. Hoſpites erant, non quod patriam non haberent, ſed quod ſempiternam illam deſiderarent, cuius artifex, & cõditor Deus. Ex quo ſingularem illam gratiæ prærogatiuã meruerunt, vt ipſe non modò non erubeſceret, ſed quodãmodo gloriaretur Deus illorum appellari. O ſortem hoſpitibus mundi, ſed ius ciuitatis in cælis habentibus, in præclaris cadentem, & eis municipali cælorum iure debitam! Quis nobis ediſſerat, quantorum inde fons bonorũ; ex eo inquam, quod Deus ſit eorum Deus? Quid non illorum erit, quorum ſe Deus ſacro fœdere Deum conſtituit, & nominat? De eo, qui tranſit de hoc mũ-

do

do ad locum habitationis gloriæ Dei, ait Christus: [f] Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem. Verè dico vobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum. Et ijs quibus dicitur, Expectate modicum tempus: veniam & assumam vos ad me ipsum, ait Apostolus in persona Christi: [g] Omnia vestra sunt, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt: omnia ad vestram salutem à Deo data, & inseruientia.

[f] *Luc.* 12.

[g] 1. *Cor.* 3

Beatis quidem, in illo statu omnium bonorum aggregatione perfecto, omnia sunt ad gloriam, ad exultationem, ad opulentam requiem, ad mercedem magnam nimis: eorum autem conciuibus, qui adhuc inter discrimina militant, qui in tentationibus positi

aduer-

aduersùs hostes dimicant, omnia cooperantur in bonum. Et quoniam Deus est eorum Deus, quidquid est virtutis Dei, quidquid est exercituum Domini, illorum est, pro illis militat. Cùm enim ciuicam Societatem vnà cum Cælitibus habeant, consequens est, vt ipse gloriosæ ciuitatis Conditor & Princeps in omni prouidentia adsit illis, & mittat, cùm opus est, auxilium de Sion, atque per conciues eos tueatur. Quod in Elisæo ex sequentibus Ambrosij verbis obserua.

h *Idem* 87.

Mirum, h inquit, forsitan videbitur, in defensionem Elisæi de cælis auxilia descendisse, & armatos equites, siue quadrigas ei diuinitùs adfuisse; astitisse etiam circa ipsum quadrigam igneam. Magna quidem res, sed in viro sancto

mi-

randa non eſt. Quid enim mirũ, ſi is auxilia meretur de cælo, cuius animus ſemper in cælo eſt, ſicut ait Apoſtolus, Noſtra conuerſatio in cælis eſt? Ergo ſi noſtra conuerſatio in cęlis eſt, & cæleſtium conuerſatio poteſt eſſe nobiſcum. Eſt ergo ſanctè viuentibus quædam inter ſe cognatio, coniunctio, atque ſocietas: nec intereſt, vtrũ in cælis maneant, an in terris; Angelici ſint habitus, vel humani; dũmodò in ijs ſit eadem vita, vel ſanctitas. Conuerſatio enim connectit quos ſeparat elementum, & diuerſis licet corporibus diuidantur, ijſdem tamen actibus coniunguntur. Sic fauus diſtillans Ambroſij, quibus ſi quidquam addiderim mectarei ſermonis obtundetur ſapor.

§. VI.

§. VI.

Nonnulla Salutis monita à Sãctorum Conciuibus obseruanda.

a Ambros. serm. 7. in Ps. 118.

b Chrysost. in Ps. 118.

c Pract. spir. c. 12.

QVi [a] domesticus Dei est, exul est mundo: qui conuersatur in cælestibus, peregrinus est in terris. [b] Et hæc est doctrina optima, atque adeò prima, scire nos esse inquilinos in vita præsenti. Hoc probè scire radix est, & fundamentum omnis virrutis. Quapropter [c] Olympius Abbas à quodam rogatus, quanam ratione vitam suam rectè posset instituere, respondit: Vbique te peregrinum existima, & vbicumque resederis, dic, Peregrinus sum.

Qui autem id verè dicunt; qui præsenti sæculo nequam peregrinos & aduenas se ex animo profitentur, & exhibere volunt; immaculatos ab eo se diligentissime custo-

custodiant. Atque ita, si quæ cō-
moda blandiuntur, non amplectē-
da nequiter, inquit [d] Leo Magnus,
sed transeunda sunt fortiter. Et
Basilius item Magnus. [e] Oportet
animi oculos perpetuò vigiles cir-
cumquaq. diducere, & quidquid
iucundum apparet, mox suspectū
habere, & prætercurrere. Sub his
namque iucundis latebras suas ha-
bet communis noster hostis, expe-
ctans nū per obiectorū spectacula
illecti, relicta regia via, ad ipsius
aliquando insidias vltrò declinc-
mus.

d *Serm. 2. de resur.*

e *Homil. de not. a. hær. r ebd sæcul.*

Et plurimùm sanè timendum
est, ne quo pacto illis incautè ad-
currentes, & oblectationem illam,
quam hostes vsurpantibus offe-
runt, nihil habere periculi putan-
tes, primo statim gustu dolosè ab-
ditum hamum voremus. Neces-

sarium

ſarium itaque omnibus, vt quemadmodum viatores ſolent, ac curſores, cautè proficiſcamur, & ad perficiendum hũc curſum, animabus noſtris vndique agilitatem venati, ſine vllo reſpectu, ad huius vitæ terminum properemus. Et S. Zeno expendens illa Dei verba[f] Attende tibi, Teipſum, inquit, vndique circumſpice, In medio laqueorum ingredieris. Occultę tibi ab inimico tenduntur inſidiæ: doli, machinæ, pedicæ, vbique defoſſe. Circumſpice igitur omnia; & cauta intentione conſidera, vt effugias ſicut damula ex laqueis, & ſicut auis ex retibus: nam damula non incurrit in laqueum, pro eo, quòd dicitur viſum acutiſſimũ gerere: auis verò auxilio vſa pennarum, cùm voluerit effugere dolos retis, altiora aëris itinera ſecat.

[f] *Deuter. 15. v. 9. dit. 70.*

Vide

Vide ergo tu, ne fortè deterior mutis animalibus ad cautelam tuę salutis existas: ne fortè laqueis irretitus venatio, & captura diaboli fias, captus ab eo secundùm ipsius voluntatem. Tantumdem ait D. Ambrosius in hæc verba: [g] fugiamus vincula venatorũ, ne laqueos eorum pes nostræ mentis incurrat. Noli ad sæcularia mentem, animumque defigere.

[g] *Serm.* 8. *in Ps.* 118 *n.* 5.

Porrò ad despicientiam, & fugam omnium, quę fucatis, & emẽtitis boni coloribus nobis pestiferè lenocinantur, magni profectò momenti, magni, inquam erit, diuinum illud Ecclesiastis oraculum in tabulis interioribus profũdius impressum cõseruare, videlicet [h]: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Nec id meum est, sed Sancti Chrysostomi consilium: eum pari-

[h] *Cap.* 1.

ciuſmodi carcerem, non amænam tantummodò eremum, ſed & cęlum & paradiſum benedictionis appellarem. Quemadmodum enim nihil in cœlo formidatur, nihil faſtiditur, nihil deficit: [i] tuta enim habitatio paradiſus, dulce pabulum verbum, opulentia multa nimis æternitas: ſic & ergaſtula Sanctis; qui eò liberiùs in ſuperna metropoli ſpatiabantur, quo perangustiori cuſtodia & arctioribus vinculis corpore detenti: eò ſecuriori animo ſtabiles & impauidi, quò præ timore & expectatione pænarum vehementiùs angi & diſcruciari debere videbantur. Eò minùs deficiebant omni bono, quò pane ſolo tribulationis & aqua anguſtiæ ſuſtentari, immò & penitus eneruari conficique putabantur.

[i] Bernar. Serm. 35. in Cant.

Hinc

Hinc diuinus Orbis magiſter, k repletus ſum, inquit, conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. Hinc liber ab omni faſtu gloriabatur ſe l vinctum in Domino: quod illuſtrius exiſtimabat quàm eſſe Apoſtolum, quàm eſſe Doctorem Gentium, quàm eſſe Euangeliſtam. Si mireris quomodo poſſint hæc fieri? reſpondet Apoſtolus: m conuerſatio noſtra in Cœlis eſt: n non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna.

k 2. *ad Cor.* 7.
l *Ad Eph.* 4.
m *Ad Philipp.* 3.
n 2 *Cor.* 4

Eo affecti animo o primi illi ex circumciſione fideles, opprobria, tribulationes, & iacturam bonorum ſuorum non ſolùm placido & patienti animo, ſed & cum gau-

o *Ad Hebræos* 10.

dio ſuſcipiebant, cognoſcentes ſe habere meliorem & manentem ſubſtantiam: hoc eſt, ſe non eſſe de hoc mundo; ſe hic aduenas & exules; ſuum municipatum in cœlis eſſe; repoſita ſibi bona Domini in terra viuentium; bona dulcia, immortalia, ſempiterna, immutabiliâ; & opulentam requiem.

Hæc certiſſimè ſcientes & meditantes, renuebant hic conſolari, & contra omnem terrenam conſolationem ita ſe claudebant, vt loquitur p S. Auguſtinus, vt huic mundo funditus extincti, nec de tráſeuntibus & temporalibus gauderent adeptis, nec de ademptis lugerent, vnam proponentes cæleſtē Ieruſalē in principio; & principium, ſeu cauſam lætitiæ ſuæ.

p In Pſ. 76.

Videtur ſupra modum admirabilis Hebræorum illorum patien-

tien-

tientia, qui ab exordio naſcentis Eccleſiæ ad fidei lumen vocati, cùm ſe ciues Sanctorum intelligerent, ingens lucrum & omne gaudium exiſtimabant, bona ſibi à contribulibus ſuis pro nomine Ieſu iniuſtiſſimè diripi. Sed hæc erant tantùm proludia, & velut incunabula quædam fortiorum certaminum, quæ ſuccedentibus poſteà temporibus, domeſticis ſuis daturus erat Deus, vt vincerent.

Intuere, quæſo innumera penè millia Martyrum, [q] quorum animi robur atque conſtantiam nihil flectere, & emollire, vel debilitare potuit: non inſtrumenta laxandis artubus accomodata, quæ in medium proferebantur: non rotæ quę proponebantur: non exquiſita quæque tormentorum genera; non ferrearum vngularum acies;

q *Naziã-zen. or. 22*

non furentes bestiæ; non enses qui acuebantur; non feruentes ollæ, non ignis qui excitabatur; non tyrannorum minæ; non vrgens satelles; non membra quæ discerpebantur; non carnes quæ lacerabantur; non defluentes riui sanguinis; non præsentia mala; non impendentes acerbitates.

O rem planè stupendam! steterunt torti torquentibus fortiores: steterũt, inquam, voce libera, mẽte incorrupta, virtute diuina; agnoscentes, vt ex Apostolo diximus, se meliorem, & manentem habere substantiam; se ciues esse Sanctorum; se super omnia Dei bona constituendos, & eò feliciùs, quo per acerbiora supplicia nobiliorem palmam referrent, & citiùs ad gloriam magnificentiæ Regni Dei peruenirent.

Et

Et vt plura, quæ hic commemorari possent, in pauciora conferantur, illic sit mens, & hic erit requies: illic sit conuersatio, & hic erit pax. Quæ pax? pax quam mundus nec dare potest, nec accipere; pax Dei, pax exuperans omnem sensum, pax super pacem, & gaudium in Spiritu Sancto, quod Paulus appellat r regnum Dei. r *Ad Roman.* 14.

§. 5.

Aliud insigne priuilegium eorum, qui se hospites super terram, & supernæ patriæ ciues profitentur.

MAgna sunt, quæ diximus, & votis omnibus ambienda: sed aliquid maius & illustrius hic attexam, quod indicat noster Apostolus in citata ad Hebræos epistola. Cùm enim dixisset, a Abraham, Isaac, & Iacob se pe- a *Ad Hebræos* 11.

regrinos, & hospites super terram professos, atque ita se patriam cælestem inquisiuisse, addit: Ideò non cõfunditur Deus vocari Deus eorum. Adeò ista professione Deo placuerunt, tantamque apud eum gratiam promeruerunt, vt non erubesceret appellari Deus eorum.

Papæ! quanta dignitas, quàm eximiæ laudis argumẽtum, quàm solida gloriandi ratio![b] Magnum, & reuera magnum est hoc, & plenum multa beatitudine. Quomodo? Deus orbis terræ non erubescit vocari trium Deus, [c] (æqualis ponderis, ac roboris eos cum tota reliqua creatura efficiens.) Virtutum Deus, & Angelorum Dominus, cæli, & terræ opifex, interrogatus, quod esset sibi nomen, alijs relictis dixit: [d] Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob:

b *Chrysost. hom. 24. in ep. ad Hebr.*

c *Aecum. in c. 11. ad Hebr.*

d *Exod. 3*

hoc

hoc nomen mihi in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem, per quod homines mei recordentur.

*H*oc se nomine Deus appellans, non contrahit imperium suum, inquit e Chrysostomus, sed potiùs extendit, quòd non tam multitudine subditorum, quàm eorum virtute censeri vult. Quod Paulus admirans, non erubescit, inquit, Deus vocari Deus ipsorum. Quare non erubescit? Quia hospites erant & aduenæ. Atqui vel ob hoc ipsũ erubescere oportebat: hospes enim vilis, & contemnendus esse videtur. At illi Sãcti non eo modo hospites erant, quo nos putamus, sed alio quodam minimè vulgari. Nos enim hospites eos appellare solemus, qui relicta sua patria, in alienam regionem perueniunt: illi

e *Homil. 4 de Anna.*

do ad locum habitationis gloriæ Dei,ait Christus: [f] Beatus ille seruus,quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem. Verè dico vobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum. Et ijs quibus dicitur, Expectate modicum tempus: veniam & assumam vos ad me ipsum,ait Apostolus in persona Christi: [g] Omnia vestra sunt,siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt: omnia ad vestram salutem à Deo data, & inseruientia. f *Luc.* 12. g 1. *Cor.* 3

Beatis quidem,in illo statu omnium bonorum aggregatione perfecto, omnia sunt ad gloriam, ad exultationem, ad opulentam requiem, ad mercedem magnam nimis: eorum autem conciuibus, qui adhuc inter discrimina militant, qui in tentationibus positi

aduer-

aduersùs hostes dimicant, omnia cooperantur in bonum. Et quoniam Deus est eorum Deus, quidquid est virtutis Dei, quidquid est exercituum Domini, illorum est, pro illis militat. Cùm enim ciuicam Societatem vnà cum Cælitibus habeant, consequens est, vt ipse gloriosæ ciuitatis Conditor & Princeps in omni prouidentia adsit illis, & mittat, cum opus est, auxilium de Sion, atque per conciues eos tueatur. Quod in Elisæo ex sequentibus Ambrosij verbis obserua.

h Idem 87. Mirum, h inquit, forsitan videbitur, in defensionem Elisæi de cælis auxilia descendisse, & armatos equites, siue quadrigas ei diuinitùs adfuisse; astitisse etiam circa ipsum quadrigam igneam. Magna quidem res, sed in viro sancto

mi-

randa non eſt. Quid enim mirũ, ſi is auxilia meretur de cælo, cuius animus ſemper in cælo eſt, ſicut ait Apoſtolus, Noſtra conuerſatio in cælis eſt? Ergo ſi noſtra conuerſatio in cęlis eſt, & cæleſtium conuerſatio poteſt eſſe nobiſcum. Eſt ergo ſanctè viuentibus quædam inter ſe cognatio, coniunctio, atque ſocietas: nec intereſt, vtrũ in cælis maneant, an in terris; Angelici ſint habitus, vel humani; dũmodò in ijs ſit eadem vita, vel ſanctitas. Conuerſatio enim connectit quos ſeparat elementum, & diuerſis licet corporibus diuidantur, ijſdem tamen actibus coniunguntur. Sic fauus diſtillans Ambroſij, quibus ſi quidquam addiderim mectarei ſermonis obtundetur ſapor.

§. VI.

§. VI.

Nonnulla Salutis monita à Sãctorum Conciuibus obseruanda.

a Ambros. serm. 7. in Ps. 118.

b Chrysost. in Ps. 118.

c Pract. spir. c. 12.

QVi [a] domesticus Dei est, exul est mundo: qui conuersatur in cælestibus, peregrinus est in terris. [b] Et hæc est doctrina optima, atque adeò prima, scire nos esse inquilinos in vita præsenti. Hoc probè scire radix est, & fundamentum omnis virrutis. Quapropter [c] Olympius Abbas à quodam rogatus, quanam ratione vitam suam rectè posset instituere, respondit: Vbique te peregrinum existima, & vbicumque resederis, dic, Peregrinus sum.

Qui autem id verè dicunt; qui præsenti sæculo nequam peregrinos & aduenas se ex animo profitentur, & exhibere volunt; immaculatos ab eo se diligentissime custo-

custodiant. Atque ita, si quæ cõmoda blandiuntur, non amplectẽda nequiter, inquit [d] Leo Magnus, sed transeunda sunt fortiter. Et Basilius item Magnus. [e] Oportet animi oculos perpetuò vigiles circumquaq. diducere, & quidquid iucundum apparet, mox suspectũ habere, & prætercurrere. Sub his namque iucundis latebras suas habet communis noster hostis, expectans nũ per obiectorũ spectacula illecti, relicta regia via, ad ipsius aliquando insidias vltrò declinemus.

d Serm. 2. de resur.

e Homil. de not. a. hær. r ebd sæcul.

Et plurimùm sanè timendum est, ne quo pacto illis incautè adcurrentes, & oblectationem illam, quam hostes vsurpantibus offerunt, nihil habere periculi putantes, primo statim gustu dolosè abditum hamum voremus. Necessarium

ſarium itaque omnibus, vt quemadmodum viatores ſolent, ac curſores, cautè proficiſcamur, & ad perficiendum hũc curſum, animabus noſtris vndique agilitatem venati, ſine vllo reſpectu, ad huius vitæ terminum properemus. Et S. Zeno expendens illa Dei verba f Attende tibi, Teipſum, inquit, vndique circumſpice, In medio laqueorum ingredieris. Occultę tibi ab inimico tenduntur inſidiæ: doli, machinæ, pedicæ, vbique defoſſe. Circumſpice igitur omnia; & cauta intentione conſidera, vt effugias ſicut damula ex laqueis, & ſicut auis ex retibus: nam damula non incurrit in laqueum, pro eo, quòd dicitur viſum acutiſſimũ gerere: auis verò auxilio vſa pennarum, cùm voluerit effugere dolos retis, altiora aëris itinera ſecat.

f Deuter. 15. v. 9. dit. 70.

Vide

Vide ergo tu, ne fortè deterior mutis animalibus ad cautelam tuę salutis existas: ne fortè laqueis irretitus venatio, & captura diaboli fias, captus ab eo secundùm ipsius voluntatem. Tantumdem ait D. Ambrosius in hæc verba: [g] fugiamus vincula venatorũ, ne laqueos eorum pes nostræ mentis incurrat. Noli ad sæcularia mentem, animumque defigere.

[g] Serm. 8. in Ps. 118 n. 5.

Porrò ad despicientiam, & fugam omnium, quę fucatis, & emẽtitis boni coloribus nobis pestiferę lenocinantur, magni profectò momenti, magni, inquam erit, diuinum illud Ecclesiastis oraculum in tabulis interioribus profũdius impressum cõseruare, videlicet [h]: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Nec id meum est, sed Sancti Chrysostomi consilium: eum

[h] Cap. 1.

pari-

i Hom. in Eutrop. pariter audiamus: i Hoc dictum, inquit, in parietibus, in vestibus, in foro, in ædibus, in vijs, in fenestris, in ianuis; sed potissimùm in ipsa cuiusque conscientia, continenter inscriptum esse oportet, omnique tempore cogitationi obuersari. Hoc dicto in prandio, in cœna, in cætu hominum, quemque proximum suum compellare oportet, idemq. ab illo vicissim audire: nempè, quòd vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

K Ps. 39. Beatus ille, K qui non respicit in vanitates, & insanias falsas: hoc est, vt legit D. Augustinus, mendaces. Beatus qui cum Apostolo omnia arbitratur, vt stercora, & omnia detrimẽtum existimat propter eminentem scientiam diuinæ suæ nobilitatis, qua se nouit ciuitatem cælestem, & ad Dei regiam pertinere:

nere: Beatus cuius sursum cor l, sursum clamor, sursum desideria, sursum conuersatio, sursum intentio, & omnis expectatio desursum est, ad patriam illam m, cuius ciues sunt angeli; cuius templum Deus; cuius splendor Filius; cuius charitas Spiritus sanctus.

l Bernar. serm. 16. in Ps. 90.

m Aug. t. 9. tract. 3. de diuers. cap. 10.

Quisquis n iter vitę sequeris, vitæque perennis.
Ne tua sint terræ lumina fixa caue,
Semper at æthereas sublimi vertice sedes
Conspice: sic tutum lætus habebis iter,

n Bill. in Anthol. n. n. 5.

Beatus es, & bene tibi erit: Beatus, inquam, si sic permanseris secundùm istud Ambrosij consilium: Si quis o incola esse cœperit illius ciuitatis supernæ, incola videlicet, cōuersatione, & moribus,

o Epist. 11. l. 3.

non diſcedat ab ea: non exeat, non reflectat veſtigium; non corporis dico, ſed mentis veſtigium. Non reuertatur retrò. Retrò luxuria, retrò impuritas eſt. Non fiat voluntatis tuæ recidiua infirmitas. Si ingreſſus es, mane: perueniſti, conſiſte: ſaluans ſalua animam tuam: aſcendens attolle gradum: nullus inde tutò redit. Hinc via, inde ruina eſt: hinc aſcenſus, inde præcipitium. Aſcẽdendi quidem labor, ſed deſcendendi periculum.

§. VII.

Videant Ciues Sanctorum, ne nimio grauati pondere, minùs ad iter in patriam ſint expediti.

CVm audis feſtinationem, curſum, & aſcenſum in eã, quæ ſurſum eſt, Hieruſalem, cogita

gita de superfluis oneribus abdicendis: ijs enim nimium grauatus incedere non posses, ne dicam concito gradu properare, currere & sursum contendere. [a] Deponẽtes, ait Apostolus, omne pondus, & circumstans nos peccatum; curramus ad propositum nobis certamen. Et alibi: [b] Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Vnde & vitæ æternæ consiliarius [c] volens nos vndique accinctos esse, & quibusdam velut pennis fidei instructos semper ad cælestia subuolare, nec amplius indulgere naturæ, quàm ipse necessitatis vsus à nobis exposcit, pro pane dumtaxat iussit orationem fundere, & pro pane quidem quotidiano. Nec fuit hoc verbo contentus, sed aliud addidit, dicens: Da nobis hodie, vt nequaquam

a *Ad Hebr. 12.*

b *Tim. 6.*

c *Chrysosto. homil. 20. in Matth.*

quam nos vlterioris diei cura conteреret:

Si diant abundantes in hoc sæculo, quid ergo faciemus ad ciuicum cæli ius obtinendum? Certè tremendũ est illud, quod Christus ipsa veritas, & quem Cyrillus Hierosolymitanus [d] appellat magistrum nihil possidendi, iuramento firmauit, dicens: [e] Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum. Faciliùs est camelum per foramẽ acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum: Immodico siquidem diuitiarum pondere grauatis, incrassatis; impinguatis, dilatatis, procliuius est labi, & mergi in interitum, & perditionem, quàm ad superiorẽ patriam contendere; quàm per angustam portam in cælum intrare. [f] Tam angusta

d Cathec. 13.

e Matth. 19.

f Ambros. serm. 10.

gusta est diuiti porta regni cæle-
stis, quàm est camelo acus fora-
men exiguum.

Non tamen animo concidant
diuites: liberè respirent in luce
miserationum Domini, modò ve-
lint obseruare quod fecit, & con-
suluit Vates regio clarus imperio;
Diuitiæ,[g] inquit, si affluant, noli- g Psal. 61
te cor apponere. Respirent, inquã,
si velint audire Paulum monen-
tem: [h] Qui emunt, sint tamquam h 1. Cor. 7
non possidentes: & qui vtuntur
hoc mundo, tamqam non vtãtur:
tamquam[i] prætereuntes, inquit i Ep. 11. lib. 2.
Ambrosius, non tamquam resi-
dentes: ambulantes tamquam in
imagine sæculi, non in cupiditate,
vt velocissima dispositione ipsam
imaginem huius mundi transeat.
Et vt expeditiores in ciuitatem
Dei proficisci valeant, optimè po-

terunt eleemosynæ remedio sublevari, hanc enim diuitibus scientiam salutis dedit Ioannes, dicẽs: K Luc. 3. [K] Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas similiter faciat.

Plenissimè complexus est Apostolus quidquid ab opulentis ad promerendam municipij cælestis dignitatem desiderari posset, cùm l Ad Timot. 6. hæc Timotheo suo mãdauit: [l] Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abũdè ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

Quę licet plana videantur, non

alie-

alienum tamen erit eorum sensum D. Augustini verbis paulò diffusiùs sic aperire. m Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi, præcipe ante omnia non superbè sapere. Nihil est enim quod sic generent diuitiæ, quomodo superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermen suum. Alius est vermis mali, alius pyri, alius fabę, alius tritici: vermis diuitiarum, superbia. Ergo præcipe diuitibus huius mundi, non superbè sapere. Vnde autem non superbè sapere? De eo quod sequitur, neque sperare in incerto diuitiarum. Qui non sperant in incerto diuitiarum, non superbè sapiunt. Si non altum sapiunt, timeant. Si timent, non altum sapiunt. Quàm multi heri diuites, hodie pauperes! Ergo

m *Serm. de verb. Dom.*

go non ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundãter temporalia & æterna: ſed magis ad fruendum æterna, ad vtendum temporalia. Temporalia tanquã viatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Temporalia, vnde bona faciamus: æterna, vnde boni efficiamur. Ergo hoc faciant diuites, non ſuperbè ſapiant, neque ſperent in incerto diuitiarum; ſed in Deo viuo, qui prȩſtat nobis omnia abundanter ad fruendum. Hoc faciant. Ex eo autem quod habent, quid faciant? Audi quid. Diuites ſint in operibus bonis, facilè tribuant: habent enim vnde. Communicent, id eſt, pares ſuos mortales agnoſcant. Communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum. Non

enim

enim quia dico, inquit, facilè tri-
buant, communicent, expoliare
illos volo, inanes relinquere volo.
Doceo lucrum, cùm ostendo. The-
saurizent sibi. Non enim volo, vt
pauperes remaneant. Thesauri-
zent sibi, non vt perdant, dico:
sed quò migrent, ostendo. The-
saurizent sibi fundamentum bo-
num in futurum, vt apprehendãt
veram vitam. Hæc ergo falsa vita
est, apprehendant veram vitam.
Vanitas enim vanitatum, & om-
nia vanitas, apprehendenda est ve-
ra vita, migrandæ sunt facultates
nostræ ad locum veræ vitæ: vt
hoc ibi inueniamus, quod hìc da-
mus. Victum & tegumentum ha-
bentes, his contenti simus. Nihil
diues habet de diuitijs suis, nisi
quod ab illo postulat pauper, vi-
ctum & tegumentum. Accepisti
victum

victum, accepisti necessarium tegumentum: necessarium dico, non inane, non superfluum: quid plus de diuitijs tuis capis? Dic mihi. Certè omnia tua superflua erunt. Quæ sunt tua superflua, sint pauperibus necessaria.

Sed ego, inquis, pretiosas epulas accipio, pretiosis cibis vescor. Pauper quid? Vilibus. Non hoc dixi, vt diuites cogam epulis & cibis pauperum vesci. Vtantur diuites consuetudine infirmitatis suæ: sed doleant, aliter se non posse. Melius enim possint, si aliter possint. Vtere cibis electis, pretiosis, quia sic consuesti, quia non aliter potes, quia si consuetudinem mutes, ægrotas: Conceditur tibi, vtere superfluis, da pauperibus necessaria. Vtere pretiosis, da pauperibus vilia. Expectat

à te

à te pauper, expectas à Deo. Expectat ille manum, quæ facta est secum: expectas tu manum, quæ fecit te. Sed non solum te fecit, sed & pauperem tecum.

Da n aliquid fratri tuo, da aliquid proximo tuo: tu diues es, ille pauper. Dedit vobis Deus vnã viam, istam vitam. Inuenistis vos comites, vnam viam ambulatis. Ille nihil portat: tu nimiùm oneratus es. Ille nihil secum portat: tu interim plus portas, quàm opus est. Oneratus es, da illi de eo quod habes: minue sarcinam tuam. Da comiti, & illum adiuuas: & illum pascis, & te releuas.

n *Tract. 1. de diuers. T. 9. supra.*

Alter alterius onera portate. Oneratus est diues: oneratus est & pauper. o Quod est onus paupertatis? Non habere. Quod est diuitiarum onus? Plus quàm opus est

o *Idem serm. 22 de verb. Apost.*

est habere. Porta cum illo non habere, portet ¦tecum plus habere: vt fiant æquales sarcinæ vestrę. Si enim dederis indigenti, minuis illi non habenti onus ipsius, quod erat non habere: Si ei dederis, incipit habere; minutum est illi onus, quod vocatur non habere: minuit & ipse onus tuum, quod vocatur plus habere.

g Ser. 25. de verb. Dom.

Diues g & pauper duo sunt sibi contraria: Sed iterum duo sibi sūt necessaria. Diues propter pauperem factus est, & pauper propter diuitem factus est. Pauperis est orare, & diuitis erogare: Dei est pro paruis magna pensare. Via cæli est pauper, per quam venitur ad Patrem. Incipe ergo erogare, si non vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus, compedem in hac vita resolue: vt liberè ad cælum

possis

possis accedere. Abijce abs te diuitiarum onera, abijce vincula voluntaria. Da petenti, vt possis ipse accipere: tribue pauperi, si non vis flammis exuri. Da in terra Christo, quod tibi reddat in cælo:

§. VIII.

Patientia, & prudentia opus est Ciuibus Sanctorum, dum hic peregrinantur.

NOn mirentur Ciues Sanctorum hic exules & peregrini, modicùm nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: neque deficiant animis, quasi noui aliquid eis contingat. Ab initio sæculorum iusti passi fuerunt etiá à propinquis[a]. Abel iustum Cain scelestus per familiaritatem fratris occidit. Noem Deo probatum

[a] *Hilar. in Phe. Ps. 118.*

Cham

Cham filius eius irrisit. Esau Iacob exulem esse paterna domo fecit. Validissimum præliatorem diaboli Iob sola vxor eius tentauit inflectere. Sanctum prophetam Dauidem quoties calumniæ hominum fefellerunt? Quoties Sauli proditus est? Quoties quibus in locis ageret nunciatum est? Vbiq; ei calumniatum insidiæ affuerunt.

b *Aug. in Ps. 39.* Nemo [b] sibi promittat, quod Euangelium non promittit. Non nobis promittunt Scrpturæ nostræ in hoc sæculo, nisi tribulationes, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum. Ad ista nos præcipuè paremus, ne imparati deficiamus [c]. Post mare rubrum non continuò patria datur, nec tanquam hostes desint, securè triumphatur, sed restat eremi solitudo, restant hostes insidiantes

c *Idem in tit. Ps. 72.*

diantes

diantes in via. Sic & post baptismum restat vita Christiana in tétationibus. Discite quid est: d Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam. Quid item: e Omnes, qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur omnes? omnes. Vbi te volebas abscondere? Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. g Electis suis ad se pergentibus Dominus huius mundi iter asperum facit, ne dum quisque vitę pręsentis requie, quasi viæ amœnitate pascitur, magis eum diu pergere, quàm citiùs peruenire delectet: & dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria.

d *Matt.* 7.

e 2. *ad Timot.* 3

f *Act.* 14.

g *Gregor.*

Porro me à regia, & directa Sanctorum semita; me ab itineribus æternitatis peregrinantes aber-

aberrent, orandus assiduè Deus; & frequenter illi cum Dauide dicendum: [h] Vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna. [i] Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum: hoc est, ex mente S. Ambrosij, [K] non secundùm traditiones hominum; non secundùm elementa huius mundi; non secundùm sæculi prudentiam, quæ circa honorem, circa lucella est; quę quæstibus coaceruandis intẽta est, non meritis comparandis. Da mihi inrellectum, non secundùm Philosophos, non secundum causidicos, non secundum mercatores huius sæculi, non secundùm architectos domorum, sed secũdùm verbum tuum, quod est veræ Sapientiæ, bonorumque ope-

h Ps. 138
i Ps. 118.
K in Ps. 118. serm. 22.

operum fundamentum.

Solent insuper subinde viatores restitare, cùm præsertim inter vias perplexum iter apparet, & velut litera Pythagoræ discrimine secta bicorni. Tunc siquidem attentiùs circumspicientes, ne fortè de recto deflectant, non prius ire pergunt, quàm animo definierint, & norint viam, quam sequantur; primam, an secundam. Prudentes locorum, si qui occurrãt, aut adiri facilè, vel aduocari possint, de certo calle percontantur, sed [1] quanto magis animo debes, ac mente cõsistere, qui ad regnum cæleste cõtendis, & cogitare tecum, quia non omnis via illò ducit; non omnis via illò dirigit ad Hierusalem illam, quæ in cælo est: cogita ergo ante, atque perpende quid facias, iuxta verbum Domini ex ore

[1] *Ambros. serm. 8. in Ps. 118 num. 3.*

m *Cap. 6.* Hieremiæ dicentis: m State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. Quibus appositè conueniunt quæ S. Basilius Seleuciensis mutuata à n *Orat. 3* nauigãtibus similitudine sic ait: [n] Longa maria traijcientibus ad cursum regendum pro tessera sunt astrorum vudequaque splentium motiones, & gubernator incumbens tabernacnlo, tollit in cælum oculos, astrorum motibus aurigans nauem: cursumq. per mare cælesti lumine contorquẽs, fertur in portum. Qui verò vitę pelagus rectè student percurrere, ac vitæ secundùm Deum institutæ desiderant secare fluctus, non astra spectant, sed chorum iustorum, ac eorum vinendi rationi-

bus

bus, vestigijsq. incumbentes, quasi composito gradu suam ipsorum vitam dirigunt. Non enim nauigantes tot periculorum adsultus circumstant, quot vitæ casus, & incommoda mercaturam virtutis facientes exhauriunt.

§. IX.

Quæ possint Ciues Sanctorum in sua peregrinatione consolari.

ABlactatos à lacte mundi, auulsos à venenatis vberibus deliciarum eius, omni lætitia destituere non intendimus; sed potiùs veris, ijsque maximis consolationibus abundare. Quapropter hìc opportunè suggerentur rationes, quibus recreari possint, dum peregrinantur; & implere dictum illud Apostolicum: [a] Semper gaudete: [b] gaudete in Domino sēper,

[a] 1. Thes. 5.
[b] Ad Philipp. 4

iterum dico gaudete.

Prima lętitię,& exultationis causa sit recordatio Ierusalem patriæ suæ cælestis, & spes non confundens ad illam perueniendi.[c] Fideli enim homini & peregrino in hoc sæculo nulla iucundior est recordatio, quàm ciuitatis illius, vnde peregrinatur. Hac ratione Dauid exilium suum,& peregrinationis molestias summoperè releuabat.[d] Lætatus sum, inquit,in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.

c *Aug. in Ps. 145.*

d *Ps. 121.*

Si modicùm hìc oportet contristari in varijs tentationibus,tristitia conuertetur in gaudium; si versiculum istum conferas in corde tuo: si cogites te in breui auditurum:[e] Serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Sed quale gaudium?[f] gaudium super

e *Matth. 25.*

f *Aug. c. 35. Solil.*

gau-

gaudium, gaudium vincens omne gaudium, gaudium extra quod non est gaudium, gaudium Domini tui.

Si paupertatis angustia premeris, eandem Sancti Regis sententiam, eiusque pondus meditare cũ corde tuo: considera te propediem futurum ciuitatis cælestis incolã, & dic cum seniore [g] Tobia: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Replebimur in bonis domus Dei, inebriabimur ab vbertate domus Dei, & nos torrente voluptatis suæ potabit. [h] O Ierusalem ciuitas Dei magni, qui te ex adipe frumenti satiat, & quam fluminis impetus lætificat, in te nec pondus, nec mensura, sed satietas, &

[g] *Tob. 4.*

[h] *Bernar. ser. 1. de Sept.*

 afflu-

affluentia summa. Vnam pete à Domino, hanc require, vt inhabites in domo Domini omnibus diebus vitæ tuæ.[i] Hanc vnam, qui petit, petit omnia: calculo quidem singularis est, sed rerum vtilitate numerosa: angusta precatio, latum præmium, in quo bona omnia continentur.

i *Cassiod. in Ps.* 26.

Si quando dormitet anima tua præ tedio (non enim homo semper in eodem statu permanet) cõfirmaberis in istius S. Scripturæ verbis: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Hæc cùm pensitaret D. Augustinus, clamabat plenus animi: [K] In domum Domini ibimus: ergo curramus, curramus, quia in domum Domini ibimus.

K *In Ps.* 121.

Curramus, & non fatigemur animis nostris deficientes: quia illuc

illuc perueniemus, vbi non lassabimur. Curramus in domum Domini. Qui ea nobis dicunt, priores viderunt ipsam patriam, de longinquo clamantes ad posteriores: In domum Domini ibimus: ambulate, currite. Viderunt illam Apostoli, & dixerunt nobis, currite, ambulate, sequimini, in domum Domini ibimus.

Sed quid sibi vult iste peregrinus, addens consequenter: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem? Quomodo stant pedes tui, si ambulas, si curris, si ascendis? Qui fieri potest, vt consistāt pedes tui in atrijs Ierusalem, in qua non es, & ad quam, vt aliquādo pertingas, tanto mentis ardore contendis, & quemadmodum desiderat ceruus ad fōtes aquarum, festinas? Respondet S. Augusti-

nus: Qui currunt, debent cogitare quaſi iam ibi ſint,& quaſi ibi ſtent inter Angelos. Cogita qualis futurus ſis: & quamuis in via ſis, tibi pone ante oculos quaſi ibi ſtes; quaſi iam inter Angelos indeficiens gaudeas, & fiat in te quod dictum eſt: Beati qui habitant in domo tua: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Sic currebat,& ſic ſtabat Apo-
l 1.Cor.9. ſtolus [l]: Sic curro, ait, Corinthios ad curſum exemplo ſuo concitans, non quaſi in incertum. Et ad He-
m Cap. 12 bræos,[m] Per patientiam curramus. De pedibus verò in atrijs Ieruſaſalem ſtantibus, conuerſatio, in-
n Aug. in Pſ.64. quit, noſtra in cælis eſt.[n] Iam deſiderio ibi ſumus, iam ſpem in illam terram, quaſi anchoram præmiſimus, ne in iſto mari turbati naufragemus. Et quemadmodum

dc

de naui, quæ in anchoris est, rectè dicimus, quod iam in terra sit; adhuc tamen fluctuat, sed in terra quodammodo educta est contra ventos, & contra tempestates: sic contra tempestates huius peregrinationis nostræ spes nostra fundata in illa ciuitate Ierusalem, facit nos non abripi in saxa.

Ex illa porro statione pedum, hoc est affectuũ, & desideriorum in atrijs domus Domini, ex illa spe, [o] quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedẽtem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, adeò vehementer exultabat diuinus ille vir, vt eructaret verbum istud bonum: [p] Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. [q] Hinc ergo gaudetur,

o *Ad Hebraos* 6.

p 2. *Cor.*

q *Hilar. in Ps.* 121.

tur, hinc lætitia est, quod dictum sit, In domum Domini ibimus.

Aliud peregrinationis solatium est lectio, & meditatio sacrarum Scripturarum, quas [r] D. Augustinus dicit esse literas de patria nostra venientes, & [s] chirographum Dei ad testimonium fidelitatis & veritatis eorum, quæ dixit. Non parua consolatio viatoribus est, si subinde missas è patrio solo, & à parentibus, & amicis epistolas accipiant, quibus certiores reddantur de eorum salute, honore, diuitijs, & alijs ex animi sententia cōtingentibus; quibus & ipsi cùm ad suos appulerint abundè fruentur. Sed quid hæc ad gaudium & lætitiam, quæ precipitur de codicillis à Patre nostro, qui in cælis est nobis venientibus, & ad nos scriptis de euangelio Dei, de

r In Psal. 149.

s In Psal. 144.

euan-

euangelio gratiæ Dei, de euangelio regni Dei, de euangelio pacis, de euangelio salutis nostrę, de omni verbo, quod processit de ore Dei[t]? Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

t Ad Roman. 15.

Quàm dulcia faucibus regij viatoris eloquia Dei![u] quàm dulcia Iesu Christi verba, quibus prędicatur remissio peccatorum, mors perempta, restitutio gratiæ, euasio exilij, resurrectio defunctorum, paradisus apertus, consecutio regni, vitæ perennitas, consortium Diuinitatis![x] num quid esse posset æquale tam bonis nuncijs, quibus dicitur iusto, quoniam bene, & illi tanquam amico Deus annunciat, quod cælestis Ierusalem posses-

u Ex Ambros. ser. 13. in Ps. 118. & Bern. in sent.

x Chrysostom. ho. in Matt.

possessio eius sit, & ad eam possit ascendere?

y Laur. Iust. c. 4. de perfec.

Nihil y in hac peregrinatione dulcius sentitur, nihil dulcius sumitur, nihil verius capitur, nihil ita ab amore mundi mentem separat, nihil sic animum contra tentationes, & intellectum contra errores roborat, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne opus, & omnem laborem, sicut verborum Dei assidua meditatio. Ignitum, ait Propheta, eloquium tuum vehementer: in quo rationalis intellectus, tanquam in spirituali igne appositus solidatur, atque perficitur. Et meritò subiungit, seruus tuus dilexit illud: quia eius suauissimo ardore succensus labores incolatus sui, tædiaque non sentiebat, in cuius rei fidem. In via, inquit, testimoniorum tuorum delecta-

lectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.

Eodem z sermonum igne cælestium vaporati Cleophas, & ille alius, qui simul cum Domino ab Hierusalem vsque ad castellum confecerant iter, dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm aperiret nobis Scripturas? Sic, inquit a B. Augustinus, rapiant cor nostrum verba Dei: vnusquisque nostrum totus hic sit, vt hic non sit: idest, totus sit in verbo Dei, quod sonat in terra, vt ab eo exaltetur, & non sit in terra.

z Ambros. ser. 18. in ps. 118.

a In Ps. 145.

Denique peregrinantibus in more est, viarum fastidia, molestias, incommoda, gratis quibusdam cantilenis delinire, solari, mitigare: quod & in spirituali nostra

pere-

peregrinatione faciendum ſuadet Apoſtolus, ſcribens ad Coloſſenſes: [b] Verbum Dei habitet in vobis abundanter in omni ſapientia, docentes & commonẽtes voſmetipſos pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. Et ad Epheſios: [c] Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnit, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino. [d] Deliciæ ſpiritus noſtri ſunt Diuina cantica, quibus peregrinationis huius amaritudo mirificè conditur.

[b] *Cap.* 3.

[c] *Cap.* 5.

[d] *Aug. in Pſ.*

Ea de re Dauid, quidquid in ſacris annalibus mundi continetur, quidquid Deus de cælo benefaciens contulit bonorum populo, quem elegit in hæreditatem ſibi,

sibi, quæcumque mandauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis, vt cognosceret generatio altera, concinnis psalmorum concentibus expressit.[e] His modulis gratiæ sublimem animum, mentemque mulcebat. Hoc cantu mũdi istius aspera mitigauit, hoc sonitu sæculi dura molliuit, psalmis suis timorem mortis infregit, & suauitate chordarum inferna calcauit.

e Ambros l.2. de Iacob.

Tantus rex, tantus propheta, suo nos prouocat exemplo, vt psallamus spiritu, psallamus & mente; vt & nobis cantabiles sint iustificationes Dei in loco peregrinationis nostræ. Ita fiet, vt inter huius viæ & vitæ varietates fortissimum solatium habẽtibus, & [f] intentione cælestium occupatis, nulla possit irrepere terrenorum

f Ambros. præfat. in Psal.

rum

rum libido vitiorum.

Occurramus breuiter quæstioni, quæ nobis hoc in loco fieri posse videtur. Diceret aliquis: Nescio literas, Psalmos ignoro, non didici sapientiam, & non noui scientiam istam Sanctorum: qua ratione peregrinationem meã solabor? Respondeo non tam vocis, quàm virtutis & sanctæ conuersationis sonum, à domesticis Dei ad superiorem patriam tendentibus desiderari. Hymnos suauissimè Deo concinunt, qui totis ei sensibus adhærent: in decachordo psalterio modulantur, qui memores sunt mandatorum Dei ad faciendũ ea. g Cantat Deo, qui viuit Deo. h Quicumque manibus operatur opera bona, psallit Deo. i Bonum psalterium, cùm fidei vita consentit, & caro animæ,

g Aug. in Ps. 87.
h In Psal 91.
i Ambr. in Ps. 48.

&

& virtuti adspirat voluntas. Hoc est dulce psalterium, vbi canora est disciplina viuendi.

Bonorum[k] operum dulce modulamen, dulcis sonus est castimoniæ, dulcis sonus timentium Deum, vt non canentes etiam canamus, & bonorum concentu operum Dominum prædicemus. Iusti[l] anima vtitur corpore, vt instrumento & organo, & facit in eo resonare virtutes, nunc pangens modulos castitatis, nunc modulos temperantię, sobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, virginitatis suauitatem, grauitatem viduitatis, harmoniam charitatis. In hunc modum cantabiles sunt opere & veritate Dei iustificationes ijs, qui non cognoscunt literaturam: dicique possunt hymnos Dauid canere per manus suas:

k Idem.

l De bono mort. c. 6.

m 2. *Paralip.* 7. vt de [m] Leuitis in dedicatione templi Salomonis organa pulsantibus, sacra Paralipomena testantur.

§. X.

Quidam ex illustrioribus Sanctis, qui ante Euangelium professi sunt se hic aduenas, & manentem ciuitatem inquirere, in qua & mente conuersabantur.

a *Ambros. serm.* 3. *in Psal.* 118 *n.* 3.

NOn [a] cuiuscumque vox ista est, Aduena ego sum in terra: sed eius, qui terrenis renunciauerit voluptatibus, & omnis mundanæ cupiditatis exuerit affectum. Ille est in hac terra aduena, qui potest dicere: Nostra conuersatio in cælis est, qui suam habet in Domino portionem; qui potest dolere quod diutiùs viuat in terris; qui vitæ huius longæuitate lassatur; cui prolixitas habitationis

rationis huius fastidio sit, quam Sanctus auersatur & dicit [b]: Væ ijs qui habitant in terra. Qui dissolui non timet: & si soluatur, præsumat se cum Christo futurum. Hic verè peregrinus in terra est, quia Sanctorum est ciuis, & domesticus Dei, & thesaurum sibi condit in cælo. Is depositæ senectutis, & mortis non pauescit confinia, nec horrea struit messibus recondendis, iam alienis victurus ætatibus; sed sola diues virtutum fœcunditate ea congregat, quæ sibi nec senectus perditum dare, nec mors possit auferre.

b *Apoc. 8.*

Tales fuerunt, vt iam dicere cœpimus, [c] Abraham, Isaac, & Iacob mundo hospites, & mortui; viuentes autem cælo, & ibi rationem viuendi instituentes. Nam qui habitabant in tabernaculis,

c *Chrys. ho 24. in Epist. ad Hebr.*

qui pecunia etiam emebant ſepulcra, perſpicuum eſt eos fuiſſe hoſpites, & peregrinos; vt qui ne haberent quidem vbi ſuos ſepelirent. Quid verò, dicebantur ſe eſſe hoſpites tantùm illius terræ, quæ eſt in Palæſtina? Nequaquã, ſed totius orbis terræ. Et meritò:

d Homil. 4. de Anna.

Poſtquam [d] enim contemplati sũt terrena vniuerſa, & animaduerterunt fluxa eſſe, & mortalia, nec quicquam hìc firmum, & ſtabile: non diuitias, non potentiam, non gloriam, non vitam ipſam, ſed ſingula finem habere, & ad ſuum quodque properare terminum; cæleſtia verò non talia, ſed infinita immortaliaque; maluerũt hoſpites eſſe in rebus fluxis & prȩterlabentibus, vt permanentes illas tandem aſſequi poſſent.

e Ho. 24. in ep. ad Hebr.

Quomodo [e] autem erant hoſpites?

tes? Eorum quæ hìc sunt nullam gerebant curam, idque ostendebant non verbis, sed rebus ipsis. Quomodo? Dixit Deus Abrahamo: Dimitte quæ videtur patriã, & veni ad alienam: suosque & domesticos non est complexus, sed eo affectu eam dimisit, vt si esset dimissurus alienam. Dixit ei, offer mihi filium tuum: & eum ita obtulit, perinde, ac si non haberet filium, & tanquam natura non indutus eum ita obtulit.

Possidebat pecunias omnibus accedentibus, & rem nihili æstimabat: Non ædificabat domos splendidas, neque indulgebat delitijs & voluptatibus: sed omnia gerebat, quæ pertinent ad eam, quæ sursum est, ciuitatem. Ostendebat hospitalitatem, in fratrem dilectionem, misericordiam, pa-

tientiam, pecuniæ despicientiam, & gloriæ præsentis, & omnium aliorum.

Eius quoque filius Isaac cùm agitaretur, bello impeteretur, cedebat, & locum dabat, vt qui esset in aliena. Quæ superna autem sunt, gerebat omnia.

Quid verò Iacob, an non quærebat solùm panem & vestem, quæ planè sunt petitiones hospitum, qui ad extremam deuenerũt paupertatem? An non pulsus, & agitatus cedebat tanquam hospes? Hæc autem arguebant eos suam quærere patriam: hospites erant totius orbis terræ, & quærebant patriam, non quam dimiserant: quid enim obstabat, quominus redirent, si vellent, & essent ciues? Sed quærebant illam, quæ est in cælis. Ita properabant hinc excedere,

dere, & adeò Deo placebant, vt gratum illi fuerit, & acceptum vocari Deus eorum.

Quid [f] verò Dauid, an non erat rex, & propheta? An non in sua degebat patria? Cur ergo dicit, hospes, & peregrinus ego sum? Quomodo hospes es & peregrinus? Sicut omnes patres mei. Habemus, inquit, patriam, sed eam quæ verè est patria: [h] non habito terram vt propriã; sed tanquã peregrinus incolo, vt omnes patres mei, cùm parum temporis vixerim, mortem obibo [i]. Vbi perpetuò sum mansurus, dicatur domus mea: vnde migraturus sum, inquilinus sum.

f *Idem ibid.*

g *Ps. 38.*

h *Theod. in Ps. 38.*

i *Aug. in Ps. 38.*

Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? Quid quæro? quid spero? quid opto? quid persequar? An volatica ludibria

temporis, & lucrum luteum, quod cùm apprehenditur, manum inquinat? An transeuntes vmbras bonorum, quæ in itinere occurrunt, quęque magnis insidijs, quãuis nullis viribus, latrocinantur? An nugas, & turpitudines, quæ peruersa suauitate Babylonis ciuibus pestiferè blandiuntur, & mortem inferunt? Absit. Expectatio mea Dominus, spes mea Deus cordis mei: portio mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo illum.

Deinde ad Deum conuersus, & substantia mea, inquit, apud te est. Nihil ex pręsentibus proprium iudico, in te vno mea sunt omnia. [k] Pulcherrimè omnium, Creator omnium, Deus bone, Deus summum bonum, & bonum verum meum, tu es plenitudo, & indeficiens

k Aug. l. 2. cõf. c. 6.

ficiens causa incorruptibilis suauitatis: bonorum omnium largitor affluentissimus tu es. Plura de Dauide hic peregrino, sed domestico Dei, & Sanctorum conciue, obseruata reperies à Praxi quinta & sequentibus, vsque ad vndecimam.

Audiamus & septem Machabæos, quid & ipsi de se profiteantur. Sanctus Gregorius Theologorum antistes, eorum fidei certamen contra Anthiocum Epiphanem referens, illos tyranno contra Dei legem & patrios ritus pessimè suadenti, & instanti, sic respondentes inducit:[1] Nobis, ò Antioche, cæterique qui adestis, rex vnus est Deus, à quo procreati sumus, & ad quem reuertemur. Vnus legislator Moyses, quem non prodemus, nec contumelia affi-

[1] *Orat.* 22

afficiemus, ne si alius quidem Antiochus te atrocior nobis minitetur. Vnum præsidium, diuini mandati conseruatio: vna porrò gloria, vt pro tantis rebus gloriam omnem contemnamus: solę denique opes & diuitiæ, bona ea, quæ in spe habemus. Nec verò quidquam aliud nobis formidabile est, quàm ne quid magis quàm Deum formidemus. Cum his rationibus in aciem prodimus: his armis instructi sumus.

Iucundus quidem, & suauis hic mundus est, & patrium solum, & amici, & cognati, & æquales, & templum hoc, cuius magnum, ac celebre nomen est, & patria festa, & mysteria, cæteraque, ob quæ mortales omnes antecellere videmur. Verùm ista, Deo, periculisque ijs, quę pro virtute adeuntur,

haud

haud quaquam suauiora sunt: caue id existimes.

Alius enim nobis mundus est, omnibus rebus, quæ oculis cernuntur, longè sublimior, ac diuturnior. Patria autem superna Hierusalem, quam nullus Antiochus obsidione cinget, nec spem habebit fore, vt ditioni, atque imperio suo subijciat, vtpotè firmam, & inexpugnabilem. Cognatio item, m insufflatio illa, & qui secundùm virtutem progeniti sunt. Amici porrò, Prophetæ, & Patriarchæ, à quibus pietatis formam, & exemplum accepimus. Æquales præterea, qui nobiscum hodie in ijsdem periculis versantur, atque in doloribus constanti animo perferendis contemporanei sunt. Nam quod ad hoc templum attinet cælum longè magnificentius

m *Gen. 2. v. 7.*

tius

tius est. Iam verò, pro festo ; & celebritate, Angelorũ chorus est: ac postremò mysterium vnum magnum, atque adeò maximum, ac plerisque tectum & incognitum, Deus: ad quem huius quoque vitæ nostræ mysteria referuntur.

Quocirca res paruas, nulliusq. pretij nobis polliceri desine,: nec enim turpibus & ignominiosis honoribus affici sustinebimus, nec cum detrimento coniuncta lucra, complectemur; nec ita infeliciter negotiabimur. Quid parcis expectas fortasse, vt orationem retexamus? Expectas fortasse, vt orationem retexamus? Immò verò iterum ac tertiò, sæpiùsque eundem sermonem repetemus. Non impuris cibis vescemur, non manus dabimus. Sic illi vnius velut animæ vinculo constricti, vnum

spi-

ſpirantes, vnumque ſpectantes.

Magne Deus, & mirabilis in Sanctis tuis, quãtum ponderis habet ad extrema & vltima quæque ſuperanda, ſe hìc aduenam profiteri, domeſticum eſſe tuum, ac in cælis animo & amore conuerſari!

§. XI.

De Sanctis Paulo Apoſtolo, & Antonio Abbate, ac innumeris, qui eorum opera & imitatione conuerſationem in cælis habere didicerũt.

QVàm latè hìc ſpatiari liceret, ſi recenſere vellemus omnes qui ab Euangelici temporis exordio, ſe non ſolùm peregrinos ſuper terram, ſed etiam exules; eius verò, quæ ſurſum eſt, Hieruſalem, ciues appellarunt[a]. Quicumque enim ſe conſecrauerit Deo, inquit Cy-

[a] Lib. 11. in Leuit.

Cyrillus Alexandrinus, meritò extra terram esse, & extra mundũ videbitur. Potest enim dicere: conuersationem in cælis habemus. Sed ne Ciuis hic noster plus ęquo onustus incedere non possit, ei pauciora ferenda dabimus.

Primus igitur ordine sit Gentiũ in fide magister [b]. Is simul atque ab oculis squamas reiecit, posteaquam sordes, quas ex ignorantia, atque errore contraxerat, in mystico lauacro deposuit, protinus ad augustiorem conditionem natura transformatus est, & velut exuto hoc crasso, atque carneo amictu in ipsis cælorum adytis versabatur: & nihil impedimenti corporei pondere tardatus, etiam intra diuinam paradisi consitionẽ perueniebat, & illic arcana Sacrorum disciplina à Veritate initiabatur.

b *Nyssen. or. in laudẽ S. Basilii.*

tur. Et exinde[c] non sibi, sed Christo viueus, mundumque sibi ipsi crucifigens, ac mundo, & rebus ijs, quæ in aspectum cadunt, crucifixus, parua omnia, & cupiditate sua inferiora existimabat.

c *Naziãzen. or. 1.*

Cùm[d] verò diceret, Viuo ego, non iam ego, viuit verò in me Christus: non vtique de seipso, tanquam de mortuo, loquebatur; Sed tanquam de eo, qui præstantiorem, quàm vulgus mortalinm soleat, vitam ageret: vtpotè qui veræ vitæ, nulloque mortis fine circumscriptæ particeps esset.

d *Idem orat. 29.*

Cæterùm, volens omnes esse sicut seipsum, domesticos videlicet Dei, ac mente in cælestibus habitantes,[e] omnem prorsus hominẽ Deo exhibere cupiebat; & omnes quantum ad ipsum spectat, exhibuit. Quasi enim vniuersum mũ-

e *Chrysost. hom. 3. de laudibus Pauli.*

dum

dum genuisset, sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere; sanando, docendo, pollicendo, meditando; tum orando pro ipsis, tum etiam ipsis supplicando, & terrendo, & dæmones aimarũ corruptores fugando: aliquando epistolis, aliquando præsentia, nunc sermone, nunc rebus, per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labantes, stantes verò firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, quasi communis totius mund esset Pater. Et hæc de Paulo sufficiant.

Iam verò multis ab Apostolico sæculo & sequentibus compendij gratia prætermissis, hic inter illustriores cælorum municipes non non immeritò referendum arbi-

trror

tror admirandum illum Antoniũ, virum planè diuinum, Domesticũ Dei toto orbe conspicuum. Is enim teste [f] Chrysostomo, talem vitam prorsus ostendit, qualem leges Christi requirunt: vnde, vt ait [g] Ruffinus, placuit Deo supra cunctos mortales. Præclarum sanè & summum probitatis elogium.

f *Homil. 8. in Matthæum.*

g *Lib. 1. hist. Eccl. c. 8.*

Sed qua ratione, quo instituto, quibus exercitationibus? Respondet Author vitæ S. Pachomij: Vitam cęlestium in terris gessit amore virtutis: Sanctorum conciuis erat, dum hic peregrinus & exul in regione vmbræ mortis degeret. Quod ita palàm manifestum erat, vt per speculum corporis gratia sanctæ mentis appareret. [h] Habebat enim in vultu magnam gratiã: & si quis ignarus eius, inter multitudinem Monachorum eum vide-

h [illegible] na, [illegible] ta [illegible]

re desiderasset, nullo indicante, cæteris prætermissis, ad Antoniū currebat, tanquam ad Angelum Dei, & animæ puritátem agnoscebat ex vultu. Nam semper hilarem faciem gerens, liquidò manifestabat se de cælestibus cogitare, & in gloriosa illa ciuitate, quæ sicut lætantium omnium habitatio est, áffectu mentis continenter habitare. Ibi sic fixum erat cor illius, vbi vera sunt gaudia, vt eamdem semper faciem inter prospera, & aduersa retinens, nec secundis extolleretur, nec frangeretur aduersis, in carne præter carnem angelico ritu viuens. Semper videbat faciem Patris, qui in cælis est (per speculum scilicet, & in ænigmate, nec enim plus huius temporis, & corporis, in quo peregrini diuersamur, statui conceditur) parumque

que à Beatis mentibus aberat.

Porrò cùm illi pro minimo esset, si solus gauderet ciuico cælorum iure, auctor esse studuit, vt & plurimi ad parem tantæ dignitatis eminentiam contenderent, ac promouerentur.

Ars [i] quædam est, inquit Basilius, aucupandi columbas, videlicet talis: Vbi vnam ceperunt, qui capiendis illis student, cicurem illam reddunt, & ad humanum victum assuefaciunt. Deinde vnguento alas illius perungunt, sinuntque coniungi agrestibus: illa verò per vnguenti fragrantiam, agrestem illum, ac liberi pastus gregem ad possessionem transfert eius, cuius ipsa est domestica. Beneolentem namque sequuntur, & reliquę, atque ita in potestatem columbarij veniunt.

i *Epist.* 175.

Haud diſpari ratione cum Antonio contigit. Primò enim cicur & Domeſticus Dei per Euangeliũ gratiæ factus, & cæleſti, ac diuino perfuſus odore, innumeros adduxit ad Ieſum. Neque tantùm vagas, & ſylueſtres columbas, ſed & accipitres & coruos ad illius periſtereom aggregauit, cicurauit, & in candidas, ac ſimplices columbas immutauit iuxta illud quod in Apocalypſi ſcriptum eſt: k Sponſus & Sponſa dicunt, Veni: & qui audit, dicat, Veni.

k *Cap. vlt.*

Qui Antonij tempore, ad Ægypti veniebat ſolitudines, paradiſo quouis omnem illam videbat eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus: & omnem quidem tyrannidem diaboli diſſolutam, Christi autem regnum

l *Chryſoſtom. ho. 8. in Matt.*

coru-

coruscans. Erat cernere tota illa regione diffusum exercitum Christi, & admirabilem illum regium gregem, virtutumque cælestium conuersationem in terris micantē. Et vt ait Ruffinus ex propriorum oculorum testimonio,[m] Antonij discipuli consortiū vitæ, & actuū, non cùm cæteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur.

[m] Lib. 11. cap. 4.

Parum erat in conspectu Domini quòd Antonius curaret gentem suam à perditione, & solius Ægypti tenebras illuminaret: dedit illum & in lucem gentium, vt eis salus esset vsque ad extremum terrę.[n] Ab eo tanquam cælesti planta succisi palmites, & in diuersis prouincijs complātati, orbem breui repleuerunt; nimirum Palestinam, Syriam, Asiam minorem,

[n] Baron. ad Ann. 328.

Cappadociam, Pontum, Armeniam, Mesopotamiam, & Borreales regiones, vsque ad latrones Bessas & Dacos. De quibus [o] Beatus Paulinus hæc cecinit in reditu S. Nicetæ Episcopi, à quo accepit, quod scribit.

o Carm. 30.

O vices rerum, bene versa fama!
Inuij montes priùs, & cruenti,
Nunc tegūt versos monachis latrones
Pacis alumnos.
Sāguinis quōdā, modo terra vitæ est.
Vertitur cælo pia vis latronum;
Et fauet Christus supera occupanti
Regna rapinæ.
Mos vbi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viget Angelorum:
Et latet iustus, quibus ipse latro
Vixit in antris.

Plura de cælesti vitæ genere ab Antonij tempore & exemplo per orbem propagato cupiens vide, quæ

quæ p S. Hierouymus scribit ad Principiam, & Eustochium: Item & Cæsarem Baronium ad annum Christi 328; p Lib. 1. Ep. 16. & 27.

Neque solum Antonius in diebus suis corroborauit pietatem, & proximam Angelis vitam, ac cælestem conuersationem in orbem induxit: verùm & defunctus adhuc loquitur. Memoria eius in cõpositionem odoris facta, sic in benedictione est, vt ad Babylonis ciues in domesticos Dei permutandos mirum semper in modum valuerit. Notum est, quod refert D. Augustinus libro octauo Confessionum q de duobus aulicis Imperatoris, qui attentiori lectione vtæ S. Antonij sic ad conuersationem in cælis habendam succensi fuerunt, & intus mutati, vt mox relicta sæculari militia, & eiuratis q Cap. 6.

omnibus aulæ lenocinijs, affixerint cor cælo. Quæ cum Augustinus à conciue suo Politiano audiuisset, vultu, & mente turbatus inuasit Alipium, qui tum præsens aderat, & exclamans, quid, inquit, patimur? quid est hoc? quid audisti? Surgunt indocti, & rapiunt cælos: & ecce vbi volutamur in carne & sanguine? An quia præcesserunt, pudet sequi, & non pudet nec saltem sequi? Ab illo igitur æstu, & tumultu pectoris sensit fluctuantem priùs ad conuersionem animum decreto melioris vitæ firmatum, sensit, & abyssum corruptionis à fũdo sui cordis exhaustam. Nec amplius dxit verba lenta, & somnolenta: Modò & modo, &, sine paululum: sed alius totus à seipso ita loquebatur: Quam suaue mihi subitò factum

1 Lib. 5. Conf. c. 1.

est

est carere suauitatibus nugarum: & quas amittere metus erat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas à me vera & summa suauitas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior &c. Ecce quàm efficax vis odora nominis, & virtutum Antonij: cuius fragrantiam suauissimè & super omnia aromata spirãtem, vbi sensit Augustinus, de medio Babylonis aufugiens, & obscænum, putidumque lutum platearum eius excutiens, in odorem vnguentorum columbæ suauiter olentis cucurrit, & ad peristereon conuersantium in cęlis aduolauit. Exinde & ipse cicuratus, Christique bonus odor factus Deo in omni loco, domesticos eius supra numerum adauxit: quod & cælesti, suæ sapientiæ, & sanctitatis thymiamate, dum erit hominum

num genus, efficere nunquam desinet.

§. XII.

De tribus alijs cælorum municipibus, Basilio Magno, Gregorio Theologo, & Gorgonia eius Uxore.

S. Basilius Ecclesiæ Cæsariensis Cappadocum antistes, peregrinus hic erat, & exul: vt enim idoneus, ac digniſsimus meritorum eius præco [f] testatur, quid quid vnquam illi fuit præter corpus, ac necessaria carnis indumenta? Diuitiæ autem illi erant, nihil habere, & crux, cum qua sola ipsius vita versabatur, & quàm maiori in pretio habebat, quàm ingentes pecuniæ aceruos.

[f] Nazia. orat. 20.

Hac porrò mente præditus, atque ita comparatus, bonorum proscri-

ſcriptionem, exilium, cruciatus, mortem pro nihilo ducebat. Cùm enim præfectus quidam, nomine tantùm Modeſtus, re autem vera turbulentus, leoniſque speciem præſeferens, prædicta illi minitaretur, ſi non ad Valentis Imperatoris Orthodoxæ fidei hoſtis partes tranſiret; reſpondit Baſilius: Horum quæ commemoraſti nihil nos attingit: ſi quid aliud habes, id nobis minitare. Bonorum proſcriptioni obnoxius nõ eſt, qui nihil habet: niſi fortè laceris, & detritis hiſce pannis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates, & copię ſunt. Exilium autem haud cognoſco, qui nullo loco circumſcriptus ſum; ac neque terram hanc, (quam nunc incolo) meam habeo, & eam omnem, in qua proiectus fuero, pro mea du-
co:

co: imò, vt rectiùs loquar, vniuersam terram Dei esse scio, cuius aduena ego sum, & peregrinus. Iam tormẽta quid accipere queãt, cùm corpus desit: nisi fortè primam plagam dixeris: huius enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porrò beneficij mihi loco erit: citiùs enim me ad Deũ transmittet, cui viuo, & ad quem iampridem propero.

t Theod. lib. 4. hist. Eccl. cap. 19.

Libertate t huius responsi offensus Præfectus, dixit delirum esse, ac desipere Basilium. Cui contra Basilius: Optem me æternum laborare hoc delirio.

u Naziã. orat. 18.

An non hæc verba peregrini sunt, seu potius exulis mundi, qui vnam u existimat sibi patriam, nẽpe Hierusalem illam, quæ mente percipitur, non eas, quæ hìc anangustis finibus circũscriptas esse,

se, atque ab alijs, alijsque hominibus subinde incoli videmus?

Ad hanc præfulgidum illud lumen vniuersi Orbis, perpetua virtutis agitatione per quotidianos ascensus cõtendebat nec vnquam ab eo fœlici domicilio mente recedebat.

Huic nescio an superiorem, an secundum dixerim ipsum Gregorium, qui cognomen à Theologia meruit. Dei quidem est domesticis suis locum pro meritis assignare: si tamen humanis rationibus hic aliquid conijcere liceat, non temerè parem Basilio Gregorium censueris. Vterque vas electionis, vterque profundus rerum diuinarum puteus, vterque per omnia incomparabilis: & ne diuersum quid ab instituto loquar illustrissimus vterque Cælorum

mu-

municeps, & Angelorum cóciuis.

Ambo primùm religioſo amici-citiæ fœdere inter ſe deuincti , eodem Euangelij tramite incedẽtes , tredicim annos aſceticam vitam,& angelicæ contemplationis , & perfectionis æmulam , in ſolitudinis asjlo duxerunt , fixamque ad ſuperna mentem cæleſtibus inſeruerunt ſecretis . Exinde ad Pontificij muneris dignitatem per vim euecti , æternæ vitæ tyrocinium , & inchoatam cum Beatis conſuetudinem tota vita perpetuarunt .

Quantum autem ſpiritualis profectus , & dulcedinis , in illo prioris quietis paradiſo fuerint experti , ſequens Nazianzeni teſtimonium oſtendit .[x] Non tuli , inquit, me velut tyramnide quadam premi , atque in modũ tumultus impelli , ab hacque vita , perinde

x *Orat. 1.*

atque

atque asylo quodam per vim auelli. Nihil enim mihi tam optandum cuiquam videbatur, quàm vt occlusis sensibus, atque extra carnem mundumque positus, & in seipsum collectus, nec, nisi quãtum necessitas exigit, quidquam humanarum rerum attingens; atque secum ipse, & cum Deo colloquens, superiorem in rebus, quæ in aspectum cadunt, vitam agat, diuinasque species puras semper, nec terrenis vllis, & errantibus formis admixtas in seipso circunferat, Deique ac rerum diuinarum, purum omnino speculum sit, in diesque efficiatur, ac lucem, per lucem assumat, clariorem videlicet per obscuriorem; Iamque futuri æui bonũ spe percipiat, & cũ Angelis versetur; ac licet in terris sit, terram deserat, atque à Spiri-

tu sursum collocetur.

y Carm. 36. *Fælix, [y] qui puræ subuectus acumine mentis,*
Prospicit ætheree lumina sancta domus.
Fælix à mundo abstractus, qui viuit eremo
In rigida, & mentem tollit ad astra suam.
Fælix, qui multis iunctus non plurima versans
Distrahitur, pectus sed dedit omne Deo.
Fælix, qui Christum fortunis omnibus emit:
Cunctorumque crucem, quam gerit, instar habet.

Hæc Nazianzenus ille, qui de supernis erat, non de mundo.

Neque prætereundum hoc in loco, quod idem de sanctissima sorore sua Gorgonia, oratione funebri

bri in eius laudem testatum reliquit. Cùm enim de nobilitate parentum, & cæteris ad huius sæculi splendorem spectantibus disseruisset, mox adiungit: Præclara quidem suut hæc: at si de ipsa sapientiùs, & sublimiùs differendum est; Gorgoniæ patria quidē fuit superna Ierusalem; ciuitas, inquam, illa, quæ oculis minimè cernitur, verùm animo, & mente intelligitur: in qua ciuium munere fungimur, & ad quam omni celeritate properamus.

§. XIII.

De quibusdam alijs Sanctis conuersationem cum cælestibus incolis etiam hìc habentibus.

BEatus Paulus Eremitarum Princeps, necdum quintum supra decimum ætatis annum egressus, sæculi colluuione se sub-

ducens, fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo. Ibi palma cibum, & quibus tegeretur, ei prębente, cælestis vitæ genus ad centesimum decimum tertium annum egit in terris; ab omni quidem mortalium consuetudine seiunctus; at assiduè cum Deo, & Beatorum choris versans, tractans, & colloquens. Quo ex commercio diuinos mores in se sic expressit, & extra se sic eminuit, vt non spe tantùm, sed & ipsa re possessor Empyrei quodámodò videretur. Cuius rei testis M. Antonius, cùm ad eius spelęũ, Deo iubente, ducenteque perrexisset, & vix per diem illius aspectu, & alloquio dignatus esset, seuera manu pectus tundens, aiebat: Væ mihi peccatori, qui falsi Monachi nomen fero. Vidi Eliam

vidi

vidi Ioannem in deserto: & verè vidi Paulum in paradiso.

Sub idem tempus fulsere duo Macharij, Alexandrinus, & Ægyptius, quorum vita nomini probe respondebat, vtpotè ad Cęlestium leges instituta. Vterque discipulus Magni Antonij; vterque virtutum illius hæres; vterque in pietatis, & sanctimoniæ studio præstantissimus; vterque (in eo quod in cæli ciuibus pręcipuum est. & summum) mentem ita componere studens, vt à Deo auelli non posset.

Præcipiebat subinde Alexandrinus animæ suæ in hunc modum: a Vide ne descendas de cælis. Habes Angelos, Archangelos, omnes supernas potestates, Cherubim, & Seraphim, Deum omnium effectorem: illic versare: ne

a *Pallad. in Laus. c. 20.*

ſub cælos deſcenderis, ne incideris in mundanas cogitationes.

Parilis erat alterius Macharij exercitatio, qui licèt à tenebris (eas enim deſignat Ægyptus) agnomen habuerit, familiariſſimè tamen cum Deo lucis, & Patre luminum ſemper agens, vt filius lucis ambulabat in ſplendoribus Sãctorum. In cuius rei fidem ait Palladius [b] de hoc cæleſti viro: Dicebatur hic Sanctus eſſe aſſiduè in extaſi, & maiori tempore cũ Deo, & in rebus verſari cęleſtibus, quã in huius mundi rebus occupari.

b *Ibid.*

S. Gregorius miraculorum opifex, vixit certè hic exul mundi, hoſpes, & peregrinus ſuper terrã; at verò ciuitate cæleſtis, ſuperna ſapiens, mutuam cum beatis mẽtibus ſocietatem habens, & illic continenter habitans, vbi deſidera-

dera-

derabilis theſaurus cordis ſui Ieſus eſt in dextera Dei ſedens. De eo Nyſſenus in præclaro eius encomio, cùm tranſitum eius recẽſet, ita ſcribit: Ex vita humana migrat Gregorius, obteſtatus neceſſarios ſuos, ne peculiarem ſibi locum ſepulturæ compararent. Nam ſi viuus nullius loci Dominus appellari voluit, ſed in alienis tanquam inquilinus, & peregrinus habitans vitam tranſegit, ne poſt mortem quidem prorſus inquilinatum ſibi dedecori fore putauit: ſed in ſequenti, inquit, ſæculo fama prodatur, quod Gregorius, nec viuens quidem, ab aliquo loco cognominatus ſit, & poſt mortem alienorum locorum fuerit inquilinus: adeò vt ne ſepeliri quidem in proprio loco ſuſtinuerit: Solùm enim illam poſſeſ-

ſionem pretioſam, & expetendam putauit, quę fraudis & auaritiæ veſtigium in ſeſe non admittit.

Eodem ſpiritu ambulabat, & pari ſenſu loquebatur Paulus Oroſius Sancti Auguſtini quondam diſcipulus, & Elogio B. Hieronymi commendatus, ſic enim ait. Solo natali ob bellorum clades deſerto, c vbique patria, vbique lex, & religio mea eſt. Vtor temporariè omni terra quaſi patria: quia quæ vera eſt, & illa quam amo patriam, in terra penitus non eſt. Nihil perdidi, vbi nihil amaui: totumq. habeo, quando quem diligo, mecum eſt: maximè quia & apud omnes idem eſt.

c Lib. 5. hiſtor. c. 2.

S. Melanius Rhedonicæ ciuitatis Pontifex, poſt innumerabiliũ ſigna virtutum cælo iugiter intẽtus fuit, donec ad deſideratam ſibi

bi patriam ab hoc exilio migraret.
S. Martinus Turonensiũ Præsul crebro cælũ suspiciebat? Nẽpe, [d] vt loquitur D. Bernardus, scicbat ad hoc sese rectam in corpore accepisse staturam: sciebat illic esse thesaurum suum: sciebat illic sedere in Patris dextera Christum suum: sciebat se nunquam, donec illuc perueniret, quod desiderabat assecuturum. Porro ex illa continenti ad cælum attentione, mortuus omninò erat ad omnia, quibus humani sensus varijs modis afficiuntur, commouẽtur, perturbantur, & miserrimè discruciantur. Vt enim de eo testatur Seuerus Sulpitius: Nemo vnquam illum vidit iratum, nemo mærentem, nemo ridentem: vnus idemque semper, cælestem quodammodo lætitiam vultu præfe-

[d] *Serm. de eod.*

omnibus aulæ lenocinijs, affixerint cor cælo. Quæ cum Augustinus à conciue suo Politiano audiuisset, vultu, & mente turbatus inuasit Alipium, qui tum præsens aderat, & exclamans, quid, inquit, patimur? quid est hoc? quid audisti? Surgunt indocti, & rapiunt cælos: & ecce vbi volutamur in carne & sanguine? An quia præcesserunt, pudet sequi, & non pudet nec saltem sequi? Ab illo igitur æstu, & tumultu pectoris sensit fluctuantem priùs ad conuersionem animum decreto melioris vitæ firmatum, sensit, & abyssum corruptionis à fũdo sui cordis exhaustam. Nec amplius dxit verba lenta, & somnolenta: Modò & modo, &, sine paululum: sed alius totus à seipso ita loquebatur: Quam suaue mihi subitò factum

1 Lib. 5. Conf. c. 1.

est carere suauitatibus nugarum: & quas amittere metus erat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas à me vera & summa suauitas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior &c. Ecce quàm efficax vis odora nominis, & virtutum Antonij: cuius fragrantiam suauissimè & super omnia aromata spirãtem, vbi sensit Augustinus, de medio Babylonis aufugiens, & obscænum, putidumque lutum plattearum eius excutiens, in odorem vnguentorum columbæ suauiter olentis cucurrit, & ad peristereon conuersantium in cœlis aduolauit. Exinde & ipse cicuratus, Christique bonus odor factus Deo in omni loco, domesticos eius supra numerum adauxit: quod & cælesti, suæ sapientiæ, & sanctitatis thymiamate, dum erit hominum

num genus, efficere nunquam desinet.

§. XII.

De tribus alijs cælorum municipibus, Basilio Magno, Gregorio Theologo, & Gorgonia eius Vxore.

S. Basilius Ecclesiæ Cæsariensis Cappadocum antistes, peregrinus hic erat, & exul: vt enim idoneus, ac dignissimus meritorum eius præco [f] testatur, quid quid vnquam illi fuit præter corpus, ac necessaria carnis indumenta? Diuitiæ autem illi erant, nihil habere, & crux, cum qua sola ipsius vita versabatur, & quàm maiori in pretio habebat, quàm ingentes pecuniæ aceruos.

[f] Nazia. orat. 20.

Hac porrò mente præditus, atque ita comparatus, bonorum proscri-

ſcriptionem, exilium, cruciatus, mortem pro nihilo ducebat. Cùm enim præfectus quidam, nomine tantùm Modeſtus, re autem vera turbulentus, leoniſque ſpeciem præſeferens, prædicta illi minitaretur, ſi non ad Valentis Imperatoris Orthodoxæ fidei hoſtis partes tranſiret; reſpondit Baſilius: Horum quæ commemoraſti nihil nos attingit: ſi quid aliud habes, id nobis minitare. Bonorum proſcriptioni obnoxius nõ eſt, qui nihil habet: niſi fortè laceris, & detritis hiſce pannis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates, & copię ſunt. Exilium autem haud cognoſco, qui nullo loco circumſcriptus ſum; ac neque terram hanc, (quam nunc incolo) meam habeo, & eam omnem, in qua proiectus fuero, pro mea duco:

co:

co: immò, vt rectiùs loquar, vniuersam terram Dei esse scio, cuius aduena ego sum, & peregrinus. Iam tormẽta quid accipere queãt, cùm corpus desit: nisi fortè primam plagam dixeris: huius enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porrò beneficij mihi loco erit: citiùs enim me ad Deũ transmittet, cui viuo, & ad quem iampridem propero.

t Theod. lib.4. hist. Eccl. cap. 19.

Libertate t huius responsi offensus Præfectus, dixit delirum esse, ac desipere Basilium. Cui contra Basilius: Optem me æternum laborare hoc delirio.

u Naziã. orat. 18.

An non hæc verba peregrini sunt, seu potius exulis mundi, qui vnam u existimat sibi patriam, nempe Hierusalem illam, quæ mente percipitur, non eas, quæ hìc an angustis finibus circũscriptas esse,

se, atque ab alijs, alijsque hominibus subinde incoli videmus?

Ad hanc præfulgidum illud lumen vniuersi Orbis, perpetua virtutis agitatione per quotidianos ascensus cótendebat nec vnquam ab eo fœlici domicilio mente recedebat.

Huic nescio an superiorem, an secundum dixerim ipsum Gregorium, qui cognomen à Theologia meruit. Dei quidem est domesticis suis locum pro meritis assignare: si tamen humanis rationibus hic aliquid conijcere liceat, non temerè parem Basilio Gregorium censueris. Vterque vas electionis, vterque profundus rerum diuinarum puteus, vterque per omnia incomparabilis: & ne diuersum quid ab instituto loquar illustrissimus vterque Cælorum

mu-

municeps, & Angelorum cóciuis.

Ambo primùm religioso amicicitiæ fœdere inter se deuincti, eodem Euangelij tramite incedétes, tredicim annos asceticam vitam, & angelicæ contemplationis, & perfectionis æmulam, in solitudinis asjlo duxerunt, fixamque ad superna mentem cælestibus inseruerunt secretis. Exinde ad Pontificij muneris dignitatem per vim euecti, æternæ vitæ tyrocinium, & inchoatam cum Beatis consuetudinem tota vita perpetuarunt.

Quantum autem spiritualis profectus, & dulcedinis, in illo prioris quietis paradiso fuerint experti, sequens Nazianzeni testimonium ostendit.[x] Non tuli, inquit, me velut tyramnide quadam premi, atque in modũ tumultus impelli, ab hacque vita, perinde atque

x *Orat.* 1.

atque aſylo quodam per vim auelli. Nihil enim mihi tam optandum cuiquam videbatur, quàm vt occluſis ſenſibus, atque extra carnem mundumque poſitus, & in ſeipſum collectus, nec, niſi quãtum neceſſitas exigit, quidquam humanarum rerum attingens; atque ſecum ipſe, & cum Deo colloquens, ſuperiorem in rebus, quæ in aſpectum cadunt, vitam agat, diuinaſque ſpecies puras ſemper, nec terrenis vllis, & errantibus formis admixtas in ſeipſo circunferat, Deique ac rerum diuinarum, purum omnino ſpeculum ſit, in dieſque efficiatur, ac lucem, per lucem aſſumat, clariorem videlicet per obſcuriorem; Iamque futuri æui bonũ ſpe percipiat, & cũ Angelis verſetur; ac licet in terris ſit, terram deſerat, atque à Spiri-

bri in eius laudem testatum reliquit. Cùm enim de nobilitate parentum, & cæteris ad huius sæculi splendorem spectantibus disseruisset, mox adiungit: Præclara quidem sunt hæc: at si de ipsa sapientiùs, & sublimiùs differendum est; Gorgoniæ patria quidẽ fuit superna Ierusalem; ciuitas, inquam, illa, quæ oculis minimè cernitur, verùm animo, & mente intelligitur: in qua ciuium munere fungimur, & ad quam omni celeritate properamus.

§. XIII.

De quibusdam alijs Sanctis conuersationem cum cælestibus incolis etiam hìc habentibus.

BEatus Paulus Eremitarum Princeps, necdum quintum supra decimum ætatis annum egressus, sæculi colluuione se sub-

ducens, fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum á Deo. Ibi palma cibum, & quibus tegeretur, ei prębente, cæle stis vitæ genus ad centesimum decimum tertium annum egit in terris; ab omni quidem mortalium consuetudine seiunctus; at assiduè cum Deo, & Beatorum choris versans, tractans, & colloquens. Quo ex commercio diuinos mores in se sic expressit, & extra se sic eminuit, vt non spe tantùm, sed & ipsa re possessor Empyrei quodámodò videretur. Cuius rei testis M. Antonius, cùm ad eius speleũ, Deo iubente, ducenteque perrexisset, & vix per diem illius aspectu, & alloquio dignatus esset, seuera manu pectus tundens, aiebat: Væ mihi peccatori, qui falsi Monachi nomen fero. Vidi Eliam

vidi

vidi Ioannem in deserto: & verè vidi Paulum in paradiso.

Sub idem tempus fulsere duo Macharij, Alexandrinus, & Ægyptius, quorum vita nomini probe respondebat, vtpotè ad Cęlestium leges instituta. Vterque discipulus Magni Antonij; vterque virtutum illius hæres; vterque in pietatis, & sanctimoniæ studio præstantissimus; vterque (in eo quod in cæli ciuibus pręcipuum est. & summum) mentem ita componere studens, vt à Deo auelli non posset.

Præcipiebat subinde Alexandrinus animæ suæ in hunc modum: a Vide ne descendas de cælis. Habes Angelos, Archangelos, omnes supernas potestates, Cherubim, & Seraphim, Deum omnium effectorem: illic versare: ne

a Pallad. in Laus. c. 20.

ſub cælos deſcenderis, ne incideris in mundanas cogitationes.

Parilis erat alterius Macharij exercitatio, qui licèt à tenebris (eas enim deſignat Ægyptus) agnomen habuerit, familiariſſimè tamen cum Deo lucis, & Patre luminum ſemper agens, vt filius lucis ambulabat in ſplendoribus Sãctorum. In cuius rei fidem ait Palladius [b] de hoc cæleſti viro: Dicebatur hic Sanctus eſſe aſſiduè in extaſi, & maiori tempore cũ Deo, & in rebus verſari cęleſtibus, quã in huius mundi rebus occupari.

b *Ibid.*

S. Gregorius miraculorum opifex, vixit certè hic exul mundi, hoſpes, & peregrinus ſuper terrã; at verò ciuitate cæleſtis, ſuperna ſapiens, mutuam cum beatis mẽtibus ſocietatem habens, & illic continenter habitans, vbi deſidera-

derabilis thesaurus cordis sui Iesus est in dextera Dei sedens. De eo Nyssenus in præclaro eius encomio, cùm transitum eius recẽsset, ita scribit: Ex vita humana migrat Gregorius, obtestatus necessarios suos, ne peculiarem sibi locum sepulturæ compararent. Nam si viuus nullius loci Dominus appellari voluit, sed in alienis tanquam inquilinus, & peregrinus habitans vitam transegit, ne post mortem quidem prorsus inquilinatum sibi dedecori fore putauit: sed in sequenti, inquit, sæculo fama prodatur, quod Gregorius, nec viuens quidem, ab aliquo loco cognominatus sit, & post mortem alienorum locorum fuerit inquilinus: adeò vt ne sepeliri quidem in proprio loco sustinuerit: Solùm enim illam posses-

ſionem pretioſam, & expetendam putauit, quę fraudis & auaritiæ veſtigium in ſeſe non admittit.

Eodem ſpiritu ambulabat, & pari ſenſu loquebatur Paulus Oroſius Sancti Auguſtini quondam diſcipulus, & Elogio B. Hieronymi commendatus, ſic enim ait. Solo natali ob bellorum clades deſerto, c vbique patria, vbique lex, & religio mea eſt. Vtor temporariè omni terra quaſi patria: quia quæ vera eſt, & illa quam amo patriam, in terra penitus non eſt. Nihil perdidi, vbi nihil amaui: totumq. habeo, quando quem diligo, mecum eſt: maximè quia & apud omnes idem eſt.

c Lib. 5. hiſtor, c. 2.

S. Melanius Rhedonicæ ciuitatis Pontifex, poſt innumerabiliũ ſigna virtutum cælo iugiter intẽtus fuit, donec ad deſideratam ſibi

bi patriam ab hoc exilio migraret.

S. Martinus Turonensiũ Præsul crebro cælũ suspiciebat? Népe, [d] vt loquitur D. Bernardus, sciebat ad hoc sese rectam in corpore accepisse staturam: sciebat illic esse thesaurum suum: sciebat illic sedere in Patris dextera Christum suum: sciebat se nunquam, donec illuc perueniret, quod desiderabat assecuturum. Porro ex illa continenti ad cælum attentione, mortuus omninò erat ad omnia, quibus humani sensus varijs modis afficiuntur, commouẽtur, perturbantur, & miserrimè discruciantur. Vt enim de eo testatur Seuerus Sulpitius: Nemo vnquam illum vidit iratum, nemo mærentem, nemo ridentem: vnus idemque semper, cælestem quodammodo lætitiam vultu præferens,

d *Serm. de eod.*

rens extra naturã hominis videbatur. Nũquã in illius ore, nisi Christus; nunquam in illius corde, nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Sed, vt idem subiungit; & si facta illius explicari verbis vtrumque potuerint: interiorem tamen vitam illius, quotidianam conuersationem, & animum cælo semper intentum, nulla vnquam explicabit oratio.

Simillima sunt, quæ de S. Medardo Nouiomensi Episcopo Venantius Fortunatus cecinit in hæc verba.

[e] Lib. 3. Poemat.

Inter [e] Christicolas, quos actio vexit in astra,
Pars tibi pro meritis magna Medarde patet.
Qui sic vixisti terrenis hospes in oris,
*Vt cælũ patriã crederes * esse tuã.*
Exilium tibi mundus erat cænosa cauenti,

* Lic. poet.

Et

Et modò te gaudet ciue manente polus.

Insignis etiam in hoc genere fuit D. Bernardus, de quo non minùs conuenienter, quàm de Iosia dici potest illud Ecclesiastici, f in omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. Hic ab ipso vitæ sanctioris limine, contubernium Dei, & præclaram inter cælorum municipes sortem ambiens, studiosiùs cœpit exulem, & peregrinantem animam suam sacris meditationibus, tanquam cęlestibus pascere bonis, Dei beneplacitum, & mysteria voluntatis eius inquirere, penetrare deuotione cælos, & mente superas circuire mansiones, salutare Patres, atque Apostolos, & choros Prophetarum; Martyrumque admirari triumphos, ac sese pulcherri- f Cap. 49.

mis

mis Angelorum Ordinibus inserere: omnium denique fælicissimæ illius patriæ Ciuium beneuolentiam sibi conciliare. Hanc autem cum Cælitibus consuetudinem, quam à religiosi status incunabulis habere cœperat, per omnẽ vitam eum perpetuo virtutum incremento continuauit.

Sed & omnes volens esse sicut seipsum, domesticos nempè Dei; quoscumque poterat à pestifera sæculi contagione subducere tẽtabat: vt superna saperent, & mẽtibus in æternitatis beatæ patria conuersarentur, vt ex eius vita, sermonibus, & epistolis animaduertere licèt & admirari. Sed cum vt par erat, solicitior esset pro amantissimis suis alumnis, illos etiam secundùm datum sibi desuper, ad eandem praxim & studiosiùs

ſiùs, & familiariùs inſtituebat. Hinc illa ad eos exhortatio[g]: Obſecro vos fratres mei, formate in cordibus veſtris non modò Patriarcarum, & Prophetarum tabernacula, ſed omnes domus illius cæleſtis multiplices manſiones, ſecundùm eum qui circuibat immolãs in tabernaculo Domini hoſtiam vociferationis, cantans, & Pſalmum illum dicens Domino: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Circuite & vos chariſſimi cũ pietatis, & deuotionis hoſtia, viſitantes animo ſedes ſupernas, & multas, quæ in domo Patris ſunt manſiones, humiliter proſternentes corda veſtra ante thronum Dei, & Agni, cum reuerẽtia ſupplicantes ſingulis ordinibus Angelorum;

g *Serm. 4. de Aſcẽſ.*

lorum;

lorum; Patriarcharum numerũ, cuneos Prophetarum, & Senatum Apostolicum salutantes; coronas Martyrum suspicientes, purpureis rutilantes floribus, redolentes lilijs choros Virginum admirantes, atque ad mellifluũ noui cantici sonum; quantum præualet infirmitas cordis, erigentes auditum.

Felix, cuius meditatio in conspectu Domini est semper, qui in corde suo delectationes dexteræ Domini vsque in finem sedula cogitatione reuoluit. Quid enim graue illi poterit videri, qui semper mente tractat, quòd non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam? Quid cõcupiscere poterit in sæculo nequam, cuius oculus semper videt bona Domini in terra viuẽtium? Quis mihi tribuat, vt omnes sur-

gentes

gentes ſtetis in excelſo, & videatis exultationem, quæ vētura eſt vobis à Domino! Ita mellifluus ille Pater in conſeſſu fratrum ſuorum. Cui non tantùm monaſticen profeſſi bene facient attendentes; ſed & vniuerſi, qui dignè Deo, & cælo viuere volunt, ac inter Ciues Sanctorum, & Regiæ cæleſtis aulicos recenſeri. Et hanc certè gratiām, praxim, & conuerſationem in omnibus filijs ſuis deſiderās Eccleſia, precatur Deo, vt qui Redemptorem noſtrum in cælos aſcendiſſe credimus, ipſi quoque mente in cæleſtibus habitemus.



ORA-

ORATIONES,

Quibus Ciues Sanctorum assiduam diuinæ præsentiæ memoriam, & conuersationem Deo dignam postulent.

a Aug. c. vl. lib. 15 de Trin.

DOmine[a] Deus meus, vna spes mea, exaudi me, vt quæram faciem tuam semper ardenter, meminerim tui, intelligam te, diligam te.

b Idem c. 33. medit.

O æterna[b] veritas, & vera charitas, & chara æternitas, tu es Deus meus, ad te suspiro nocte, ac die: tibi inhio, tibi intendo, ad te peruenire desidero. Memoria tua sancta, & dulcedo tua beatissima, possideat totam animam meam:

c Cap. 1. Soliloq.

Domine[c] Deus meus, vita mea, & gloria tota animæ meæ, da cor quod

quod te cogitet; animum, qui te diligat; mentem, quæ te recolat; intellectũ; qui te intelligat; rationem, quæ tibi semper fortiter adhæreat.

Domine [d] Deus meus, non me permittas amplius ex vno distrahi in multa: sed collige me de exterioribus ad me, de me ad te: vt dicat tibi semper cor meum: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Quæram semper ardenter, & indesinenter faciem tuam; si quando tandem aperiatur mihi ostium, & porta iustitiæ, vt intrem in gaudium Domini mei.

d *Cap 36 Soliloq.*

Da [e] mihi Domine, donec his fragilibus assisto mẽbris, tibi adhærere, sicut scriptum est: Qui adhæret Domino, vnus spiritus est cum eo. Tene cor meum manu tua;

e *Cap. 37. Medit.*

tua; quia ſine te ad altiora non rapitur. Anima mea in te ſolo Creatore omnium oculos fidei figat, tibi inhiet, tibi intendat, te meditetur, te contempletur, te ſibi ante oculos ponat, te ſub corde reuoluat verum & ſummum bonum; & gaudium ſine fine manſurum.

f Ibid. Fons [f] vitæ, reple mentem meã torrente voluptatis tuæ: inebria cor meum ſobria ebrietate amoris tui, vt obliuiſcar quę vana ſunt, & terrena, & te ſolum iugiter habeã in memoria, ſicut ſcriptum eſt: Memor fui Dei, & delectatus sũ.

g Ibid. Da, [g] quæſo, toto deſiderio, & omni ſtudio tendere, quò te aſcẽdiſſe poſt reſurcectionem die quadrageſimo credimus: vt in præſenti quidem miſeria ſolo tenear corpore; tecum autem ſim cogi-

tatio-

catione semper, & auiditate: vt ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis, & incomparabilis, multumque amabilis.

Frequenter[h] da mihi Domine cor ad te dirigere, & in defectione mea cum emendationis proposito dolendo pensare. Da mihi Domine Deus meus, cor peruigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio. Da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio. Da rectum, quod nulla deorsum obliquet sinistra intentio. Da inuictũ, quod nulla frangat tribulatio. Da liberum, quod nulla sibi vendicet peruersa, & violenta affectio.

h Thom. Aqu. in orat. pro beneplacito Dei perfici.

Aperi,[i] ò diuina Bonitas interiores fidelium oculos, vt eruditi à te, quærant te per te, & requiescant in te omnium bonorum desiderabilium fonte. Tu es enim peregrinantium

i Laurent. Iustin. c. 19. de discipl. monast.

natium comes, errantium via, dux ad patriam, Beatorum gloria, sapiẽtiæ thesaurus, ęternitatis abyssus, charitatis incendium, & omnium bonorum totum continens.

K *Psal. 5.* Propter K inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

INTENTIO AVCTORIS,

& supplex ad Deum oratio.

a *Aug l. 1 conf. c. 15* DOmine [a] Rex meus, tibi seruiat quidquid vtile didici: tibi seruiat quidquid loquor, & scribo. [b] Quod ex tuo diximus, suscipe: quod ex nobis ignoranter protulimus, parce: & perduc nos ad illam veritatis contemplationẽ, vbi iam non possimus errare. Dona facere, quod te inspirante loqui præsumpsi: dona complere, quod alios obseruare commonui. Libera me,

b *Cassiod. in fine expolit. psal.*

me, amator hominum, ab illo periculo, ne sicut dicit Apostolus,[c] dum alijs prædico, ipse reprobus inueniar.[d] Literas enim Vriæ, literas mortis suæ portant illi, qui sciunt, & docent, & non faciunt.

c *1. Cor. 9.*

d *Thom. Aqu. in præfat. in epist. can*

LECTORI MEO.

EGo vir videns paupertatem meam, ingenuè palàmque fateor, me nihil habere, nihil in hoc libello scripsisse, quod non acceperim: ac proinde liberum in hæc Diui Augustini verba me permittes:[e] In Deo laudabo sermones meos. Si in Deo, quare meos? & in Deo, & meos. In Deo, quia ab ipso: meos, quia accepi. Ipse voluit meos esse qui dedit. Quidquid bonum dixi, quidquid verum dixi, Dei dixi, & de Deo

e *In Psal. 55.*

dixi. Quidquid fortè aliud dixi; quod dicere non debui, homo dixi: ſed ſub Deo dixi, qui ignoſcit agnoſcenti.

Nec tu Lector amice, ſeuerior mihi iudex fueris: ſed in ſpiritu lenitatis aliena menda condones: & conſiderans teipſum, f Memento, quoniam omnes in correptione ſumus.

f *Eccli.*8.

F I N I S.

Deo gloria in ſæcula: quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ad Rom. 11.

IN-

INDEX.

PRAXIS I. SANCTI ENOCH.

Ambulauit Enoch cum Deo. Genes. 5.

PRAXIS II. S. ABRAHAM.

Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & & eſto perfectus. Geneſ.17.

PRAXIS III. EIVSDEM S. ABRAHAM.

Dominus videt. Geneſ. 22.

PRAXIS IV. S. MOYSIS.

Fide Moyses reliquit Aegyptum, non veritus animositatem Regis: Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit.
Ad Hebr. 11.

PRA-

PRAXIS V. S. DAVIDIS REGIS, ET PROPHETAE.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Psal. m. 15.

PRAXIS VI. EIVSDEM S. DAVIDIS.

Eripuit animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium. Psal. 55.

PRAXIS VII. EIVSDEM S. PROPHETAE DAVIDIS.

Mihi adhærere Deo bonum eſt. Pſal. 72.

§. 1. STateram interiorem nobis à Deo datam, qua alij peruersè, alij, ſed pauciores

PRAXIS VIII. EIVSDEM S. DAVIDIS.

Oculi mei semper ad Dominum. Ps. 24.

§. 1. QVę fuerint Dauidi rationes, vt oculos haberet semper intentos ad Domi-

PRAXIS IX. EIVSDEM DAVIDIS.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt : Pſalm. 88.

§. 6.

PRAXIS X. EIVSDEM DAVIDIS.

Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper. Psal. 104.

PRA-

Eliæ { *Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto. 3.Reg.17.*
Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum ſto. 3.Reg.18. }

Eli-

PRAXIS XIII. SALOMONIS.

In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipse diriget gressus tuos. Prouer. 3.

PRAXIS DECIMAQVARTA.

Vtriusque Sancti Tobiæ, senioris, & filij omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto. Deum. Tob.4.

PRAXIS DECIMAQVINTA:

Eorumdem senioris, nimirum Tobiæ, & filij.
Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat.

PRAXIS DECIMASEXTA.

Iesu filij Sirach, qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.
Eccli. 2.

PRAXIS DECIMASEPTIMA.

Eiusdem Iesu filij Sirach Beatus vir, qui in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Eccl. 14.

PRAXIS DECIMAOCTAVA.

S. Oseæ Prophetæ, qui & de futura Christianorum perfectione vaticinatur. Viuemus in conspectu eius. Osea 6.

PRAXIS DECIMANONA.

S. Zachariæ patris S. Ioannis Baptistæ; item & Christianorum, de quorum sanctitate proximè futura vaticinatur. Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ &c. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in Sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Luc. 1.

PRAXIS VIGESIMA.

S. Pauli Apostoli militiæ Christianæ ducis optimi. Nostra conuersatio in cœlis est. Ad Philipp. 3.

ritu

§. 12.

FINIS.



Erra-

Errata sic corrige.

Pag. 84 lin. 26 Extinctu. lege extincta
pag. 156 lin. 9 laidabis lege laudabilis
pag. 184 lin. 21 color lege coloret
pag. 247 lin. 16 præuenire lege prouenire
pag. 256 lin. 11 animadsum lege animaduersum
pag. 274 lin. 9 obstinationē minus l. obstinatiorū minis
pag. 2?? lin. 15 amori lege amari
pag. ?5 lin. 4 ad. lege at
pag 401 lin. 4 expergefactis lege expergefactus
pag. 65 lin. 7 pepecit lege pepercit
pag. 4?5 lin. 12 exulatus lege exaltatus
pag 4?7 lin. 6 mediore lege mediocre
pag. ?99 lin. 2 dd lege de
pag 505 lin. 2? seipsum lege teipsnm
pag. ?44 lin 10 odoatur lege odoratur
pag ?64 lin 11 subicro lege subiero
pag ??? lin. 8 cœlerorum lege cœterorum
pag ?05 lin. 20 vincendas lege vinciendas
pag. 638 lin. 13 imperi lege impeti
pag. 648 lin. 14 mu.cta lege muita
pag. 649 lin. 11 tenemus lege teneamus
pag. 679 lin. 16 demitandum lege demirandum
pag. 705 lin. 15 confident lege confident
pag. 709 lin. 8 concinenter lege continenter
pag. 7?3 lin. 1 v ta lege vitæ
pag. 715 lin 17 eum lege tum
pag. 740 lin. 3 diant lege dicant
pag. 750 lin. 10 ca:umni-tum lege calumniarum
pag 794 §. 12 vxore lege sorore

